

Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com



Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES

Bibliothèque nationale de France

De guillem



Z 1910

2679

Toxaris, siue de Amicitia.
Alexander, qui & Pseudomantis
Callus, siue scmnium
Timon, seu Misanthropus.
Tyrannicida, seu pro tyrannicida.
Declamatio Erasmi contra tyrannicidam.
De ijs, qui mercede conducti degunt.
Et quedam eiusdem alia
Eiusdem Luciani Thoma Moro Interprete.
Cynicus
Menippus, seu Nectromantia
Philopseudes, seu incredulus.
Tyrannicida
Declamatio Mori de eodem.
Eiusdem Thoma Mori. De optimo Reip. statu deq
noua insula Vtopia libellus uere aureus.



REVERENDO PATRI DOMINO RE-
CARDO EPISCOPO VVINTO/
VIENSI ERASMVVS ROTE/
RODAMVS. S. P. D.

E Priscorum usq; seculis mos hic in hac nostra te-
pora deductus est amplissime pater, ut Calen.
Ianuarijs principe ineuntis anni die munuscu-
la quapiam missitentur, quæ nescio quid latioris omne-
nis afferre creduntur, tum ijs, ad quos abeunt, tum il-
lis, ad quos redeunt. Itaq; cum ego despicerem ecquid
tandem muneris à nobis iret ad tantum Patronum,
ad tam potentem amicum, neq; quicquam in mea re-
perire supellectile præter ineras chartulas, profecto
chartaceam strenam mittere sum coactus, quanquam
quid aliud potius mitti conveniebat ab homine studio-
so, ad præsulem omnibus quidem fortunæ muneribus
magnificentissime cumulatum. Sed qui virtutem, virtu-
tisq; comites, honestas litteras infinitis calculis ante-
ponat, quiq; tanquam contemptum, peneq; dixerim in-
uitus fortunæ dona admittat, animi bonis cum sit opu-
lentissimus, tamen semper magis, ac magis cupiat dite-
scere? Porro nostrum hoc munusculum, si nulla alia li-
cet, saltem Terentiani Parmenonis exemplo, hoc nomē
ne cominendabimus, quod non ex Æthiopia, verum ē
Samosata usq; Græciæ urbe sit profectum. Est aut dialo-
gus Luciani, cui titulus Toxaris, siue de amicitia, quē
nos paucis his diebus latinū fecimus. Qui quidē (ut
spero) non omnino futurus est ingratus tuæ excellen-

Et vel ob id, quod amicitiam prædicat, rem adeo san-
ctam, ut barbarissimis etiam nationibus olim fuerit ve-
neranda, nunc Christianis usque adeo in desuetudinē
abiit, ut non dicam uestigia, sed ne nomen quidem ipm
extet, cum nihil aliud sit Christianismus, quam vera,
perfectaq; amicitia, quam commori Christo, quam ui-
uere in Christo, quam unum corpus una anima esse
cum Christo hominum inter ipsos talis quædam com-
munitio, qualis est in membrorum inter se corporis. Neq;
minus tamen iucundus quam frugifer futurus est, si mo-
do decorum obseruet, quod in personis situm est. Nam
Mnesippi Græci sermo quam totus græcicum quid-
dā sapit, comis, facetus, festiuus, contra Toxaridis Scy-
thæ oratio, quam tota Scythicum quiddam spirat, sim-
plex, incondita, aspera, sedula, seria, fortis. Quin etiam
dictionis discrimen, quasiq; diuersum filium à Luciano
de industria affectatum pro nostra uirili referre cura-
uimus. Hanc igitur qualemcunq; clientuli tui strenuā
amplissime præsul felicibus auspicijs accipe. Et Eras-
mum, sicuti iam pridē facis, annare, ornare, iuuare pge.
Vale Londini Calendis Ianuarijs. M. D. VI.

TOXARIS, SIVE DE AMICITIA DIA-
LOGVS LYCIANI ERASMO RO-
TERODAMO INTERPRE-
TE. INTERLOCVTOR
RES MNESIPPVS
GRÆCVS TO-
XARIS SCY-
THA.

Mnesippus.

*Vid ais Toxaris? Sacrificatis Orestæ,
ac Pyladi nos Scythæ, deosq; esse illos
creditis? To. Sacrificamus Mnesip-
pe. Sacrificamus inq; haud tñ deos eē
arbitrati, sed viros bonos. Mne. An
vero mos apud nos etiam bonis viris, posteaq; vita de-
functi, sinit perinde ut dijs sacra facere? Tox. Nō
istuc modo, verum eosdem festis diebus, ac celebribus
conuentibus honoramus. Mnesippus. Quid captā-
tes, aut sperantes ab illis? Neq; enim quo beneuolenti-
am illorum concilietis, ob id rem diuinam illis facitis,
cū iā sint mortui. Tox. Nihil officiat fortassis, si
eos, qui mortui sunt propicios habeamus. Quāq; non
ob id tātum hac facimus, qn magis existimamus nos
rem uehementer conducibilem & ijs, qui in vita sunt,
esse facturos, si praestantium virorum memoriam cele-
bremus, honorēq; habeamus ijs, qui vita defuncti sunt.
Siquidem hac ratiōe futurū arbitramur, ut nulla apud
nos illorum similes euadere cupiant. Mne. ista qdē*

recte iudicatis, at Pyladeni atq; Orestē quo nomine potissimū suspexistis, ut dijs eos aquaueritis, idq; adeo cū hospites uobis essent; uel (qđ grauius) hostes? Quippe posteaquam naufragio eieci ab ijs, q̄ nū Scythiam incolebant, essent comprehensi, abductiq; ut Dianæ immolarentur aborti carcerarios, neq; non oppressis excubijs & regem trucidarunt, et assumpta sacerdote, qn ipsa quoq; Diana sublata nauigio sese proripuerūt, irrisa publica Scytharum lege. Quod si ob istiusmodi facta honorem habetis uiris, facile assecuti fueritis, ut multos illorum similes reddatis. Iamq; ipsi ab hoc die usq; ad prisca illa respicite, nū uobis expedierit multos in Scythiā Orestes ac Pylades appellere. Nam mihi qđem isto pacto mox futurum uidetur, ut religionis ac deorū exptes reddamini dijs, q̄ reliq; sunt, ad eundem modū ē regione uestra in exiliū ablegatis, postea opinor decorū omnium uice, uiros, q̄ illos eieciūm uenerant, diuinitate donabitis, & qui sacrilegi in uos fuerunt, ijs tanq̄ dijs sacrificabitis. Quod si nequaquam horum gratia Orestem, ac Pyladem colitis, sed aliud quippiam Toxaris in uos beneficij contulerunt, qua gratia, cū olim nō esse deos iudicaueritis, nunc ē regione sacra illis facientes, deos esse decreuistis? Et q̄ nū parum aberant, ut uictima fierent, ijs nunc uictimas offertis. Enimvero ridicula uideātur ista, & cum his quæ quondam stameratis pugnantia. Toxa. Et ista quidem Mnesippe praeclara sunt uirorum illorum facinora, quæ commemorasti, uidelicet duo cum essent, tam ingentem ausum audere, ut tam procul à sua patria profecti mare trāsmitterent, Græcis, ad id usq; temporis intactū (nisi solis ijs

qui Argo in Colchidem traiecerunt exercitum) nihil
 ex parte facti, neq; fabulas, quæ de illo feruntur, neq; ap-
 pellationem uerit, quod in hospitem uocaretur, uideli-
 cet (opinor) qd ferè undiq; gentes accolerent. Deinde
 cum iam capti essent, usque adeo strenue sese gesserint,
 neq; sat habuerint, si tantum incolumes euaderent, nē
 si & à Rege acceptam conuulsiam ulni et Diana sub-
 lata abnauigassent. Quid? An non admiranda hæc? et
 quæ diuino quodam honore digna iudicent, qcquid est
 hominum, qui uirutem suspiciunt? Quanquam nō istas
 spectantes in Oreste, ac Pylade pro heroibus illos habe-
 mus. Mne. Atqui iam dices, quidnam præter ista
 suspiciendum patrarint, atq; diuinum? Nam quantū
 ad navigationem, & peregrinationem atinet, nō pau-
 cos profecto diuiniore istis ostendero, negotiatores, at
 q; inter hos p̄cipuos Phœnices, q non in pontum, neq;
 ad Maoniden usq;, aut Bosphorum tantum enauigāt
 uerum quaquauersus Græci, ac Barbarum mare p̄ue-
 niuntur. Hi siq; deni omnem horam, et omne litus (ut ita
 dixerim) p̄scrutati in annos singulos, extremo denum
 autumno in suam patriam reuertuntur, quos. s. ad ean-
 dem rationem pro dijs habeto, idq;, etiam si complures
 illorū capones, ac falsamentarios esse reperies. Tox.

Audi nunc ò uir admirande, considera q; quāto nos
 qui Barbari uocamur, rectius nobis de bonis uiris sen-
 tiamus. Siq; deni in Argo, atq; Mycenis ne sepulchrum
 quidem ullum insigne uidere est Orestis, ac Pyladis,
 apud nos uero & templū ostenditur, ambobus illis cō-
 munitè sacrum (Ita ut par erat amicis) & hostiæ of-

feruntur, reliquisq; omnis honos. Porro quod hospites erant non Scythæ, id uero nihil obstat quominus boni uiri iudicentur, neq; enim perpendimus cuiates sint, uiri honesti, ac probi, neq; inuidemus, si cum amicis nō fuerint, res egregias gesserint. Quin magis admirātes ea, quæ patrarunt, ab ipsi factis domesticos, ac nostros illos ducimus. Quod autem potissimum stupentes in illis uiris efferimus, illud est quod nobis uisi sunt amici inter sese longe optimi extitisse, atq; alijs exemplo fuisse, quasiq; legem statuuisse, quemadmodum oportet amicos omnem inter se communicare fortunam, curasq; à Scythiis, qui quidem essent præstantissimi. Itaque quæcunq; alter cum altero, uel alter pro altero tulit, ea maiores nostri descripta in colūna ærea, reposuerūt in templo Orestis, ac leges statuerunt, ut ea colūna prima esset institutio, disciplinaq; liberis suis, si ineminissent, quæ in illa essent adscripta. Itaq; penè patris quisq; sui nomen citius obliuisceretur, quam res gestas Orestis ac Pyladis ignoraret. Quin & in porticu templi, eadē quæcūq; in colūna notantur, priscorum picturis adumbrata uisuntur, nempe Orestes unā cum amico nauigans, deinde fracta inter adruptas cautes ipsorū nauis, comprehensus, & aduicissimā adornatus, iāq; Iphigenia inuincit eos. Ex aduerso uero in altero pariete idē iam uinculis exutus depictus est, ac Thoantē occidēs multosq; ex Scythiis alios. Postremo soluentes, abducta Iphigenia, ac dea. Porro Scythæ frustra scaphā adoriuntur iam nantem hærentes gubernaculis, ac conscendere conantes. Deinde re frustra tentata, alij qdem ex eis

faucij, alij uero eius rei metu compulsi, natati scmet in
 selum recipiunt, ubi uel maxime liccat pspicere, quan-
 tam alter in alterum beneuolentiam praestiterit, in cō-
 flitu cum Scythis. Fecit enim pictor utriusq; de homi-
 nibus in senetruentibus securum, propellentem autē
 eos qui in alterum feruntur, ac pra illo iaculis occur-
 rere conantem, pro nihiloq; ducentem, si intereat ipse,
 modo seruet amicum uel suo ipsius corpore praueniēs
 excipiensq; ictus in illum intentos. Iam uero tantam
 illorum beneuolentiam, atque in rebus tristibus com-
 munionem, fidem, humanitatem, ueritatem, deniq; cō-
 stantiam alterius in alterum amoris. haec haudqua-
 quam humana putemus esse, uerum animi cuiusdam
 praestantioris, quam pro more uulgarium istorum mor-
 talium, qui donec secundis uentis nauigantur amicis in-
 dignantur nisi ex aequo participes fiant rerum letarū,
 quod si uel paululum eis uenti reflare cœperint, ausu-
 giunt, solos in periculis deferentes, Enimuero, ut & il-
 lud noveris, nihil amicitia uelius arbitrantur Scythae
 neque est in quo Scythae magis honestetur, quam in ad-
 iutandis amicis, communicandisq; rebus acerbis, quē
 admodum neque probum apud nos maius ullum, q̃
 amicitiae desertorem uideri. Has ob res Orestem, ac
 Pyladem ueneramur, quod praestantes exstiterint in Scy-
 tharum uirtutibus, atque in amicitia praecellentes, id
 quod nos omnium maxime admiramur. Appellatio-
 nem quoq; ex his illorū factis imposuimus, u. coraci
 uocentur, quod quidem nostra in lingua perinde so-
 nat, ac si quis dicat, dij amicitiae praesides. Mne.

TOXARIS

Hui Toxaris, profecto non arcum modo ualuerunt Scythæ, bellicisq; in rebus cæteris antecellerunt, uerum uidetur & ad orandum, persuadendumq; omnium aptissimi. Vnde mihi cum dudum secus uideremur, nunc eidem merito fecisse uideamini, q sic Orestem ac Pyladem in deorum numerum retuleritis. uerum illud me fugerat uir optime, qd pictor quoq; bonus esses. Admodum cuius euidenter ostendisti nobis, q sunt in Orestis templo, picturas, pugnamq; uirorum, alteriq; pro altero suscepta uulnera. Tametsi non putarâ, amicitiam usque adeo cultam fuisse quondâ apud Scythas magis autem qd Barbari essent, atq; agrestes. Similitate qdem, ira, rabieq; ppetuo committi amicitiam autem in familiarissimos qdem exercere solitos, idq; coniiciens, cum ex alijs, quæ de illis audimus, tum ex hoc, qd progenitores suos uita defunctos deuorat. Toxas.

Anteos Græcis, cum alijs in rebus, tum in ijs, quæ ad parentum attinent cultum, sanctiores, magisq; pijs sumus, in præsentiarum haudquaquam contenderim.

Quod autem nostrates amici longe fideliores sint amicis Græcis, qdq; amicitia ratio maior apud nos, q apud uos, haud difficile fuerit docere. Ac p deos Græcorum ne tibi molestum sit audire, si quæ pspexi dixerò, multum iam temporis apud uos uersatus, uos. n. mihi uideamini præclarius cæteris de amicitia uerba posse facere uim uero factaq; illius, adeo non solum pro sermonum dignitate non exercere, ut sit uobis sit prædicare eam & quantum sit bonum ostendere. At ubi usque uenit, de fidentes à sermonibus, nescio quomodo è medio negotiorum

cio aufugitis. Caterum cum tragædi in scenam progressi, istiusmodi amicitias vobis repræsentant, plerique laudatis, atque applaudatis, ac pro se mutuo periclitantibus illis illachrymatis, ipsi vero nihil dignum laude pro amicis præstare audetis. Quin si quando forte acciderit, ut egeat amicus, ibi proinus non secus, atque insomnia, procul auolantes evanescent vobis multæ illæ tragædiæ, vosque similes relinquunt inanibus istis, ac multis personis, quæ diducto ricini, atque immane hiantes, ne minimū quidem loquuntur. At nos ediuerso, quo sumus in dicendo de amicitia posteriores, hoc in præstanda ea præcedimus. Quare, si videtur, ita in præsentariā agamus, priscos illos amicos valere sinamus, si quos vel nos vel nos ex ijs, qui olim fuere, recensere valemus, quando ista quidem parte nos nimirum superaveritis, compluribus, ac gravibus adductis testibus, nempe poetis, qui Achillis & Patrocli amicitiam, tum Thesi Perithoiq; neque non aliorum necessitudinem, pulcherrimis versibus carminibusque contexerunt. Quin paucos quosdam in medium adferamus ex ijs, quæ nostra ipsorum memoria fuerint, atque eorum res gestas exponamus. Ego quidē scythicas. tu vero græcicas. Et in his uter superarit melioraque produxerit amicorum exempla, is et victor esto, ac suam ipsius victoriam pronulgato, tanquam qui pulcherrimum honestissimumque certamen decertarit, adeo ut ego quidem non paulo malim mihi in singulari victo certamine dextram amputari, nam ea est apud Scythas victo pœna, quam in amicitia quopiam inferior iudicari, præsertim Græco, ipse Scythæ cum

fim. Mnesip. Quanquam est haud mediocris ne-
 gocij cum viro, ita ut tu es, bellatore, singulari certami-
 ne congregi, tum admodum instructo missilibus ac
 penetrabilibus narrationibus, haud tamen usque adeo
 ignauiter tam cito uniuersam deserēs Græciam, tibi ces-
 sero. Etenim uehementer absurdum fuerit, cum duo il-
 li tantum uicerint Scytharum, quantum fuisse declar-
 rant tum fabulæ, tum uetustæ uestræ picturæ, quas pau-
 lo ante scite admodum representabas, Græcos omnes
 tot nationes, tot ciuitates, nullo defendente unci abs-
 te. Nam istuc si fiat, non dextrani, quem admodum
 apud uos solet, sed linguam execari conueniat. Sed
 utrum spectare nos oportet, numerum ne eorum quæ
 amice quis gesserit, an magis quo plures alteruter ami-
 cos referre poterit, hoc uictoria dignior uidebitur?
 Toxa. Nequaquam, immo ne multitudine uis hor-
 rum spectetur, uerum si quæ tu narrabis facta, ijs, quæ
 narrabo, uideantur præstantiora, magisq; penetrantia
 tum nimirum etiam si numero paria sint, opportuniora,
 magisq; letalia mihi facient uulnera. Ac penè me-
 met adictus accommodabo. Mnesip. Probe loque-
 ris. Statuamus igitur, quot erunt satis. Toxa. Mi-
 hi quidem satis fore uidetur, si uterq; quinq; narret exē-
 pla. Mne. Indem mihi uidetur, ac prior dicito, ue-
 rum adiuratus nimirum non nisi uera dicturum, alio-
 qui fingere eiusmodi, non admodum fuerit difficile, pa-
 lam autem refelli non queant. Porro si iuraris, nefas sit
 non habere fidem. Toxa. Iurabimus, si quid eti-
 am iureiurando opus esse censes. Mne. At quis

tibi è dijs nostratibus, num satisfaciât Iuppiter philius?

Toxa. Et maxime. Ego quoq; tibi nostratē iura-
bo, me apte in lingua. Mne. Testis igitur esto Iup-
piter philius, quæcunq; dicturus sum apud te, ea nimirum,
uel quæ uiderim ipse, uel quæ ab alijs quoad fieri
cōponit, diligentissime perceperim, narraturum, ni-
hil ex me ipso commiscentem, alienantemq; . Ac primo
quidem loco Agathoclis, Diniæq; amicitiam referam
quæ apud Ionas est celebratissima. Nam Agathocles
hic, qui Samius fuit, non ita pridem uixit, uir in amicitia
quidem præcipuus, ita ut re declarauit. Ceterum
in alijs in rebus uulgo Samiorum nihilo præstantior
neq; genere, neq; ceteris item opibus. Huic cum Diniæ
phesio Lysionis filio amicitia à puero intercesserat.
Porro Diniæ supra modum ditatus est, & quemad-
modum silent, ij, qui nup opes nacti sunt, complures et
alios secum habebat, satis quidem idoneos illos & ad
cōpotandum, & ad uoluptariam consuetudinē, ab
amicitia uero lōge alienissimos. Atq; inter hos interim
habebatur & Agathocles, conuiuēbatq; , et cōpotabat
illis non admodum approbans eam uiuendi rationem
Diniæ autem nihilo hunc potiore habebat, q̃ ceteros
adulatores. Tandem etiam offendere cœpit, crebris
us obiurgans, molestusq; uidebatur, q̃ppe qui admonere
et eum maiorem, præciperetq; ut seruaret, quæ multo
labore parata pater illi reliquisset, adeo ut ob hæc ne
ad conuēssatiōes quidem illum deinceps adhiberet, sed
clusus cū illis conuēssaretur celare cupiens Agathoclem
Denique ab assentatoribus illis misero permāsū est,

quod adamaretur à Chariclæa Demonactis uxore viri illustri, atq; inter Ephesios in honoribus civilibus primarij. Jam & litterulæ à muliere ad illum missitæ; & certa semimarçida & mala quædam admorsa, deniq; quicquid ad hac lenæ machinantur in adolescentes, quo paulatim illis amorem artibus quibusdam inserant, primumq; hac incendunt opinione, quod sese credant amari. Nam plurimum illicet & hoc presertim eos, qui sibi formosi videntur, donec imprudentes incasset inciderint. Erat autem Chariclæa urbana, quidam, & elegans muliercula, at supra modum meretricia, semperq; illius, quicumq; forte adisset, etiam si quis admodum leniter cōcupivisset, quin si vel aspexisset dñ taxat, protinus adnuebat, nec ullo pacto memendum erat, nequando recusaret Chariclæa, admirabilis autem alioquin artifex, quavisq; meretrice doctior, irretire amatorem, & ambiguus, cum adhuc esset totum subigere, at cum iam teneretur incitare, ac magis, magisq; accendere, nunc ira, nunc blandimentis, ac mox fastidio, deinde iniecta suspitione, quasi ad alium sese deflexura esset, postremo omni ex parte egregie docta erat mulier & absoluta, artibusq; omni ingenio in amantes instructa. Hanc igitur tum Dinia adulatoris accersuerant in adolescentulum, multaq; adsimulabant quo eum in amorem Chariclæa impellerent, illa porro quæ complureis iam adolescentes iugularat, & innumerales amores fuerat mentita, domosq; opulentas euerterat, varium quoddam atq; inexpugnabile malum, ubi nacta manibus est simplicem, & huiusmodi

si artium imperitum adolescentulum, haudquaquam amittebat ex unguibus, sed undique oppugnans, tentansque ubi iam omnium esset compos, tum ipsa dum captat, capta perijt, tum infelicem Diniam innumerabilium malorum exitit causa. Nam primum quidem statim litterulas illas ad illum dat, ac subinde mittit ancillulam, quæ renunciaret, ut fletet, ut uigilaret, postremo ut misera præ amore suffocatura esset sese. Donc iam beatus ille persuasus, sibi formosus esse uideretur, atque Ephesiorum uxoribus præter cæteros adamabilis. Ac tandem in congressum adductus est multis precibus exoratus. Et ex eo quidem tempore facilis iam erat coniectura, fore ut caperetur à muliere formosa, ad voluptatem congregi docta, & in loco flere, & inter loquendum miserabiliter suspirare, & iam abeuntem amplecti, & adeuntem obuiam occurrere, & formam colere sic, ut maxime placitura esset, interdum uel uoce, uel chara, quibus omnibus in Diniam usa est. At ubi sensit excruciarî, iamque amore illaqueatum, ac subiugum esse factum, aliud ad hæc excogitat, quo miserum subuerterat, gravidam se ex eo simulat (nam hoc quoque efficax, ad magis ac magis inflammandum stultum amantem). Neque postea connebat ad illum, affirmans à viro obseruari sese, qui iam amorem persensisset. Hic uero rem iam non ultra ferre potius erat, neque durare quibat, cum illam non aspiceret, sed lacrymabatur, adulatoresque ad eam mittebat, ac Chariclæ nomen inclamabat, imaginemque illius amplexus (candido enim lapide se-

cerat) eiulabat. Denique in limine abiiciens sese iactabatur, planeque res extremae demeritae speciem obtinebat. Siquidem munera reddita sunt mulieri, non pro malorum aut corollarum pretio, sed solidae domus, agri, famulae, uestes florulae, auri quantum optaret. Quid multa? Breui Lyfionis domus antea inter Iones nobilissima exhausta est, atque exinanita. Deinde ubi iam exucus esset, eorelictus, alium quempiam adolescentulum Cretensem, bene numatum uenata est, illique substituit. Iam uidelicet illum adamabat, atque is quidem credebatur, itaque Dinias neglectus non à Chariclea modo, uerum etiam ab assentatoribus (nam isti quoque ad Cretensem amatorem iam descuerant) abiit ad Agathoclem, iampridem non inscium, quam illi res misere haberent. At initio quidem ueritus, tamen exposuit omnia, amorem, egestatem, arrogandam mulieris, riualem Cretensem, in summa non uicturum sese, nisi cum Chariclea consuetudinem haberet. Ille uero intempestiuum esse ratus id temporis exprobrare Diniae, quapropter ex amicis unum sese non adiisset, sed tum quidem assentatores suos sibi anteposuisse, diuinita, quam unam habebat in Samo, domo paterna, pretium illi attulit talenta tria. Quae simulatque recepit Dinias, haud clam erat Chariclea, rursus subito formosus factus, rursus ancilla et literula, et exposulatio, quod iam diu sese non adiisset, concurrerunt iteni adulescentes applaudentes, ut uiderunt Diniae adhuc esse quod daret, cum autem pollicatus

pollicitus esset sese uenitum ad illam, uenissetq; primo
ferè somno, essetq; intus Demonax Chariclææ maritus,
sive quod alioqui persenserat, sive de composito, prodit
tioneq; uxoris (nam utrumq; fertur) exiliens uelut ex
insidijs, & atrium iubet occludere, & Diniam com
prehendi, ignem, ac flammam minitans, neque non gladi
um tanquam in uerum educens. Ille porro reputans
quibus in malis esset, uelle quopiam de proximo, ut iace
bat, arrepto, tum ipsum occidit Demonactem, in tem
pus, adigens, tum Chariclæam, atq; hanc quidem non
illu uno, uerum etiam & uelle sapius, & postea De
monactis gladio feriens. At famuli interea nulli stabat,
se in uitate attoniti. Deinde comprehendere conati, cū
in hos quoq; ferro insiliret, ipsi quidem aufugerunt. Di
nias autem clam sese subduxit, tanto patrato facinore,
Et ad auroram usq; apud Agathoclem diuersabatur,
pariterq; & quæ facta essent reputabant, & quid in
posterum esset euenturum considerabant, ut autem dis
luxit, milites aderant (iam enim res erat diuulgata) cō
prehensumq; Diniam, nec hunc iam inficiantem hor
mici dium, abducunt ad præfectum, qui per id tempus
Asiam moderabatur. Hic eum ad Persarum regem re
mittit, nec ita multo post relegatus est Dinias in Giarō
insulam ex Cycladibus unam, damnatus à rege, ut in
ea, quoad uiueret, exularet. Agathocles autem cum re
liquis in rebus nunquam defuerat, tum pariter soluit
in Italiam, & amicorum solus una est iudicium comi
tatus, nihilq; commertus inuit in uincula. Porro ubi iā
in exilium profectus est Dinias, ne tum quidem deser
tus est ab amico, Quin potius ipse suapte sponte dante

TOXARIS

natus, versabatur in Giaro simulq; cum illo exulē agebat. At cum iam rerum necessarium omnium inopia laborarent, locans se ipsum purpurarijs unā cū alijs urinabat, quodq; hinc partum est referēs, Diniam alebat, & egrotantē diutissime infirmuit, & ubi vita defunctus est, noluit inquam in patriam reuerē, uerum inibi perscueravit in insula, pudori sibi fore ratus, si uel mortuum amicū deseruisset. Hoc tibi grāci factū amicū retulerim, quod quidem non ita pridem accidit, haud enim scio an anni quinq; präterierint, quod Agathocles in Giaro uitam obijt. Toxaris. At uānam in iuratus ista Mnesippe dixisses, uidelicet quo mihi fas eēt, eis non habere fidem. Adeo Scythicum quendam amicū Agathocleni istum descripsisti, quin uereor nequē & alium istū simileni narres. Mnesippus. Audi iam & alium Toxari Euthydicum Chalcidensem, tenuit autem mihi de hoc Simylus nauclerus Megarensis, adiurans profecto se testem factam esse. Aiebat enim nauigauisse sese ex Italia Athenas, circiter Pleiadū occasum, collecticios quosdam homines uehentē, in his fuisse Euthydicum, unāq; cum hoc Damoneni Chalcidensem eiusdem amicū. At natū quidē eos aqualeis fuisse, uerum Euthydicum, ualentem, robustūq; Damonem contra suppalidum, ac ualentinariū, quasi qui nuper (ut apparebat) ex diuturno morbo reualuisset. Itaq; ad Siciliam usq; feliciter aiebat Simylus nauigasse ipsos. Caterum ubi transmissō fretō, in ipso iam Ionio mari nauigarent, tempestatem maximam eis incubuisse. Quid autem attinet multa referre? immaneis quasdam procellas ac simiosas tñ grandines, & si quæ alia

tempestatis mala, ut uero iam haud procul abessent à Zacyntho nuda nauigantes antemna, præterea & furies quosdam trahentes, quo nimirum uim, impetumque fluctus exciperent, circiter noctis medium Damonem, qui in tanta iactatione nauigasset, nonuisse, in mare propendentem. Deinde, ut conjicio, nunc uehementius in eam partem, in quam ille propendebat inclinatus, simulque propellente fluctu excidisse cum prono capite in pelagus, neque nudum tamen uidelicet, ut miserum uel natare commode liceret. Mox itaque succubantissimum cum præfocaretur, nixque sese ab undis sustolleret. Porro Euthydicum simul atque audisset, nam forte fortuna nudus in strato tum erat, abiecisse senet in mare, arreptoque Damone, qui iam deficiebat (diutius enim ista inderi poterant luna scilicet relucente) unà cum illo fluisse, pariterque summo uertice extitisse. Ac uoluisse quidem illis opitulari sese miseratos uirorum calamitatē, uerum nequisse, quod uento præualido raperentur. Illud tamen fecisse, subera complura ad illos proiecisse, tum ex contis aliquot, ut ab ijs suspensi natarent, si quem forte ex eis nanciscerentur. Postremo cauescria quoque tabulata, quæ quidem erant nequaquam exigua, cogita iam per deos, quod aliud grauius beneuolentiæ documentum quisquam edere queat, ne hominem amicum, qui noctu decidisset in mare, usque adeo saluens, quam communicata morte. Iamque adeo mihi ante oculos ponē imminentes procelas, fragorem undarum circumfremantium, spumam undique efferuescentem, noctem, ac desperationem. Ad hæc illum iam præfocari incipientem, nixque

TOXARIS

undis extantem, manusq; porrigentem amico, hunc autem incōstanter insilientem, simulq; nantem, prorsusq; sollicitum, ne se prior Damon interiret, sic enim profecto cognosces, qđ haud ingenerosum hunc quoq; amicum, videlicet Euthydicum renulerim. Toxaris. Vtrum perierunt viri Mnesippe, an salus quāpiam ex insperato illis contigit? Adeo ego illis non mediocriter timui. Mnesippus. Bono animo es Toxaris, servati sunt, quin hodieq; Athenis agunt, ambo philosophiae dantes operam. Nam Simylus ea denique narrare poterat, quae noctu videre licuit, hunc delapsum, illum desilientem, simulq; nantes, quatenus per noctem dabatur aspicere. Porro quae post haec acciderint ij, qui cum Euthydico versantur, narrant. Primum quidem Subera quaedam forte nactus, suspendisse de his sese, atque ita haerentes fluitasse perquam incommode, Deinde ubi tabulata conspexissent iam sub auroram annasse, consensisque illis commode nantes appulisse Zacynthum, post hos autem, qui nequaquam mali sunt, ut ego quidem autumno, accipe iam tertium nihilo istis inferioreni. Eudamidas Corinthius Aretæo Corinthio, & Charixeno Sicyonio amicis utebatur, & ijs quidem opulentis, cū ipse pauperrimus esset. Hic vita decedens testamentum reliquit, alijs quidem fortasse deridiculum, sibi vero, haud scio, an tale sit apparitum, viro probo, & apud quem amicitia in pretio sit, quique vel cum praecipuis in ea certare queas, sic enim in eo scriptū erat. Lego Aretæo quidem, matrem meam alendam, atque in senecta fovendam, Charixeno vero filiam meam elocandam cum dote, quanta ab illo maxima dari poterit.

vit. Erat autem illi mater anus, ac filiola iam matura
 nuptijs. Siquid autem interim acciderit, alterutri hu-
 ius quoque partem (ut aiunt) alter habeto. Huiusmodi
 lecto testamento, ij, qui tenuitatem quidem Eudamidæ
 noverant, at amicitiam, quæ illi cum his uiris interces-
 serat, ignorabant, rem pro ludo, iocoq; duccebant. Ne-
 mo certe aderat, qui non cum risu discederet, quod eius-
 modi hereditatem Aretæus, & Charixenus essent ac-
 cepturi, atque ita aiebant. Siquidem persoluent Euda-
 midæ, superstites ipsi hereditatem tradent mortuo. At
 heredes, quibus ista erant legata, ut audierunt, uene-
 runt ilico agnoscere, rataque facientes ea, quæ erant
 testamento mandata. Itaque Charixenus quinque dies
 taxat dies superstites, diem obiit. Aretæus autem opti-
 mus successor factus, tum illius, tum suo ipsius suscepto
 onere, & matrem alit Eudamidæ, & filiam non ita
 pridem elocauit, ex quinque talentis, quæ possidebat,
 duobus in propriæ filiæ dotem, duobus in amicæ filiæ
 erogatis. Ac nuptias ambarum eodem die fieri uoluit.
 Quid tibi Toxaris Aretæus. iste uidetur? num nam le-
 ue amicitia argumentum exhibuisse, adita huiusmodi
 hereditate, neque deserto amicæ sui testamento? an hunc
 quoque in perfectis, idoneisque calculis ponimus? ut
 sit unus è quinque? Toxaris. Et iste quidem egregi-
 us, quanquam equidem Eudamidam multo magis ob-
 fiduciam admiratus sum, quæ fuit erga amicos declar-
 auit enim quod & ipse eadem fuisset facturæ erga il-
 los, tamen si non essent ea scripta in testamento, uerum
 ante alios uenisset non scriptus talium hæres. Mnesi-
 pippus. Probe dicis. Sed quartum iam tibi narrabo,

Zenothemim Charmoleum Massilia oriundum. com-
 mostrabat mihi in Italia patria nomine legatū agen-
 tē, uir decorus, procerus, ac diues, ut apparebat. Asside-
 bat illi uxor in rheda iter facienti, cum alioqui de formis-
 sima dimidia nempe dextra corporis parte māca, alte-
 roq; capta oculo, teterrimum quoddam, & refugien-
 dum tericulum. Deinde cum demirarer, si, decorus il-
 le cum esset, ac uenustus sustineret eiusmodi mulierem
 sibi adiunctam, is, qui mihi eum commostrabat, cau-
 sam exponit, quare in id matrimonium incidisset. noue-
 rat enim comperte omnia. nam ipse quoq; Massiliensis
 erat. Menecrañ, inquit, huius scdæ patri, amicus erat
 Zenothemis, uiro diuiti, ac honorato, ipse iisdem rebus
 par. Deinde aliquāto post facultatibus exutus est ex cō-
 demnatione Menecrates, quo tempore pariter infamis,
 & ad capeffendos magistratus inidoneus est indica-
 tus à sexcentum uiris, tanquam qui sententiam iniquā
 pronūciasset. Ad hunc autem modum inquit nos Mas-
 silienses multamus, si quis corrupte iudicet. Grauius ita-
 q; ferebat Menecrates. Primum quod esset condena-
 tus, deinde, quod ē diuite pauper. Postremo quod ex
 nobilitate repente factus esset infamis ac reiectus. At præ-
 ter cetera eum ipsa discruciebat filia iam nubilis, ut
 pote annos nata decem & octo, quam ne cum omni
 quidem patris substantia quam ante condemnationem
 possederat, dignatus fuisset quisquam ingenuus, ac
 pauper facile accipere, quæ tam infelici fuerit fortu-
 na. Quin & concidere dicebatur, idq; circa lunam cre-
 scentem. Hac ubi apud Zenothemim deploraret, bono
 inquit animo es Menecrates, Neque enim ipse egebis

necessarius, & filia tua dignum aliquem suo genere
sponsam inuenerit. Atque hæc elocutus, statim apprehensa
illius dextra deduxit domum. Ibi quæ opes, quæ
illi multæ erant, paritus est cum illo, ac cæna apparari
iussa, conuiuium accepit amicos, & in his Menecratem,
uelut iam è necessarijs cuiquam persuasisset, ut
puellam in matrimonium acciperet. posteaquam autem
conuiuium peregerant, libassentq; dijs, tum uero
plenum illi calicem porrigens, accipe inquit Menecrates
à genero symbolum affinitatis poculum, nam hodie
ducturus sum ego filiam tuam Cydimacham, dotem
autem iam olim accepi, talenta quinque & uiginti.
illo uero respondente absit ne feceris o Zonothemis, ne
ue ipse usque adeo insaniem, ut te, qui & iuuenis es, &
formosus conspiciam cum deformi puella, ac debilitata con
iugati. Hæc inquam illo loquente, hic sponsam adiunctam
tollens abduxit in thalamum, ac paulo post prodijt, ea
de uirginata. atq; ex eo tempore cum illa uixit, supra mor
dum diligens, & quemadmodum uides, circumferens
eam. Et non solum non pudet matrimonij, uerum etiam
am perire, atq; cohonestatus eo, sic ostendat propterea
quod negligit corporis formam, ac scditatem, ad hæc opes
& famam tantum amici rationem habet Menecratia
neq; arbitratur eum sexcentum uirum sententia. deter
riorem esse factum, quantum ad necessitudinem. Quam
quam pro ijs iam illi gratias retulit fortuna, ad hunc mo
dum. Puellus enim ei formosissimus ex illa deformissim
us susceptus est. Neq; dix est, quod tollens hunc pater
intulit in curiam, frondibus oleaginis coronatum, ac
pullis amictum, quo plus miserationis auo conciliaret.

At infans arridebat iudicibus, manibusq; complodebat. Itaq; curia commota super illo, remisit multā Menecrati, atq; ille iam rei, famæq; restitutus est eiusmodi patrono usus apud Iudices. Hæc affirmabat Massiliensis Zenothenum amicū gratia fecisse, haud mediocria, sicuti uides, neque qualia passim Scythæ faciliunt, quæ concubinas formosissimas summa cura deligere dicuntur. Restat nobis quintus. Neque uero mihi uideor aliquempiam debere dicere, Demetria Suniensi præterito. Nauigarat in Ægyptum Demetrius unā cū Antiphilo Alopecensi, qui cum illi iam inde à teneris annis fuerat amicitia, atque ephebus ephebo conuixerat, pariterq; fuerat eruditus. ipse quidem Cynicam disciplinā secutus sub Rhodio illo sophista, Antiphilus uero medēdi scientiam exercuerat. At hoc temporis forte profectus fuerat in Ægyptum, ad spectaculum Pyramidū, Memnonisq;. Nam audiuerat illas, cum essent sublimēs, umbram non iacere, Memnonem autem uocem edere, exoriente sole. harum igitur rerum cupiditate aduentus Demetrius, uidelicet ut Pyramidas intueretur, ac Memnonem audiret, Sextum iam mensem aduerso Nilo nauigabat, relicto Antiphilo, quod is itinere, atque æstu defessus esset. Huic autem interea calamitas incidit, quæ singularem quempiam amicum postularet. Nam puer eius, ut nomine ita & patria Syrus, inita societate cum sacrilegis aliquot, unacum illis in Anubis templum irrupit, sublatoq; deo ad hoc phialis aureis duabus tum caduceo, aureo & hoc, neque non cynocephalis argenteis, atque id genus alijs, omnia apud Syrum deposuerant. Deinde forte comprehē-

si (capta enim fuerant diuidentes nescio quid) rem omnem proinus confessi sunt descripti in rota, deportatiq; uenerunt in aedes Antiphili, ibi res furto sublatas deponiebant, sub lectica quadam in abdito conditas. Syrus itaque illico uinctus, unaq; herus huius Antiphilus, atque is quidem interea, dum praecptorem audit, auulsus. Haec opitulabatur quispiam, quin magis ij, qui fuerant haecenus amici, auersabantur hominem tanquam qui templum Anubis sacrilegio compilasset, seseq; impiari credebant, si cum illo bibissent, aut edissent. Porro duo, qui reliqui erant pueri, quicquid erat in domo conuasantes, fuga discesserunt. In uinculis igitur erat miser Antiphilus multum iam temporis, habitus interim omnium, quantum in carcere erat, sentium scelestissimus. Porro praefectus carceris Aegyptius homo superstitiosus ratus sese gratum facere deo, atque illius ulcisci uices, grauis Antiphilo imminabat. Quod si quando defenderet, affirmans se nihil eiusmodi patrasse, impudens habebatur, atque hoc nomine multo etiam magis erat inuicisus. Subægrotabat itaque iam, maleq; habebat, nec mirum, quippe q̄ humi cubaret, idq; etiam noctu. neq; crura sineretur protendere, ligno inclusa. nam per diem Cyphone stringebatur altera manu uincta ferro. at noctu cogebatur totus in uinculis esse. Ad haec insuper domicilij paedor, ac praefocatio, multis ibidem uinctis, locumq; angustum prementibus, adeo ut uix respirarent, tum ferri stridor, ac sonitus exiguus. Haec omnia molesta erant, atque intoleranda, numquam homini eiusmodi rerum insueto, minimeq; ad tam durum uitæ genus exercitato. Cū uero iam deficeret, ac ne cū

bum quidem capere posset, reuersus est tandem & Demetrius, nihil dum sciens eorum, quæ acciderant, ut autem cognouerat, quo in loco res esset, statimq; curriculo ad carcerem uenisset, tum quidem admissus non est, propterea quod uespera iam esset, & carceris iustos iandum occlusis foribus dormiebat, ministris excubias agere iussis. At mane cum esset, ingressus, multis uidelicet precibus admissus, accedens multo tempore quarebat Antiphilum quippe malorum multitudine sic immutatam, ut agnosci non quiret. Circumiens igitur è uinis & is unumquemque contemplantur, eorum more, qui familiarium cadauera iam marcida facta requirunt in stragibus. Quod ni nomen fuisset elocutus, Antiphilum Denomenis filium, ne longo quidem tempore potuisset agnosci quisnam esset, usque adeo præ malis erat transfiguratus. ut uero ad uocem agnitam respondisset, atq; adueniente illo comam diduxisset, eam à uultu abigens sordidam, atque impexam, ostendit sese quis esset. Hic ambo collapsi sunt, eiulantes, in tam inopinato spectaculo. uerum aliquanto post, posteaquam & ipse sibi reditus, & Antiphilum recipiens Demetrius de singulis esset illum diligenter perconstatum, bono animo esse iubet. Tum dissecto pallio, dimidiato quidem induitur ipse, reliquum autem illi donat, detractis illi putribus atque detritis, quibus erat opertus panniculis. Atque ex eo die modis omnibus illi aderat, curam eius agens inserviensq;. Locans enim sese, ijs, qui uersebantur in portu, mercatoribus, à mane ad medium usq; diem, oneribus gestandis non paruum lucri faciebat. Deinde ab opere reuersus, mercedis partem carcerario in manum dat

bat, quo illi mansuetum hūc ac pacatum redderet. De reliquo autem in amici curā, assatim suppeditabat. Atq; interdū qdē aderat Antiphilo, quo illū cōsclaretur ubi uero nox occupasset, pro carceris foribus facto ex herbis torulo, substratisq; frōdibus, acquiescebat. Et in hūc qdē modum aliquādiu degebant, ut Demetrius nullo uetante ingrederetur, atq; ob id mitius ferret calamitatem Antiphilus, donec extincto in carcere latrone quopiam, idq; ut putabatur, ueneno, & custodia exactissime obseruata, neque deinde quispiam admissus in domicilium, in quo uincti seruabantur. Quas ob res dubius, atque anxius, cum alia uia non pateret, qua liceret amico adesse, adito præfecti collega, seipsum deferret tanquam in irruptione templi Anubis communē operam addidisset, id simulatq; confessus est, abductus est ilico in carcerem, uinctusq; iuxta Antiphilum. Nā hoc magnis precibus uix obtinuerat à carcerario, ut proxime Antiphilo, atq; eadem in trabe uinctetur. Hic igitur uel maxime declarauit, quanto in illum fuerit amore, cum sua ipsius incommoda negligeret (nanq; hoc inuenerat ipse) illud autem curæ haberet, quo pacto fieri posset, ut ille & quamplurimum dormiret, et minimū angeretur. Atq; ita cōmode tolerabant, cōmunicatis inter ipsos malis, donec aliquanto post, tale qdā accidit, qd finem fermē eorū imponeret calamitati. Siqdem ē uinctis quispiā, haud scio unde nactus litam, adiūctis cōiuratis captiuorum plerisq; catenā insecuit, qua seriatim erāt astricti, cyphonibus in hanc insertis, soluitq; omnes. Qui quidem facile, trucidatis qppe paucis custodibus, cōglobari proficere. Atq; ij q/

TOXARIS

deni ilico quo quisq; poterat dissipari, postea plerique sunt comprehensi. Porro Demetrius, & Antiphilus inibi remanserunt, Syto quoq; retento, q iam aufugere parabat. Ut autem diluxisset, Aegypti praeses, cognito qd acciderat, emisit quidem qui illos insequerentur, accersitis autem ijs, qui erant cum Demetrio, soluit a uinculis collaudatos, quod soli non aufugissent. At illis haudquaquam sat erat, ut hoc timulo dimitterentur. Clamabat autem Demetrius, sibiq; non mediocribus in rebus iniuriam fieri prae tendebat, si pro maleficis haberi uiderentur, uel commiseratione, uel ob id laudis, quod non aufugissent, dimitti. In summa compulere iudicem, ut causam exactius excuteret. At hic ubi reperit, nihil eos communitos, collaudatos illos, Demetrium autem seorsum quoq; admiratus, liberos esse iussit, consolans super poena, quam tulerant, praeter ius in uincula coniecti. Quin etiam ambos munere prosecutus est, idq; de suo, Antiphilum drachmarum decem millibus, bis tanto Demetrium. Ac Antiphilus etiam nunc quidem in Aegypto est. Demetrius autem sua quoq; uiginti millia res linquens amico, concessit in India, profectus ad Brachmanas, tantum hoc locutus Antiphilo, merito sibi iam ignoscendum uideri, quod tum ab eo discederet. Neq; enim sibi opus fore pecunia, quoad is perseueraret, esse, qui erat, uidelicet qui possit paucis esse contentus, neq; illum amplius egere amico, quippe cui res iam feliciter haberent. Huiusmodi sunt Toxaris amici graeci. Quid ni iniuncto notasses nos, tanquam qui uerbis nos iactauerimus, idem profecto relatuus eram tibi complures orationes, atque eas egregias, quas Demetrius habuerit

In iudicio, cum interim pro seipso nihil defenderet.
pro Antiphilouero, lachrymas funderet, atque etiam
supplex esset, totamque causam in sese reciperet, donec Sy-
rus flagris casus amboseos liberos fecit. Hos igitur pau-
cos è plurimis, quos mihi primum memoria suggessit,
tibi narrauerim praeclaros, ac firmos amicos. Quod reli-
quum est, iam decedens à narratione, tibi dicendi par-
tes trado. Tu porro uti Scythas his non inferiores refe-
ras, sed longe praestantiores, tibi ipsi cura fuerit, si quid
de dextra sollicitus es, ne ea tibi praecidatur. Verum opor-
tet strenuum prestare uirum. Etenim res quaedam uehe-
menter ridicula tibi contigerit, si cum Orestem, ac Pyla-
dem admodum sophisticæ laudaris, pro Scythia dicēs
orator ignauus appareas. Toxa. Recte tu quidem
Mnesippe, quod quidem ad dicendum etiam adhortaris,
proinde quasi nihil sollicitus sis, ne tibi lingua exerceatur, ni-
hil in narrationibus. Sed iam exordiar, nihil quidem, quæ
admodum tu, uerbis phalerans, atque adornans (neque
enim is Scytharum mos) præferam cum res ipsæ lon-
ge magis loquantur, quam uerba. Nihil autem eiusmodi
expectaueris à nobis cuiusmodi tu commemorando
laudibus extulisti, puta si quis sine dote duxerit de for-
mem mulierem, aut si quis amici filia nubenti, pecuniolam
donauerit, duo talenta, ac per Iouem si quis sponte eat in
uincula cum certo sciat se paulo post esse soluendum.
Admodum enim leuia ista, neque quicquid inest in his
uel magni negotij, uel uirile quod sit. Cæterum ego ti-
bi referam multas cades, bellaque, et mortes amicorum
causa susceptas, ut intelligas uestra ista lulum esse, si cū
Scythicis conferantur. Neque tamen istuc sine causa fa-

cūris. Sed inerito parua ista miramini, propterea, quod
 non sunt uobis admodum graues occasiones declaran-
 dæ amicitia, quippe in alta pace uiuentibus. Quemad-
 modum nec in tranquillitate queas scire, bonus sit gu-
 bernator nec ne. Tēpestate enim tibi opus fuerit, ad hoc
 ut dignoscas. At apud nos bella perpetua, & aut inua-
 dimus alios, ut cedimus inuadentibus, aut ubi forte cō-
 currimus, pro pascuis, prædāq; pugnamus. Hic potissi-
 mum opus est bonis amicis, eoq; q̄ firmissime constitui-
 mus amicitias, Sola hæc arma inuisa, atq; inexpugna-
 bilia esse indicantes. Prius autem uolo tibi commemora-
 re quorū faciamus amicos, non ex poculis, quemad-
 modum uos, neq; si quis æqualis sit, aut uicinus, uerum
 ubi strenuū quempiā uirum cōspexerimus, quiq; p̄cla-
 ra facinora patrare possit, in hunc omnes studio incū-
 bimus, & quod uos in ambiendis coniugijs, id nos in
 amicis facere non grauamur, diu quasi procos agentes,
 nihilq; non facientes, ne uidelicet frustremur amicitia,
 ne' ue reiecti esse uideamur. At ubi iam in amicitias cæ-
 teris repulsis, delectus est quispiam, protinus fœdus ini-
 tur, ac iusiurandum, quod sit maximum nimirum, et
 uicturos eos pariter, et mortem oppetiturum, si sit opus,
 alterum pro altero. Atq; ita facimus. Etenim simul atq;
 incisis digitis, sanguinem in calicem destillauerimus,
 summisq; intinctis gladijs, ambo pariter ad mouentes
 biberimus, non est quicquam, quod deinde nos queat
 dirimere. Admittuntur autem ad huiusmodi fœdera ad-
 summum tres. Nam qui multis sit amicus, is eo loco ha-
 betur apud nos, quo communes istæ, atq; adulteræ ux-
 ores, arbitramurq; iam non perinde firmam illius amicitia

tiam fore, posteaquam est in plures partes dissecta. Exordiar autem ab ijs, quæ nuper Dandamis fecit. Dandamis enim hic in conflictu cum Sauromatis, cū esset captivus abductus eius amicus Amīzocas. Quin potius ante tibi iurabo nostrum iusiurandum, quandoquidem istuc initio sibi pollicitus. Non enim per Ventum & Acinacem, quicquā mentiturus sum apud te de Scythicis amicis. Mnesippus. Equidem tuum iusiurandum haud magnopere desyderabam, proinde recte facis, qui nullum deorum iures. Toxaris. Quid tu narras? An non tibi videntur esse dii Ventus & Acinacis? Adeo ne te fugit quod nihil sit maius mortalibus vita ac morte? Per hæc utiq; iuramus, quoties per Ventum, & Acinacem iuramus, videlicet per Ventum, tanquā qui vivendi sit causa, per Acinacem vero, ut qui mortis sit author. Mnesippus. Atqui si ista idonea causa est, profecto multos alios quoque deos estis habituri, tales qualis est Acinacis, puta iaculum, laccam, venenum, funem, atq; his consimilia. Quandoquidē varius est iste deus interitus, atq; innumerabiles aperit vias, quibus ad illū sit aditus. Toxaris. Vide q̄ contentiose nūc, quāq; subdole facis, dum medio sermone interpellas me, excutisq; ac disturbas orationem meam. At ipse loquente te silentium agebā. Mne. Age, non sum istuc posthac factururus Toxaris. Et optimo iure obiurgas, quare perge confidenter, qđ restat dicere, perinde quasi nec adsim, dum loqueris, adeo tibi silebo. Toxaris. Quartus igitur agebatur dies Dandamidi, & Amīzoca, mutuum sanguinem pariter biberant, venerant interea in regionem nostram Sauromata, cum equitum decem mil-

libus, peditum autem bis tantum aduenisse ferebatur, ij nimirum, cum in nos irruissent imparatos, neque expectantes illorum insultum, omnes quidem cedere cogunt, complures autem repugnantes occidunt, nonnullos & uiuos abducunt, nisi siquis effugerat tranans in ulteriorem fluminis ripam, ubi nobis dimidiū copiarum, & pars curruum erat. Sic enim id temporis castra fueramus metan, haud scio quo consilio Archiplatonum, id est ducum nostrorum, ad utranq; Tanaidis ripam. Proinus itaq; & prædas abigere, & capta abducere, & tentoria diripere, & curribus potiri, atq; ijs plerisq; cum uiris captis, & sub oculis nostris concubinas, uxoresq; nostras constuprare. Nos porro re indigne tulimus. At Ανζοα, cum duceretur (erat enim captus) nominatim inclamauit amicum misere uirtus, simulq; calicis, & sanguinis comone facit. Quod simulatq; exaudierat Dandamis, nihil etiam restans, spectantibus omnibus, tranauit ad hostes, ibi Sauronata densatis telis irruerunt in illum, iam confixuri, nisi succlamasset Zirim. Hoc uerbi siq; scruerit, postea non interimunt, sed recipiunt, tanquam de dentem sese pretio redimendum. Moxq; ad illorum ducem adductus reposcebat amicum, ille redemptionis pretium postulabat. Neq; enim prius dimissurum sese, nisi maximū pro illo recepisset. Tum Dandamis, quæ possidebā inquit, ea omnia à uobis direpta sunt, quod siquid est, qd nudus præstare queam, id sum paratus polliceri uobis, & imperato quicquid uoles. Et si ita uis, me ipsum huius in locum recipe, & abutere ad quodcunq; tibi libitum erit. Ad hæc Sauronata, Nihil inqt opus retinere te, præsertim

te, preferam cum te met dedideris. Quin tu parte eorum,
quæ possides, tradita, amicum abducito. Rogat illico
Dandamis, quidnam uellet accipere, ille oculos postula-
lat. Atq; hic proinus, exhibuit eruendos. Deinde ubi es-
sent execti, iamq; pretium persolutum esset Sauromatis,
recepto Amizoca reuersus est innitens illi, unaq; tra-
nantes incolumes ad nos redierunt. Id factum animū
reddebat Scythiis omnibus, neq; iam uictos esse rebantur
se se, cum uiderent, quod apud nos esset bonorū ma-
ximum, id non dum esse abductum ab hostibus, uerū
superesse egregiam mentē, & in amicos fidem. At idē
Sauromatis formidinem non mediocrem incutiebat, re-
putantibus cum cuiusmodi uiris, si se præparassent, es-
sent pugnaturi, tamen si tum quidem ex improviso super-
rassent, proinde sub noctem relictis maxima ex parte
pecoribus, incēsisq; curribus fuga sese subduxerunt. Por-
rò Amizoca non tulit diutius, ut uideret ipse, amico ca-
co Dandamide, sed ipse seimet exoculauit. Atq; ita se-
dent ambo, omniq; cum honore à populo Scytharum
publicatus abitur. Quid tale Mnēsippe uos referre posse-
tis? Etiam si quis tibi donet, ut possis uel decem alios ad
istos quinque adiungere, etiam citra iniurandum, si ita
uis, ut & multa liceat affingere? At ego tibi rem nudā
exposui. Tu uero si quem talem narraffes, non sum nesci-
us, quantas adornandæ rei grāia phaleras narrationi
fueris admisturus, quem admodum supplicarit Danda-
mis, & quomodo sit excacatus, & quæ dixerit, et quo
pacto redierit, & quem admodum exceperint eum Scy-
thæ, ad gratulantes, beneq; ominantes, atque id genus
alia, cuiusmodi uos ad demulcendas aures soletis arti-

ficio quodam addere. Audiigitur & alium huic parē,
 Belittam huius Amīzocæ consobriniū. Is, ut detra-
 ctum ex equo à leone Bastheni amicū conspexisset,
 nam forte simul erant in uenatu, iamq; leo circumplexus
 illum, ingulo admotus esset, atq; in quibus laniar-
 ret, desiliens & ipse inuolauit in tergum belluæ reflex-
 itq; in sese provocans, auertensq; atq; inter dentes di-
 gitos inferens, conatus quoad liuit Bastheni è rictu le-
 onis exinere, donec leo omisso illo iam semimortuo, ad
 Belittam sese conuerit, atq; ipsum quoq; circumplexus
 occidit. At ille moriēs (nam tanto antuerat) Acinacem
 in leonis pectus defixit. Itaq; pariter exanimati sunt
 omnes, nos autem sepeliuimus eos, duobus aggestis tur-
 mulis inter se uicinis, altero amicorum, altero è regio-
 ne leonis. Iam tertio tibi referam Mnesippe Macentæ
 Lonchatæ, & Arfacomæ amicitiā. Hic enim Arsa-
 comas deperibat Maṛcam Leucanoris filiam, qui res-
 grabat in Bosporo, tum cum legatione fungeretur su-
 per tributo, quod Bosporini semper nobis pendere solis-
 ſent, id temporis tertium iam mensem ultra diem legiti-
 mum distulerant. In conuiuiō igitur cum Maṛcam uis-
 disse proceram, atque decoram uirginem, amore ca-
 ptus est, grauitateque discruciabatur. iam itaque quæ de
 tributis agebantur, erant transacta, Responderatque
 illi Rex, conuiuiōque accipiebat, mox illum dimissu-
 rus. Est autem nunc in Bosporo, uti proci in conuiuiō pe-
 tant puellas, narrantes quinam sint, quibusque rebus
 freni decreuerint eas in matrimonium accipere. Atque
 id temporis forte fortuna multi aderant in conuiuiō pro-
 ci, reges, ac regum filij, in his erat & Tigrapates La-

Torum princeps, & Adymachus Machlynæ dux, alij
 que cum his permulsi, oportet autem unumquemque
 procum, postquam exposuit quis sit, & qua fiducia
 ad ambiendas nuptias accesserit, conuiuari cum reli-
 quis, tacitumque accumbere. Deinde peracto conui-
 uio, postulata phiala, uinum in mensam effundere, at-
 que ita sponsam ambire, multum interea collaudan-
 tem sese, quo genere, quibus opibus, quas sit potentia. Ad
 hunc igitur modum cum multi iam libassent, postulas-
 sentque, regna, & opes commemorantes, tandem Ars-
 sacomas, postulata phiala, non libavit (neque enim
 mos apud nos uinum effundere, quin magis continen-
 tia ista esse indicatur in deum) sed haustum bibens, Da-
 mihi Rex inquit filiam tuam Macæan uxorem, qui
 multo sum potior istis quantum ad opes, ac possessio-
 nes atinet. Leucanore uero admirante, neque enim
 credebat Rex pauperem Arsacomam, ac de plebe Scy-
 tharum esse, percontanteque quantum pecorum, aut
 quantum habes plaustorum Arsacoma, nam ijs res-
 bus nos deuites estis, immo nec plaustra inquit, pos-
 sideo, nec armenta, uerum sunt mihi duo amici, hor-
 nesti, probique, quales alij Scytharum nemini. At-
 tum quidem ista dicens risus est, contemptumque habi-
 tus, uisusque temulentus. Mane uero reliquis praela-
 tus est Adymachus, uiamque sponsam abducturus
 erat in Mæonidem ad Machlyenses. Porro Arsaco-
 mas domum reuersus amicis indicat, quemadmodum
 reiectus esset à rege, risuque habitus in conuiuium, cum
 pauper esse prætarentur. Equidem illis dixeram inquit,
 opes meas esse uos ò Lonchata, atque Macenta, uer-

stramq; beneuolentiam longe prestare, multoq; firmior
 rem esse Bosporanorum opibus, uerum hæc dicentem
 me subsannauit, cōtempnitque, & Adymacho scilicet
 Machlyensi tradidit asportandam sponsam, quod aure
 as phialas se diceret habere decē, præterea currus qua-
 ternis sedilibus octoginta, ad hæc ouium, boumq; nul-
 lam copiam. Sic uidelicet ante nilit fortibus uiris peco-
 rum multitudinem, operosa pocula, et currus graueis
 perinde ò amici dupliciter excrucior, nam & Μαχεά-
 amo, & iniuria mihi inter tantum hominum illata,
 non mediocriter mordet animum meum. Arbitror au-
 tem & uos ex æquo iniuria affectos esse. Etenim ad
 unum quenq; è nobis tertia contumeliæ pars pertine-
 bat, si modo ita uinimus, quemadmodum cœpimus, cū
 coniungeremur, nimirum ut unus homo simus, iisdem
 dolentes, iisdemq; gaudentes, immo inquit Lonchates,
 unus quilibet è nobis totus iniuria afficiebatur, tū cum
 in te ista fierent. Quomodo igitur, inquit Maccites, his
 in rebus agemus? per partes inquit Lonchates negocia-
 um suscipiamus. Atque ego quidem recipio Arfacoma-
 ne caput apportatum Lencanoris. Tu uero sponsam
 ereptam huic adducas oportet, ita fiat, inquit. At tu Ar-
 facoma, inter hæc, nam his peractis, uerisimile est exer-
 citu, ac bello fore opus, hic mane, quo contra has & ap-
 pares arma, equos atque aliarum rerum uim, quātam
 potes maximam. Facillime autem plurimos adiunxer-
 is, partim quod ipse strenuus, partim quod nobis non
 pauci sunt familiares. Maxime uero si defederis in ter-
 gore bouis. Hæc ubi placuissent, hic quidem quantum
 potuit, recta profectus est in Bosporum, puta Loncha-

tes, alter, idest Macentes ad Machlyenses, eques uterq;. At Arfacomas domi manens, & cum æqualibus contulit, & ex familiaribus uim hominum armauit. Denum & in tergoze bouis defedit. Consuetudo autem de sedendo in tergoze bubalo huiusmodi est apud nos, ubi quis ab alio læsus est, cupitque ulcisci, neque par se pugna uidentur, tum bove immolato, carnes frustillatim concisas igni torret. Dehinc ipse porrecto humi corio, sedet in eo, in tergum reductis manibus more eorum, qui à cubitis iuncti sunt. Et hoc quidem apud nos maximum est supplicandi genus. Appositis autem bouis carnibus, aduentibus domesticis, præterea si quis alius uelit, quisque partem sibi sumit, ac dextro pede tergum bouis calcans, pro facultate pollicetur, hic quidem equites præbiturum se quinque suoque cibo, suoque stipendio, ille decem, alius plures, alius armatos pedites quot possit, atque qui pauperrimus, seipsum dumtaxat. Colligitur itaque in tergo bouis ingens nonnunquam multitudo. Et huiusmodi quidem exercitus & certissima fide cohæret, & hostibus expugnatum difficillimum est, non aliter quàm si inreiuando esset adactus. Nam in tergum ascendisse, instar iusiurandi est. Arfacomas igitur his in rebus procurandis sata gebat. Coieruntque illi equites quidem circiter quinquies mille, tum armati, ac pedites promiscue, uicies mille. At Lonchates, ubi ignotus peruenit in Bosporum, regi adit, tractanti quiddam de regni negotijs, aitque uenire quidem sese publico Scytharum nomine, sed priuatim res maximas apportare. Ille ubi dicere iussisset, De publicis inquit, negotijs hæc in præsentiarum denunciant

TOXARIS

Scythæ, ne uestri pastores in planiciem usque transgre-
diantur, sed intra Trachonem pascant. Ceterum latro-
nes, de quibus expositatis, regionem uestram incur-
sent, negant eos publico consilio emitti, sed priuatim
suiquenq; lucri causa prædari. Quod si quis illorum
deprehendatur, te dominum esse, ut punias. Hæc qui-
dem illi denunciant, at ego tibi indico, grauem in uos
insulsum futurum ab Arsacoma Mariantæ filio, qui nup-
per legatum egit apud te, idq; (opinor) cum filiam tu-
am postularit, non assecutus sit abs te, o' id indignat-
ur, sedetq; in tergore taurino, septimum iam diem,
contractusq; illi est exercitus haud exiguus. Audini,
inquit Leucanor, & ipse, cogi nim copiarum in ter-
gum bouis. Quod autem aduersum nos cogerentur,
quodq; Arsacomæ huius rei esset impulsor, id uero me
fugerat. Atque in te inquit Lonchates. hic apparatus
constituitur. Mihi autem inimicus est Arsacomæ, gra-
titerq; fert, quod sibi præferat à natu maioribus, et qd
in omnibus illo uideat esse præstantior. Quod si mihi
spononderis alteram filiam tuam Barcelem, alioqui
nec indigno uestra affinitate, breui tibi reuersus ca-
put eius apportauero. Spondeo Rex inquit, uidelicet
supra modum formidine correptus, propterea quod nō
ignoraret iratum sibi Arsacomam, tum & aliàs quo-
que metuerit semper Scythas. At Lonchates, iurato in-
quit, te præstiturum pacta, neque inficiaturum. Id-
cum fieret, iamq; resupinatus in cælum intrare uel-
let, Absit inquit, ut hic, nequis spectantium coniiciat,
qua gratia iureniis. Quin potius hoc templum Mar-
tis ingressi, occlusis foribus insurandum edamus, nobis

nullus exaudiat. Nam si quid horum inaudierit Arsas
comas, vereor, ne me ante bellum immolet, manu iam
nunc non patria cinctus. Introcanus inquit Rex, Vos
enim absistite quam longissime. Neque quisquam ad
templum adeat, quem ego non accersiuero. Posteaquā
igitur ipsi quidem introgressi sunt, satellites autem pro
cal absisterunt, uibrato gladio, simulq; altera manu ob
turato ore, ne uociferarentur, ictum in pectus adegit.
Deinde caput desectum sub chlamyde tenens prodia
bat, quasi confabulans interim cum illo, breuique sese
dicens adfuturum, tanquam ad negotij quippiā emit
tereur ab illo. Atque ita reuersus eō, ubi equum uin
ctum reliquerat, consensu illo redequitauit in Scythia
am. Porro nemo est eum insecutus, quippe diu ignorā
tibus Bosphorinis, quod acciderat, tum ubi rescissent, fa
ctiose de regno decertantibus. Hæc itaque gessit Lōcha
tes, præstititq; promissum, allato Leucanoris capite. Por
ro Matentes in uia factus certior super ijs, quæ in Bos
poro acciderant, peruenit ad Machlyenses, primusq;
illis nuntium attulit de Rege trucidato. At populus
inquit, te A dyrmache, gener cum sis, ad regnum uo
cat. Proinde fac, ut ipse prior occupans imperium arri
pias, in rebus perturbatis obortus, puella uero te sequa
tur a tergo in curribus. Facile enim isthoc pacto tibi cō
ciliaueris multitudinem Bosphoranorum, ubi Leucanor
is filiam cognouerint. Ego porro non solum abauus
siam, uerum etiam sponsæ tuæ cognatus maternus, siqu
dem nostra è gente Mastaram Leucanor ascinit uxore.
Et nunc tibi adsum, missus à Mastaræ fratribus, q sunt
in Alania denunciantibus, ut q̄ potes ocysime, te ret

cūpias in Bosphorum, neq; circūspectes, donec imper-
 rium ad Eubiotum deueniat, qui tametsi frater notus
 est Leucanoris, tamen Scytharum partibus semper fa-
 uit, cum Alanis similitates gerit. Hæc qdem dicebat
 Macentes. Erat autem eodem cultu, eademq; lingua cū
 Alanis. Commune enim horum utriusq; Alanis cum
 Scythis, nisi quod non magnopere comati sunt Alani,
 quē admodum Scythæ. At Macentes in hoc quoque
 illis erat assimilis, uidelicet detonsa coma, quatinus con-
 ueniebat Alanum minus esse comatum quā Scythā.
 Itaque his rebus factum est, ut illi fides haberetur, pu-
 tareturq; Masteræ, ac Μαῖα cognatus esse. Et nunc in-
 quit ó Adymache, ad utrumuis paratus sum, uel pro-
 ficisci tecum in Bosphorum, si uelis, uel manere, si sit
 opus, ac sponsam adducere. Istuc equidem inquit Adyr-
 machus, longe malim, quandoquidem cognatus es, te
 puellam adducere. Nam si nobiscum unā proficiscaris
 in Bosphorum unum duntaxat equitem numero addi-
 deris. Quod si mihi uxorem aduexeris, multorum in-
 star fueris. Atque ita factum est, & hic quidem iter in-
 gressus est, Macentæ tradens ducendam Μαῖα, quæ
 uirgo etiā diu erat. At ille per diem quidem illam
 curru nehebat, uerum ubi nox incubuisset, impositam
 equo (nam id curarat ut alius quidem eques sese conse-
 queretur) cum insiliens & ipse nequaquam deinceps
 ad Μαρόν iter faciebat, sed deflectens ad inediterrane-
 am, relictis ad dextram Mitreorum montibus, cum
 uirginem interim aliquoties interquiescere iussam reso-
 cillasset, intra triduum à Machlyensibus in scythiam
 usque permensus est uiam, statimq; equus eius ubi desti-

nisset à coursu, paulisper astans exanimatus est. Porro Macentes Arsacoma Maſſæam in manum dans, Ac cipe inquit à me quoque id, quod sum pollicitus. At illo ad insperatum spectaculum stupefacto, gratiasq; agente, Desine inquit Macentes, ac noli me aliud à teipso putare, nam mihi profecto gratias agere, ob hæc quæ feci, perinde est, ac si sinistra mea gratias agat dextra, quod uulneratæ sibi subministravit, atque officio se coram egit ægrotantis. Ridicula nimirum & nos fecerimus, si iandudum commissi, & quatenus licet, in unum constati, magnam adhuc esse credamus, si qua pars nostri officiose quid egerit pro toto corpore. Etenim pro seipso fecit, cum pars sit totius beneficio adiuti. Atque ad hunc quidem modum Arsacoma gratias agentæ Macentes respondit. Caterum Adymarchus ubi sensit insidias, non perrexit ire in Bosphorum, iam enim Eubiotus rerum potiebatur, accersitus à Sauromatis, apud quos fuerat diuersatus, uerum in patriam reuersus cum ingentibus copijs, irrupit in Scythiam, pauloq; post irruit. & Eubiotus cum Græcos undecunque poterat secum ducens, tum Alanos, & Sauromatas accersitos, utrinque uicies millenos. Coniunctis autem copijs Eubiotus, atque Adymarchus nonaginta millia confecerunt. Atque ex his tertia pars equites sagittarij, nos autem (nam & ipse ad hanc expeditionem contuleram, addens ijs qui tergum taurinum conuenerant, equites meopte sumpti instructos centum) contractis haud multo minus triginta millibus, una cū equibus, operiebamur insultum, ductore Arsacoma ut autem admonentes illos conspeximus, contra duxi

mus agmen præmissis in hostem equitibus. Atq; ubi iã
 diu acriter esset pugnatum, tandem cessere nostri, inter-
 rupta phalange. Postremo in duo dissectum est uniuersum
 agmen Scythicum, pars subduxit sese, non omnino
 palam uicta, uerum ita fugiebat, ut locum dare uideretur,
 Adeo ut Alani ad nullum tempus insequi non au-
 derent, partem alteram, q̃ eadem erat imbecillor cingē-
 tes Alani, ac Machlyenses, unde quaq; cedebāt, confers-
 sim emissis iaculis, atq; sagittis, sic ut uehemēter labora-
 retur à nostris, q̃ tenebantur obsessi. Et iam pleriq; arma
 proiecerant, quorum in numero forte erat Lōchates, et
 Macentes, iamq; ambo uulnus acceperant, dum uterq;
 pro altero periclitaretur. Hic quidem adusto femore, pra-
 ta Lonchates. Porro Macentes securi sauciato capite, tū-
 conto in humerum impacto. Quod simulatq; sensit Ar-
 facomas, cum in altero agmine esset nobiscum, turpe-
 ratus, si desertis amicis non adesset, subditis equo calca-
 ribus, cum clamore in hostes tendere cœpit, sublato gla-
 dio, adeo ut Machlyenses uim animi non sustinuerint,
 sed uiam illi fecerint, ut transiret. At ille receptis ami-
 cis, nūm aduocatis & alijs impetum fecit in Adyrma-
 chum, impactoq; in ceruicem gladio, ad Xonam usq;
 dissecauit. Quo fuso, dissipata est omnis acies Machlyen-
 sium, paulopost & Alanorum. Deniq; cum ijs Grac-
 quoq;. Atq; ita redintegrato prælio nos superiores exti-
 timus, diuq; sumus insecuti, trucidantes, donec nox fi-
 nem imposuit. Postero die ab hostibus uenerunt legati,
 qui supplices pacem, atque amicitiam orarent. Bosphora-
 ni duplicatum tributum pensuros sese pollicebātur. Ma-
 chlyenses obsides daturus se confirmabant. Alani ita ea

immersionem cōpensaturos sese spōdebant. Vt Sindianos
 nostro noīe uellent aggredi, quibus cum nullo iam tem-
 pore nobis fuerat simultas. His de rebus auditis suffra-
 gijs, In primis autem Asiacoma, & Lonchata pax ini-
 ta, duobus illis iuncta pro arbitrati suo moderantibus.
 Huiusmodi Mnusippe audent Scythæ amicorum cau-
 sa facere, Mnusip. Tragica prorsus ò Toxari, fabu-
 lisq; similia. Et propicius sit Acinaces & Ventus, per
 quos iurasti, si quis ista non credat, non ad modum rep-
 hendendus esse uideatur. Toxaris. At uide uir ex-
 gregie, ne incredulitas ista ab inuidia uestra proficiſca-
 tur. Quamquam non me deterrebit non habendo fidem
 quominus & alia his consimilia referā, quæ nosterim
 à Scythis esse gesta. Mnusip. Tantum ne lōgum
 facias uir optime, neq; usque adeo admissis, uagisq; utro-
 re sermonibus, ut nunc sursum, ac deorsum Scythiam
 Machlyanamq; percurrentes, deinde in Bosporum dis-
 scendens, postremo rediens, prorsus abutere silentio
 meo. Toxaris. Parendum tibi, & hanc præscri-
 bentem legem, dicendumq; paucis, ne fatigeris una no-
 bis cum audiendo circuncursans. Quin magis auscul-
 ta quæ in meipsum amicus Sisinnes nomine præstiterit.
 Cum enim Athenas relicta patria proficiſcerer, Idq;
 cupiditate græcarum litterarum appuleram Ama-
 sirim ponticam. Ea est urbs haud procul à Carambe
 dissita in promontorio obuijs, qui à Scythia nauigāt
 Comitabatur autem Sisinnes mihi à puero amicus, nos
 igitur ubi res quasdam importatas in portu spectasse-
 mus, i eūq; e nauis subduxissemus eminus, nihil suspicā-
 tes mali, itrea fures quidā effracta, sera sustulerūt minere

sa, adeo ut non relinquerint, quod uel in eum diem sufficere posset. Ergo cum domum essemus reuersi, cognito quod acciderat, non uisum est incusare uel uicinos, qui plures erant, uel hospitem, uerum ne plerisque sycophanta uideremur, si dixissemus nobis ab aliquo sublatos esse Daricos quadringentos, tum uestium permultum, ad hac tapeia, quaedam, denique quicquid habueramus. Consultabamus igitur hisce de rebus, quid esset faciendum omnium rerum egeni idque in urbe peregrina. Ac mihi quidem ita uisum est, statim demerso in ilia Acinace, uitam fugere, prius quam ignauum quippiam, aut indignum esset ferendum, uel fame uel siti enectus, contra Sifinnes consolabatur, obsecrans nequid tale facerem. Aiebat enim excogitasse sese, unde nobis victus suppeteret. Et eo quidem die baiulandis e portu lignis nobis allata mercede, victum suppeditauit, mane autem obambulans in foro, pompam quandam aspexit iuuenum (quemadmodum aiebat) elegantium, ac strenuorum. Hi nimirum uirum electi, ut mercede propofita certamen inirent, in tertium diem erant decertaturi, Ergo cum omnes huius negotij conditiones audisset, accedens ad me caue post hac inquit, Toxari, ne te ipsum pauperem dixeris, si quidem tertio ab hinc die, diuites reddidero. Hac ait, atque interea egre parato victu, cum iam spectaculum esset institutum, spectabamus & ipsi. etenim assumptum me duxit in Theatrum, tanquam adiucundum aliquod, nonnumquam spectaculum Graecorum. Ergo ubi consedissemus, spectabamur. Ac primo quidem loco ferae partim iaculis confixa, atque a canibus agitata, partim in homines quosdam uiri

stos emissæ nocentes quospiam, ita ut conijciebamus, ut autem prodierunt qui erant ad singulare certamen conducti, ac producto iuvene quodam prægrandi, dixisset præco. Si quisquam velit cum hoc singulari certamine congredi, prodeat in medium, præmium pugnae accepturus, drachinarum decem millia, ibi profinus assurrexit Sisinnus desiliens, polliceturq; se dimicaturum, simulq; poscit arma. Tum acceptam mercedem decem millia, mihi deferens in manum dat. Si uicero inquit Toxaris, unâ proficiscemur, suppetetq; comineatus, si recidero, sepulto me, redi rursus in Scythiam. Ego quidem his auditis singultiebam. at ille sumptis armis, reliquum quidem corpus munivit, at galeam nequaquâ imposuit, sed nudo consistens capite pugnabat. Et iniño quidem ipse uulnus accepit, retorto gladio succiso poplite, ita ut multum sanguinis deflueret. Ego interim iam ineti præmortuus eram. At ille confidentius inuadentem aduersarium observans ferit in pectore, transfigitq; ita ut profinus ad pedes illius procumberet. ille fessus, & ipse uulnere mortuo incumberebat, parumq; aberat, quin ipse quoque efflaret animam. At ego accurrens erexi, animumq; reddidi. Porro ibi dimissus est, iam uictor declaratus, sublatum illum domum deportari, nullumq; temporis curatus à medicis, superuixit quidem hodieq; agit apud Scythas, ducta in matrimonium sorore mea. claudus tamen adhuc est ex uulnere. Hæc res Mnusippe non apud Machlyenses, neque in Alania gesta est, ut testibus careat, & ficta credi queat, uerum complures extant Amastriani, qui de pugna Sisinnæ memorant. Finem iam faciam, Si tibi quin

In loco factum Abauchæ retulero. Appulit aliquando
 Abauchas hic in Boristhenensium civitatem, secum ad-
 ducens & uxorem, quam unice diligebat, liberos duos,
 alterum quidem masculum lactentem, altera vero erat
 puella septem annos nata. Erat autem peregrinationis co-
 mes, & huius amicus Gyndanes, atq; is quidem è vul-
 nere laborans, quod in via acceperat à latronibus, qui
 eos fuerāt adorti, cum quibus dum pugnaret, ictus est
 in femore, ita ut ne stare quidē posset præ cruciatu. Itaq;
 que noctu dormientibus illis, nā forte in cœnaculo quo-
 dam diuersabantur, ingens ortum est incendium, om-
 niaq; circumclisit, iamq; flamma undiq; domum circum-
 dedit. Ibi experrectus Abauchas, relictis liberis plo-
 rantibus, repulsa uxore, quæ inhærebat, iussa q; ut ipsa
 sese servaret, amico in humeris sublato, descendit, perri-
 pensq; evasit, ita ut nequaquā intentione dederetur. Vxor
 infantem baiulans consecuta est, monens puellulam, ut
 sese consequeretur. Ea vero semiviva abiecto ex ulnis in-
 fante, nix exiliq; è flamma. Deinde puella una cum illa
 veniens, penè & ipsa extincta est, post hæc cum probro
 obiectaret quispiam Abauchæ, qd desertis liberis, atq;
 uxore, Gyndanē exulisset, immo liberos inquit denuo
 parare, hæc quaquam difficile, tum incertū an ij bo-
 ni sint futuri. portò amicū, diuiserit prius, q̃ inveni-
 am talem, qualis est Gyndanes, cuius amor mihi mul-
 tis argumentis est exploratus. Dixi Mnesippe è pluris-
 bus his quinq; propositis, iam tempus est pronuntiari
 utri nostrum aut linguam, aut dexterā oporteat am-
 putari. Quis igitur futurus est iudex? Mnesip. Nemo.
 Neq; enim constitueramus narrationis arbitrium. Sed

scin quid agemus? Quin in praesentiarum nullo proposito scopo sumus iaculati, de integro deiecto arbitro alia amicorum paria apud illum referamus, deinde uter succubuerit ei, tum quidem amputeatur, uel mihi lingua, uel tibi dextra, aut si hoc crudele, quando tu amicitiam admirari uisus es, ego nihilo secius puto, nullam esse mortalibus possessionem hac praestantiorē, neque pulchriorem, quin ipsi quoque in unum copulati, illud approbamus, ut ex hoc die in totam usque uitam simus amici, utrique uictores, utrique maximis positi praemijs, uidelicet pro unica lingua, unaque dextra bines uterque habituri, atque insuper oculos quoque quaternos, pedesque quaternos, in summa duplicia omnia. Eiusmodi namque quiddam est cum duo, tresque copulantur amici, qualem Geryonem scriptores depingunt senis manibus, ternisque capitibus hominem, siquidem (ut mea fert opinio) tres illi fuerint, qui communiter omnia gererent, ut dignum est ijs, qui amicitia coniuncti sunt. Toxaris. Probe dicis, atque ita faciamus. Mnesip. Verum neque sanguine opus est Toxaris, neque Acinace, qui nobis amicitiam confirmet. Hac enim confabulatio, et quod eadem amamus, id multo certius est calice illo, quem bibitis, propterea quod huiusmodi non obligationem sed animi postulare mihi uidentur. Toxaris. Placent ista, iamque amici, atque hospites sumus, tu mihi hic in Graecia, ego tibi, siquando in Scythiam peruenieris. Mnesippus. Nimis ut sis sciens nequaquam me pigeat uel longius etiam proficisci, si tales amicos nasci liceat, qualem esse te Toxari ex narratione conicio.

TOXARIS
Ornatissimo in Christo Patri D. Renato Episcopo Car
nuten. Erasmi Roterodami Canonici
ordinis divi Aurelij Augu
stini. S. P. D.

CVM multis modis compertum haberem
ornatissime pater q̄ candide de meo inge
niolo, me isq; nugis sentias, vir alioqui nar
ris emunctissimæ, profecturus in Italiã,
ut esset interim quod te tui Erasmi commonefaceret, Lu
ciani Pseudomantem nisi, scelestissimum quidem illũ,
sed quo nemo sit utilior ad deprehendendas, coarguen
dasq; quorũdam istorum imposturas, qui nunc quoq;
vel magicis miraculis, vel ficta religione, vel adsimula
tis condonationibus, alijsq; id genus præstigijs vulgo fru
cui facere solent. Eum igitur leges (ut spero) non mo
do cum fructu aliquo, verum etiam summa cum volu
ptate, propterea quod excellentiã tua, q̄q̄ præter generis
claritatem fortunæ splendorem, muneris auctoritatẽ,
serijs illis, ac tetricis in studijs est absoluta, tamen pro
pter summam ingenij festivitatem, miramq; morum in
canditatem, non solet admodum ab his etiam elegan
tioribus mĩsis abhorrere, ac frugiferas has nugas ardu
is illis negocijs libenter intermiscere. Porro quicq̄ est
vel nigri salis, quẽ Momo tribuunt, vel candidi, quens
Mercurio ascribunt, id oẽ in uno Luciano copiosissime
reperias licebit. Carnutenſis oppidi tam splendidũ pro
fecto, tamq; celebre sanum fulmine cõflagasse, dici nõ
potest quàm feram acerbe. Vale.

L V C I A N I

25

LVCIANI ALEXANDER, SEV PSEV
DOMANTIS, ERASMO
INTERPRETE.

V quidem charissime Celse, leuemi for
te q̄dā, ac facili provincia tibi māda
re uideris, cum iniungis, ut Alexan
dri Abonotichithæ impostoris uitam,
commenta, neq; non audaciam, præsti
giasq; libro complexus, uolumen ad te
transmittam, uerum si quis ea conetur omnia ad plenū
enarrare, id profecto nō minoris sit negotij, q̄ Alexādrī
eius, cui Philippus fuit pater, res gestas litteris prodere,
tantus hic scelere, quantus ille uirtute. attamen si candi
de, ignoscenterq; legere uoles, & quod narrationi der
erit id ex te imputare, atq; addere, comatum hūc te au
thore capeffam, & Angei bubile si non omne, at certe
pro mea uirili repugnare nitar, paucis aliquot elatis
cophinis, nimirum ut ex his coniecturam facias, quan
tus, quamq; immensus fuerit finis uniuersus, quem ter
mille bonis multis annis reddere potuerint. Sed ambo
rum interim nomine calumniari uereor tuo pariter, ac
meo, tuo, qui iubeas memoriae, litterarumq; monimen
tis tradi, uerum longe sceleratissimum, meo, qui sum
mam operam in huiusmodi, narratione, rebusq; gestis
hominis, quem nequaquam oportebat ab eruditis le
gi, sed in frequentissimo quopiam & amplissimo thea
tro spectari a finijs, aut uulpibus discerptum, quāquā
si quis hoc crimen nobis impegit, poterimus & ipsi

Erasmus

d

nos exemplo quodam simili acri, etenim Arrianus ille
 discipulus Epicteti et inter Romanos cum primis lau-
 datus, ac per omnem vitam in litterarum studio versa-
 tus, cum simile quiddam fecerit pro nobis quoque respo-
 surus est. Nam is quidem Tillibori latronis vitam de-
 scripsit, nos uero multo crudeliorem latronem memo-
 ria prodemus, quippe qui non in syluis, ac montibus,
 sed ipsis in urbibus sit latrocinatus, neque qui Miniam
 tantum, aut Idam sit pergrassatus, neque paucas quas-
 dam Asiae partes, uidelicet desertiores depopulatus, sed
 quam universam (ut ita dixerim) Romanorum dominationem
 suo complevit latrocinio. Ac primum tibi depingam
 hominem, effigiem eius quoad potero proxime uerbis
 adumbrans, tamen si non sum admodum pingendi perit-
 tus. Corpore igitur, ut interim et hoc tibi repraesentem,
 procerus erat, et aspectu decorus, planeque spe-
 cie diuina quadam, ac maiestatis plena, colore candi-
 do, barba non admodum hirsuta, coma partim nativa
 tectus, partim appositus. Sed hac adeo scienter effi-
 cta, ut uulgus ferè non sentisceret imitatum, ascitumque
 esse. Oculi uehementer acres, ac uersatiles, tum di-
 uinum quiddam relucens, uox dulcissima, pariterque
 clarissima. In summa quoad has res, nulla ex parte po-
 terat improbari, ac figura quidem hominis erat huius-
 iusmodi. Ceterum mens, atque animus. O malorum
 depulsor Hercules et auersor tristium Iupiter, serua-
 toresque dioscuro in hostes potius contingat incidere
 quam cum eiusmodi quopiam habere commercium.
 Siquidem ingenio, scientia, acumine longe praestabat
 ceteris mortalibus, tum curiositas, docilitas, memoria,

Et ad disciplinas ingenij felicitas, horum unūquodque supra quā credi possit illi suppetebat, quibus tamen pessimam in partem est usus. Et cum haberet arma tam egregia sibi supposita, ilico nimirum omnium, qui essent sceleribus nobilitati, facile summus evasit, vel superior Cecropibus, Euribato, Phrynonda, Aristodemo, Sostrato. Nam ipse cum aliquando Rutiliano scriberet genero, modestissimeq; de sese loqueretur, Pythagorā seimet adsimulabat. Atqui veniam mihi dabit Pythagoras, vir ille quidem sapiens, ac mente divina, ceterum si huius ætate vixisset, puer (sat scio) præ hoc viris fuisse. Sed heus nō per gratias, caue putes hæc in Pythagoræ contumeliam me dicere, quasi velim eos similitudine rerum gestarum committere. Verum si quis deterrima quæque, et probrosissima, quæ de Pythagora per calumniam feruntur (quibus equidem haudquaquam fidei perinde ut veris habuerim) si quis tamen conferat in unum, ea nimirum omnia vix etiam minimam particulam adæquent Alexandrina versutia, prorsum enim imaginare mihi, et cogitatione fingere, quam maxime uariam ingenij temperaturam, indolemque ex mendacio, dolis, periurijs, maleficijsque confusam, promptam, audacem, versatilem, et ad efficiendum, quæ cogitasset, nullum refugientem laborent, appositam ad persuadendum, cuique facile fides habenda videretur, tum quæ mire simularet optima, quæque ea, quæ à mente essent diversissima præse ferret. Primum igitur nemo cum illo congressus est, qui non hac cum opinione discesserit, ut cum mortalium omnium optimum, aequissimumque,

præterea simplicissimum, minimeque fallacem iudicaret. Accedebat ad hæc omnia grandium rerum conatus, cum nihil pusillum cogitaret, sed ad maxima semper appelleret animum. Ita, cum esset adolescens adhuc formosus admodum, ætate videlicet tenera, ac velut herbescente, id quod licebat partim è stipula conijcere, partim audire ex ijs, qui ita prædicabant, passim sese prosternebat, ac mercede sui copiam faciebat ijs, quibus libitum fuisset. Inter multos autem incidit in hunc amans quidam præstigiator ex eorum numero, qui magiam, & diuinas incantationes profitentur, tum ille flamenta ad conciliandam in amoribus gratiam malorum immissiones in hostes, rationem eruendi, reperendi que thesauros, hæreditatem, successiones. Hic ubi cõspiceret bene ingeniatum puerum, atque ad subministrandum arti negotioque suo propensissimum, utpote qui non minus illius adamaret maleficiam, quam ipse huius formam, erudit eum, semperque deinceps pro ministro est usus. At is publicitus, quidem et apud vulgus medicum scilicet agebat, didicerat autem apud Thoonis ægyptij coniugem.

Pharmaca mista salubria multa, at noxie multa.

Quorum omnium successor hic, atque hæres factus est. Porro doctor ille & idem amator natione Tyanæus erat, videlicet ex eorum numero, qui cum Apollonio Tyanæo diligenter erant uersati, totamque illius tragediam pernouerant. Vides quam è schola tibi hominem refero. Verum ubi iam barba plenus esset Alexander, Tyanæo illo uita defuncto, in egestatem reductus, deflorescente simul & forma, unde victum parare liquisset,

nihil postea paruum agitabat animo. Sed inito cōmet /
cio cum Byzantino quopiam annalium scriptore viro,
qui in certamina descendunt omnium ingenij lōge sce /
leratissimi, Cocconas, opinor, erat nomen, circumbāt,
inposituris ludificantes, ac pingues homines (sic enim
illi peculiari magorum lingua, vulgus appellant) de /
tondentes. In his Macchm mulierem opulentam natū
sunt, natū quidem graviores illam, q̄ ut amoribus esset
idonea, sed quæ studeret etiam diu amabilis haberi.
Ab hac uictus copia suppeditabatur, atque hanc ex Bi /
thynia in Macedoniam usque sunt consecuti. Nam illi
patria erat Pelle, qui locus olim floruit sub Macedoni /
cis regibus, nunc a paucis, iisque obscuris, & humili /
bus incolitur, ibi cum conspicerent, immensi magnitudi /
ne dracones placidos admodum, ac mansuetos adeo ut
a mulierculis alerentur, & cum pueris una cubarēt,
& calcantes ferrent, neq; commouerentur, si quis strin /
geret, premeretq; deniq; peride, atq; infantes lac ē par /
pilla suggerent (nam sunt id genus apud illos permulti,
unde uerisimile est, olim illam de Olympiade fabulam
increbuisse, cum Alexandrum conciperet, huiusmodi
dracone quopiam opinor, cum ea concumbente) mer /
cati sunt ex his serpentibus unum, qui esset pulcherri /
mus, obolis sanē paucis. Atque (ut Thucydidis utar /
uerbis) hinc iam bellum oritur, nimirum cum duo fa /
cinorosiissimi, & immensi audacia præditi, neque non
ad maleficia promptissimi, scietatem iniissent, facile
perpenderunt, hæc duo potissimum in hominum uita
tyrannidem obtinere, spem, ac metum, quorum utro /
que si quis ad commoditatem uteretur, forte ut is ilico

didiceret. Siquidem utrique iuxta, uel ei, qui metu labo-
 raret, uel huic, qui spe teneretur, uidebant præsciẽtiã
 quam maxime necessariã esse, summeq; desiderari, at-
 que hac uia Delphos olim fuisse ditatos, factosq; cele-
 bres. Præterea, Delum, Clarum, & Branchydes, nimĩ-
 tum hominibus per hos, quos modo dixi, tyrannos ad
 sacra confluentibus, ac futura prædiscere cupientibus,
 atque huius rei grãtia Hecatombas immolantibus, au-
 reosq; dedicantibus lateres. Hæc ubi inter sese uersassent
 ultroq; ac citro agitassent, uisum est uaticinium, oracu-
 lumq; constituere. etenim si res ea processisset, sperabãt
 se proñius diuites, atque felices fore. Quod quidem
 negotium magnificentiũs etiã illis successit, quã ex-
 pectauerant iniũcio, et uel spe melius euenit. Hinc iam
 spectare cœperunt, primum quidem de loco, deinde
 quonam exordio, quã uel ratione negotium oporteret
 auspicari. Cocconas igitur Chalcedonem opportunam
 esse censuit, ut pote regionem à negotiatoribus fre-
 quentatam, tum Thraciæ, Bithyniæque confinem, neq;
 longe dissitam ab Asia, Galatiæque, cunctis item im-
 minentibus populis. At ediuerso patriam suam præ-
 tulit Alexander, nam aiebat, id quod erat res, ad huius-
 modi negotiorum auspicationem, aggressionemq; ho-
 minibus opus esse crassis, & stolidis, & qui uideren-
 tur admissuri. Cuiusmodi Paphlagones affirmabat esse
 hos, qui supra Aboni murum incolunt, nempe super-
 stitiosos plerosque ac stolidos, qui, si quis tantum appar-
 uisset, tibicinem aut tympanistam, aut qui cymbala
 pulsaret, secum adducens, cribro (quod aiunt) uaticinans,
 ilico uehementer omnes in illum inhient, & per

inde ut cœlitum quenipiam innucentur. Hac de re cum controuersia non nihil inter illos fuisset, tandem uicit Alexander. Itaque profecti Chalcedonem (nam id oppidum uisum est hac parte habere non nihil ipsis conducibile) in Apollinis templo, quod est apud Chalcedonios uenustissimum, areas defodiunt tabellulas quæ dicarent, breui admodum Aesculapium unâ cum patre Apolline in pontum aduenturum, atque Aboni nium inhabitaturum. Eæ tabellæ cum essent de industria repertæ, facile effecerunt, ut hic rumor in omnem usque Bithyniam, ac Pontum dimanaret, multo autem ante alios in Aboni nium. Nam hi protinus statuerant etiam templum erigere, iamque fundamentis locum effoderant. Hic igitur in Chalcedone relictus Cocconas ancipitia quædam, atque ambigua, obliquaq; conscripsit responsa. Deinde paulo post diem obit à uipera (sicut opinor) iectus. in huius demetrii locum accersitur Alexander, ac succedit iam comatus, cæsarieq; promissa, tunicam indutus purpuream albo intermixtam, supra eam ueste amictus candida, falcem tenens exemplo Persei, à quo se maternum genus ducere prædicabat. At peditissimi illi Paphlagones, cū ambos illius noscent parentes obscuros, atq; humiles, tamen oraculo crediderunt ita canenti.

Persides genere gratus Phœbo iste uidetur,

Dius Alexander Podaliri sanguine cretus.

Hic nimirū Podalirius libidinosus erat, ac natura mulierosus, adeo ut à Tricca ad Paphlagoniâ usq; in Alexandri matrem sit incitatus, ille etusq;. Repertum est aliud oraculum, quasi Sibyllæ prædixantis.

ALEXANDER

Ad maris euxini litus, iuxtaq; sinopam
 Firsi de erit quidam ausonia de gente sacerdos,
 Qui prima ex monade, tribus ac decadis referabit
 Quinq; alias monades, uicenaq; ter repetita
 Quadrorbent numerum, referentem nomina diui,
 Qui ueniet laturus opem mortalibus agris.
 Alexander itaq; sepius inuectus in patriam, cū eius-
 modi Tragœdia, conspicuus erat, ac splendidus, cum
 interim furore afflatus sese nōnunquam adsimulabat
 ore spuma completo, id quod ille facile efficiebat, radi-
 calæ (ea est herba lanandis lanis idonea) radice com-
 manducata. Caterum illis diuinum quiddam, ac for-
 midandum spuma uidebatur. At multo ante sibi finxe-
 rant, parauerantq; è linteis confectum draconis caput
 quod speciem quandam humanam præ se ferret, colorū
 fucis mite adsimulatum, quodq; pilis equinis os et ape-
 rirēt, & clauderet. Tum lingua (sicut est draconum).
 bisulca atra prominebat, quæ & pilis agebatur. Porro
 Pellæus ille draco iam pridem erat in promptu, domiq;
 alebatur, cum res postularēt, tum ab illis proferendus;
 utaq; in partem Tragœdiam acturus, uel princeps po-
 tūs huius futurus fabulæ. iam uero ut erat maturū ag-
 gredi, tale quiddam machinatur nocte ueniens ad tem-
 pli fundamenta nuper effossa. Constitit autem in eis.
 aqua, siue quod ea indidit alicunde destillauerat siue
 quod ex æthere deciderat, illic omni antea excauatum
 deponit, quod quidem intus occultabat sætum recens
 edimū serpentis. Id cum alte demersisset, in abditas lu-
 ti cauernas rursus illinc discessit. At mane cum in for-
 rum prosiliisset nudus, nisi quod subligari circum pu-

denda testis erat, eoq; inaurato, tum falce illam gestans, sinuq; solutam uentilans, iactansq; comam, eorum more, qui à Cybele deorum matre afflari conueniunt ac numine rapiuntur, conscensa sublimi quapiam ara cionabantur, ciuitatem eam beatam esse prædicans, quæ mox deum propalam esset ostensura mortalibus. Porro qui aderant (nam concurrerat uniuersa propè ciuitas) una cum mulieribus, senibus, pueris, admirabantur, ac uota facientes adorabant. At ille uoces quasdam incognitas, nihilq; significantes, cuiusmodi sint Hebræorū, aut Phœnicum, attonitos eos reddebat, ut qui nihil intelligerent eorum, quæ dicebat, nisi solum hoc, quod Apollinem, Aesculapiumq; passim adnūscibat, sub hac ad insitum templum curriculo fugiebat, accedensq; ad fossam, ac fontem illum, quem iam ante conditum oraculum præstruxerant, ingressus aquam, magna uoce canebat laudes Apollinis, et Aesculapii, iuitabatq; deum, un dexter ac felix in ciuitatem adueniret. Deinde phialam postulat. Eam porrectam à quopiam, facile immergens, una cum aqua haurit, et omni illud, in quo nimirum ille deum conluserat, candida cera cunctisq; commissuram operculi ferruminans. Id cum mancipisset, affirmabat iam Aesculapium tenere sese. Interim illi stupidis, defixisq; intuebantur oculis expectantes, quidnam esset futurum postea, iandudum admirantes omni in aqua repertum. Porro posteaquam fregisset idem, caua uola compressum, ac serpentis illius scutum excepisset, simulatq; mouentem hunc sese conspicerent, ij, qui aderant, ac digitis circinuolumentem, probris uocem tollebant, deumq; consalutabant, ac ciuitatē

eam fortunatam esse dictabant. Singuliq; affatim notis implebantur, thesauros, opes, prosperam ualendam, aliaq; id genus ab illo flagitates bona. Hic ille rursus cursum sese domum abripuit, unà secum asportans, modo editum in lucem Aesculapium bis natum scilicet cum seuel duntaxat nascantur homines, atq; cum non ex coronide per Iovem, neq; cornu, uerum ex anseris progenitum. Populus autem uniuersus consequebatur, omnes afflati deo atq; ob spes animo conceptas furore correpti. Interdum igitur se domi continebat, sperans fore, id quod & euenit, ut fama permoñ Paphlagoniæ pars maxima concurreret. Ergo posteaquam urbs ita esset hominibus referta, ut iam redūdaret, sed quibus omnibus iam antea tum cerebrum, tum cor esset exemptū nec ulla parte similes uiderentur uiris pance uictitantibus (ut loquuntur poetæ) uerum qui præter sciam figuram nihil à pecudibus distarent in ædiculis quibusdam, in lecto residens, eo uidelicet ornatus, qui uatem mire deceret, imponit in sinum Pellæum illum Aesculapium, quidam erat, ut dictum est, maximus pulcherrimusq; hunc totum ubi collo circūdedisset, caudam foras prominere sinens, erat autem ingens adeo, ut cum per pectus illius effunderetur, pars tamen humi traheretur. Solum autem caput sub alis abditum teneret, illo nimirum omnia ferente, linteaceum illud draconis caput, altera in amictus parte contextum ostendebat, qd prorsum illius esse draconis uideretur, qui à pectore prominebat scilicet. Iam uero mihi cogita, ædiculas non ad modum illustres, nec ad satietatem usq; luminis capaces, tum urbem hominum conuenarium, quiq; alijs ex

locis alij concurrissent, tumultuantes, ac prius etiam q̄
īsta uiderent niente attoniti stupefactiq̄, deniq̄ spebus
illis sublati. Quibus ingressis non mirum, si res uisa est
portentosa, uidelicet ex modo pusillo serpēte, intra pau
calos dies tam immanem extitisse draconē humana spe
cie, atq̄ eum insuper mansuetum tractabilemq̄. Proti
nus autem ad eximium properabant, & prius, quā exa
ctius essent contemplati, protrudebantur ab ijs, qui no
ui semper ingrediebantur. Porro ē regione ianuæ, per
quam intrabatur patefactum erat, & aliud ostium,
per quod exirent. Cuiusmodi quiddam & Maccdo
nas in Babylone fecisse ferunt in Alexandri morbo, cū
ille grauius iam agrotaret, illi obsessa regia desyderas
rent eum intueri, ac supremum alloqui. Atque hoc
spectaculi scelestus hic non semel, uetum crebrius ex
hibuisse dicatur, maxime si qui diuites aduenissent recen
tiores, ac nouitij. Hoc locum mi charissime Celse, si uera
fateri uolumus, aequum est ueniam dare Paphlagoni
bus, ac Ponticis illis hominibus nimirum crassis, &
ineruditis, si delusi sunt, cum draconem manu contin
gerent, nam hoc quoq̄ largiebatur Alexander ijs, qui
uoluissent, cumq̄ conspicerent in dubia, malignaq̄ lu
ce imitatum illud illius caput os scilicet nūc aperiens,
nunc claudens, tanto arificio, ut res planē Democri
tum aliquem requireret aut certe Epicurum Metro
dorum uel, aut alium huiusmodi quenipiam, qui pror
sus adamātinam aduersus hæc, atq̄ id genus alia mētē
obtineret, q̄ nullo pacto recederet, q̄q̄ uel quid esset rei
cōiecturis colligeret, uel si uiam etiam modūq̄ puestiga
re nō quiret, illud tamen antea sibi persuasum haberet,

ALEXANDER

fugere quidem sese, modum, rationemque praestigiarum, ceterum quicquid esset negotij, prorsus simulatum, fictumque esse ac ne fieri quidem ulla ratione potuisse. Paucis ergo diebus confluit tum Bithynia tum Galatia, Thraciaque, eorum, qui renuntiabant, unoquoque, ut sit, affirmante sese primum nascentem uidisse deum, deinde paulo post eundem contrectasse iam grande admodum factum, vultu etiam homini assimilem. Accedebant ad hac picturae, imagines signa deum referentia, partim ex aere, partim argento efficta, Postremo nomen etiam indidit, Nam Glycon appellatus est, idque iussu divino carmine prodito. Ad hunc enim modum elocutus est Alexander.

Sum ille Glycon hominum lux, ex Ioue tertia proles: Ast ubi iam maturum esset, ut cuius rei gratia haecenus omnia fuerant excogitata, responsa quoque redderet istis, qui requisivissent, divinaretque accepta videlicet ansa ab Analocho qui apud Cilices natem egerat. Nam is quoque post patris Amphlarei interitum, posteaque quam ille inter Thebanos extare desisset, patria pulsus, atque in Ciliam profectus, haud incommode rem gessit, cum Cilibus euentura praediceret, binos obolos pro singulis accipientis responsis, ab hoc inquam arrepta ansa, praedicat Alexander omnibus, qui adveniant, fore ut deus ipse responsa daret, eiusque rei diem quendam cernam praelocutus est. Iussit autem ut quisque quod videretur, quodque maxime discere vellet, id in libello conscriberet, eumque funiculis obvinctum cera, argillaue, aut simili re quapiam obsignaret. Se vero receptis libellis, subitisque adytis. Cuius enim oraculum erat extructum, et apparatus

corina) ordine per praconem, ac theologum euacua-
turum, eos, qui tradidissent, dehinc ubi de singulis esset
edoctus à deo, libellos redditurum ita ut traditi fuerāt
obsignatos, subscripto illis responso pro cuiusq; argumē-
to, deo nimirum respondente, quacunq; de re quis es-
set sciscitatus. Erat autem hic dolus, homini cuiusmodi
tu es, aut etiam (si modo dictum non est inuidiosum)
cuiusmodi sum ego, manifestarius neque difficilis ani-
maduersu, uerum idiotis quibusq; nares essent mucro
obstita, minimeq; emuncta prodigiosum, planeq; incre-
dibile quiddam esse uidebatur. Etenim cum uarias tene-
ret artes, quibus signa tollerentur, quæ quisque sciscita-
batur, ea legebat, atque ita quæ uiderentur ad interro-
gata respondebat. Deinde rursum obuineta, obsignata-
q; reddebat, non sine summa admiratione eorum, qui
recipiebant, Plurimus enim hic inter illos erat sermo, q-
tandem scire potuisset iste, quæ ego illi tradidi, sanè quæ
diligenter obsignata, signis imitatu neutiquam facilibus
nisi re uera deus esset quispiam, cui cuncta sint perspi-
cua. Sed iam quibus artibus id effecerit forsitan à me re-
quires. Accipe quo uidelicet imposturas eiusmodi dep-
hendere queas, & coarguere. Prima ratio sic habebat,
eam ceræ partem, quæ post signum hærebat, acu cande-
facta liquefactam diducebat. Tum ubi legisset rursum
calefactam acu ceram, eam, quæ à tergo funiculi fuerat
signo eodem manente, facile coagmentabat. Porro secun-
dus modus constat per id, quod Collyrium uocant. Id
conficitur ex pice Berytiâ, bitumine ac lapide pspicuo,
trito, tum cera, & masticha confectum. Igitur ex his
omnibus Collyrium igni calfactum inuncto prius suis

lo pingui, signo applicabat, ac symboli figuram excipiebat. Id simulatq; siccum esset factum (siccabatur autem proñus) commode resignabat libellos. Quibus perlectis, imposita cera denuo perinde, atq; è lapide signum idem imprimebat, ad archetypi similitudinem mirè effectum. Post hæc iam tertiam accipe rationem. Calce in gluten iniecta, quo vulgo codicillos adglutinant, atq; ex his confecta ceu cera, mollem adhuc eam admoiebat signo, statimq; detrahebat. Nam ilico siccescit, adeo ut cornu, uel ferro potius reddatur solidius. Hac ad imprimendum signum uti consueuerat. Sunt præter has & alia complures uia, quas omnes referre nihil necesse est, ne parum uidear modestus, maxime cum tu in ijs, quos de maiorum artibus conscripsisti, cōmentarijs tum pulcherrimis, tum utilissimis, quiq; modestos reddere queant, si quis in eis euoluendis uersetur, abunde multa temleris, longeq; his nostris copiosiora. Reddebat igitur oracula, diuinabatq; non mediocri ad eam rem uens ingenio, arteque negotium reddens probabilius, dum alijs obliqua quadam, & ambigua respondet ad ea, quæ proponebantur, alijs penitus obscura. Quandoquidem & hoc oraculis ille conuenire iudicabat. Alios item deterrebat, alios adhorbatur, prout sibi magis conducere coniectasset. Nonnullis dietas, remediaq; præscribebat, cū sciret (ut iniaio diximus) complura, atq; efficacia pharmaca. Maiorem autem in modum Cytinides ab illo probabantur, id est nomē confecti emplastri, ursino ex adipe confecti. Porro spes, rerumq; successus, & incrementa, neq; non hereditarium obuentus, semper in aliud tempus reijciebat. Illud

interim addens, cuncta hac tui obtingent, cum ipse uolam, cumq; uates meus Alexander me rogabit, proq; uobis uota faciet. Deniq; merces erat unicuiq; responso praestita, nempe drachma cum obolis duobus, ne ueropisillum, aut exiguum fuisse putes ante hunc quaesum, cum in annos singulos ad septuaginta, aut octoginta milliaredierit, usque adeo auidis. Et insatiabilibus hominibus, ut singuli supra decem aut quindecim rogationes traderent. Ceterum ea, quae capiebat, non ipse solitus est insumere, nec rursus ad pgerendas opes in thesaurum reponere, uerum compluris et alios habebat secum adiutores, ac ministros, tum qui scitarerentur, qui uersibus oracula conderent, qui responsa seruarent, qui subscriberent, qui obsignarent, qui interpretarentur, quorum unicuiq; pro dignitate, meritoq; lucrum impartiebat. Ad haec nonnullos foras et in longinquas regiones emendarat, qui famam eius oraculi inter gentes dissiparent, affirmantes ipsam etiam predicere, reuocareq; fugiuos, fures, ac praedones indicare, atq; reuincere, thesauros effodiendos ostendere, morbo laborantibus mederi, quosdam etiam uita defunctos in uitam reuocare. Concorrebat igitur undequaq; magnoq; tumultu concitata adproperabant, sacrificabantur, dicabantur munerata, eaq; duplicata, prophetae, discipuloq; dei, iam, n. Et tale quoddam oraculum exierat.

Muneribus decorare meum uatem, atq; ministrum Praecipio, nec opum mihi cura, at maxima ualis.

Verum ubi iam plerique, quibus mentis plusculum inerat, non secus, atq; ex alta ebrietate resipiscetes, conspiciassent in illum, pserim ex ijs, qui fudebant Epicuro,

tamq̃ paulatim in oppidis deprehenderentur uniuersa
 praestigiatra, fictusq̃ fabulae apparatus, horrendū
 quiddam in eos edidit, dicens impijs & Christianis
 impleri pontum, qui non uerētur in sese turpissime ma
 ledicere, Eos iussit lapidibus pellerent, si modo uellent
 propiciū habere deum. Porro super Epicuro, huius
 modi quoddam oraculum prodidit. Sciscitanti cuipiā,
 quid ageret apud inferos Epicurus, plumbeis inquit,
 compedibus uinctus in cœno desidet. Et adhuc mirar
 ris, si magnopere creuit eius celebritas oraculi, cum ui
 deas interrogationes aduentium, quā sint prudentes,
 quāq̃ eruditae? Modis autem omnibus bellum erat il
 li cum Epicuro sanum, & irreconciliabile, idq̃ iure or
 p̃mo. Nam cum quo tandem iustus bellum gerat, ho
 mo praestigiator, et monstris, ac portentis amicus, ueris
 inimicissimus, q̃ cum Epicuro uiro uidelicet, qui rerum
 naturam perspectam haberet, quiq̃ unus, quid in his
 esset uerum, uideret? Nam qui Platonem Chrysippum
 aut Pythagoram sequerentur, ijs erat amicus, atq̃ alia
 cum illis pax intercedebat. At intractabilis ille Epicu
 rus, sic enim appellabat eum, erat illi plurimum inui
 sus, atq̃ id merito, quippe qui haec omnia ridicula, ac lu
 dica duceret. Quam ob causam inter urbes Ponticas
 Amastrum in primis habebat exosam, eo quod accepe
 rat eos, qui cum Lepido erant, alios item horum confir
 miles quamplurimos ea in ciuitate uersari. Neq̃ unquā
 Amastrino cuiquam oraculum reddidit, quin ubi cona
 retur etiam fratri procōsulis respondere, deridicule pro
 fecto discessit, cum nec ipse, quemadmodum idoneum
 oraculum fingeret, inueniret, nec haberet, qui sibi in
 tempore

tempore posset componere. Nam cum ille de stomachi dolore conquerenti, uellet prescribere, uti suillum pede cum malua praparatum ederet, hunc in modum ait. Maluaca porcorum sacra curimato Sipydno.

Crebrius autem (ut iam diximus) Draconem ostendebat ijs, qui uellent, haud totum tamen, sed caudam potissimum, ac reliquum corpus oculis exponens, capite uero ne uideri posset, abditum seruabat. Verum quo magis etiam redderet attonitam multitudinem, pollicatus est, sese exhibiturum ipsum deum loquentem, citraque interpretem edentem oracula. Deinde non magno negotio, gruum arterijs contextis, ac per lineum illud draconis caput, quod erat arte adsimulatum, insertis, alio quocumque per has foris insonante responditabat ad ea, quae proponebantur, uoce nimirum per linteacum illum Aesculapium ad aures promanante. Huiusmodi responsa οὐτὸ φωνῶν dicebantur. i. ipsius uoce reddita, neque quibuslibet, neque passim dabantur, uerum splendidis modo, atque opulentijs, et qui grandia largirentur. itaque quod Seueriano redditum est, super expeditione in Armeniam suscipienda, ex autophonis erat. Adhortans enim illum ad incursum eius regionis, sic ait.

Parthis, Armenijsque citato Marte subactis

Romam urbem repetes et claras Tybridis undas,

Vertice certa gerens radijs distincta serenjs.

Deinde posteaquam uicors ille Gallus persuasus, incursionem fecisset, euenissetque, ut una cum exercitu cadere tur ab Othryade, hoc oraculum e monumentis sustulit, atque aliud in eius locum substituit huiusmodi.

Agmen in Armenios, ne duc, neque enim expedit istuc,

Erasmus

e

Ne tibi scæmineis uir amictus uestibus, arcae
 Exitum immittat, uitaq; ac lumine priuet.
 Siquidem & hoc interim callidissime fuerat cominen-
 tus, ut posterioribus, substinicijsq; respōsis ea, quæ per-
 peram, maleq; euenissent, sarciret, ac maderetur. Sapi-
 us. n. ægrotis prius, q̃ moreretur prædixerat fore, ut res
 ualescerent. Quibus morientibus, alterum oraculum ili-
 co paratum erat, quod superiori diuersa cerneret.
 Post hac desine opem morbo petere exināli,
 Mors etenim manifesta, nec evitare licebit.
 Porro cum non ignoraret, qui in Claro, ac Didymis,
 Malloq; respōsa ferebant, ipsos quoq; huiusmodi quadā
 arte diuinādi celebres haberi, eos sibi reddebat amicos,
 plerosq; consultorum ad illos remittens, his uerbis.
 Nunc Claron ito, mei uoceni patris audiuimus.
 Et rursus
 Branchydica accedas adyta, atq; oracula quæras.
 Et iterum.
 Mallon abi, Amphilochi quærens oracula uatis.
 Et hætenus quidem de ijs, quæ intra patriæ fines usque
 ad Ioniam, Ciliciam, Paphlagoniam, Galatiamq; desi-
 gnauit. Ut uero & in Italiam oraculi fama perman-
 uit, inq; ipsam Romanorum urbem, iam nemo omnium
 erat, qui non aliis alium ante uertere studeret, dum ij
 quidem eò proficiscuntur ipsi, illi uero mittunt, potissi-
 mum ij, qui potentia, atq; auctoritate plurimum in Re-
 publica pollebant. Quibus princeps, quasiq; signifer ex-
 ant Rutilianus, uir aliàs quidem honestus ac probus, tū
 compluribus in plijs Romanorū, spectata uirtutis. Sed
 qui in ijs, quæ ad deos pertinent, parum sanè saperet,

ut cui prodigiōsa quādam de illis essent persuasa, adeo
ut sicubi lapidem uel inuictum, uel coronatum conspo
xisset, continuo procideret, atq; adoraret, ac diuinus ad
uolūtus uota faceret, bonāq; ac lēta ab illo postularet.
Hic igitur, simul atq; de oraculo inaudisset, parum ab
erat, quin omisso, quem tenebat exercitū, in Aboni nū
rium auolarit, alios autem post alios eō legabat. Porro
qui mittebantur seruuli nimis idiotæ qdam, facile dece
pti donum redibant, referentes, partim, quæ uiderant,
partim tāquam uidissent, audissentq;, permulta insup
accumulantes illis, quo domino fierent commendatio
res. Inflammarunt itaq; senem infelicem et in uehemē
tem insaniam impulerunt. At ille passim ad oēs ami
cos accedens, quos habebat, cum plurimos, tū potentissi
mos enarrabat, partim ea, quæ ab ijs, quos miserat, acce
pisset, partim quæ ex sese affinxerat. Et ad eum modū
iste compleuit urbem, concitauitq;, q̄ plurimis item auli
cis expanefactis, atq; attonitis. Qui proinde & ipsi cu
piditate flagrare cœperunt, ut aliquid suis de rebus au
dissent. Porro Alexander aduenientes comiter excipie
bat, ac xenijs, alijsq; magnificis donatos muneribus, ad
eum remittebat, hoc agens, ut non solum renuntiarent
oracula, uerum etiam dei laudes canerent, ac portento
sa quādam de oraculo, deq; ipse mentirentur. Excogita
rat autē terscelestus ille qddam neutiq; inscitum, et in
geniosius, q̄ ut in uulgarē competat latronem. Etenim
reignatis libellis, ac perlectis, siquid offendisset in ijs,
quæ proponebātur, ita scriptū, ut cū periculo, ac discris
mine eius, q̄ scripisset, si proferrent, coniūctū uideretur
apud se detinebat, neq; remittebat, quo uidelicet obnoxi

os, ac propemodū seruos ob meū, sibi redderet eos, qui miserant, cum in mentem illis ueniret, cuiusmodi de rebus consulissent. Intelligebat autem esse cōsentaneum, ut qui opibus, ac potētia præcellerent, eiusmodi rogationes essent porposituri. Ab his munera quamplurima ferebat, quippe qui non ignorarent, sese intra casses eius teneri. Libet autem aliquot ex his respōsis commemorare, quæ Rutiliano reddidit. Huic sciscitanti de filio, ex uxore priore suscepto, qui iā per ætatem manurus esset, ut disciplinis erudiretur, quem instituendo in litteris illi præceptorem deberet adhibere, ita respondit.

Pythagoram, egregieq; canentem prælia uatem.

Deinde paucis post diebus extincto puero, ipse quidem habebat, nec habebat, quod incusantibus responderet, oraculo uidelicet ita re præsentī confutato. At Rutilianus optimus ultro occupans, defendebat oraculum, affirmans hoc ipsum portendisse deum, qui iussisset nemini quidem è iuuis adolescētulo deligi præceptorem, sed Pythagoram potius, atque Homerum, iam olim defunctos, quibus cum credibile esset eum iam uersari.

Quid igitur Alexandro uisū uertere conuenit. Si istiusmodi homunculōs dignos habuit, quibus fūcum faceret? Rursum eidem percontanti, cuius tandem animam esset seruus ait.

Principio fueras Pelides, deinde Menander,

Deinde is, qui nunc es, post fax pœbea futurus

Ostoginta æuum, ac centum produxeris annos.

At hic septuagenarius interiit, in insaniam uersus, haud expectato dei promisso, quanquam hoc quoque oraculum ex autophonis erat. Eidem item de uxore dux

cenda percontati aliquando inconstanter, ac palam respondit.

Dixit Alexandro ratam, Lunaq; puellam.

Siquidem iam olim rumoreni dissipat, filiam, quam habebat, è Luna sibi susceptam fuisse. Lunam enim ipsius amore captam fuisse, cum dormientem aliquando conspexisset, nam id illi familiare est, formosos semino sopitos adamare. Porro Rutilianus uir prudentissimus, nihil conatus, protinus accersit uirginem, nuptias conficit. sponsus iam sexagenarius, concumbitq; socrum suam Lunam solidis hecatombis placans, iamq; sibi unus è cœlitum numero uidebatur. At hic, ubi semel in Italia rem esset aggressus, maiora in dies ad hæc excogitabat, & in omnes Romanae diuinis partes, qui præferrent oracula, dimittebat prædicens, cauendam esse pestilentiam incendia, terrenotus, se certa remedia traditurum, nequid horum accideret, pollicebatur. Iamq; cū pestilentia incubuisset, unum quoddam tale oraculū, autophonon & hoc, quoquo uersum gentium prodiderat, unico carmine comprehensum.

Intensus nubem pestis depellit Apollo.

Atq; hunc uersiculum uidere erat passim pro foribus descriptum, tanquam aduersus pestilentiam remedio futurum. Verum ea res plurimis diuersam in partē euenit, propterea quod fortuna quadam sic accidit, ut eadem domus, quibus hic uersus esset inscriptus, potissimū desolarentur, neq; uero ne putes illud dicere carmē in causam fuisse, ut interierint, uerum casu quodam ad hūc modum accidit. Et haud scio, an pleriq; freti carmine, negligentius, ac securius dictam obseruarint, nihil aduer-

sum pestem præter oraculum adhibentes, perinde quæ
 si sybillas pro sese pugnantes haberent, & intonsum
 Apollinem telis pestem propellentem. Exploratores
 item ex sua coniuratione quamplurimos Romæ consti-
 tuerat, qui sibi quæ quisque mente esset indicarent, ac pri-
 us, quàm oraculum adissent illi, significarent quidnā
 essent percontaturi, quidque potissimum cupere uiderē-
 tur, ut etiam prius, quàm aduenissent ij, qui mitteban-
 tur, ille iam ad respondendum instructus, ac paratus
 esset. Atque hæc quidem & id genus alia machinamen-
 ta aduersus Italicas urbes præstruxerat. Nam præter
 hæc & initiationes quasdam instituerat, tedarum per
 manus tradendarum gestationes, & factorum carimo-
 nias, quæ quidem tribus ex ordine diebus continenter
 peragerentur. Ac primo quidem die Atheniensium ritus
 denunciatio fiebat huiusmodi. Siquis impius, aut Chri-
 stianus, aut Epicureus mysteriorum explorator accessit
 discedat. Ceterum qui Deo credunt, & parent sa-
 cris feliciter inveniuntur. Sub hac pronus exigeban-
 tur, illo præeunte, dicentēque, Foras pellantur Chri-
 stiani. Tum multitudo acclamabat uniuersa, Foras
 pellantur Epicurei. Dehinc Latonæ puerperium age-
 batur, & Apollinis natiuitas, tum Coronidis nuptiæ,
 Denique nascebatur Aesculapius. Altero die Glycon
 in lucem emergens, deique exortus. Porro tertio die Po-
 dalirii cum Alexandri matre coniugium agebatur.
 Dadis autem is appellabatur, idque ex re, propterea quod
 facies quædam incenderentur. Postremo loco, Luna, at-
 que Alexandri amores, ac nascens Rutiliani coniunx.
 At uero faciem gestabat, mysteriaque agebat Endymion.

Alexander, quin hic dormiens scilicet, in nudio iaceret, descenderet autem in eum è tecti fastigio, tanquam è cælo lunæ vicem agens Rutilia quadam formosissima cuiusdam è Casarea domus præfectis uxor, quæ nimirum ut amabat Alexandrum, ita vicissim ab illo amabatur, ac sub oculis perditissimi illius mariti, tum complexus agebantur, tum oscula, idque in propatulo. Quod nisi complures fuissent tectæ, forsitan non nihil & eorum, quæ fieri solent infra sinum, patratum fuisset. Paulopost rursus introibat ornatu sacerdotali, nullo cum silentio. Deinde ipse primus clara voce sonabat. Io Glycon. assonabant autem bene canori scilicet homines, nempe præcones aliquot Paphlagonæ, carbanis calceati, plurimum alij nidore rufæstantes. Io Alexander. Porro subinde inter gestandas tectas, atq; inter mysticas saltationes femur illius de industria renudatū aureū apparebat, pelle, sicuti coniugia inaurata circumdata, atq; hac ad tectarū fulgorē relucens. Itaq; cū duobus quibusdam ex eorum numero, q̄ deficiente sapientes sunt, super hac re uerteretur altercatio utrum Pythagoræ animam possideret, uidelicet obseruaret aureum, an aliū Pythagorico illi consimile, atq; eam controuersiam ad ipsum Alexandrum retulissent, rex Glycon oraculo litem dissoluit.

Pythagoræ mens emoriturq; oriturq; vicissim,
Vatis at est animus diuina è mente profectus.

Hunc pater auxilio misit iustisq; pijsq;
Et rursus.

Tecta Iouis repetit, ioniali fulmine tactus.

Porro cum cunctis alijs denunciaret, ut à puerili cōm-

bitu temperarene, cœu re nefaria, vir ille egregius tale quiddam ipse machinatus est. Ponticis ac Paphlagonicis urbibus imperabat, ut tertio quoque anno, mitterent, qui deo dicarentur, eiusque laudes apud se canerent. Verum miti oportere spectatos, ac selectos, nempe nobilissimos, & ætate florentissimos, formaque eximios. Quibus inclusis perinde ut emptitijs ad libidinem abutebatur, modis omnibus in eos debacchari solitus, præterea legem quoque cōdiderat, nequis maior annis octodecim sese admoto ore complecteretur, ne ne cum basio salutarer, sed reliquis manum duntaxat osculandam porrigens, solis ætate, formaque floridis osculum dabat, atque his quidem inde cognomen inditum, ut intra osculum constituti dicerentur. Atque in hunc modum uerocordibus, ac stupidis mortalibus illudens, perpetuo deinceps suas nequitias exercebat, passim constuprans uxores passim liberis abutens. Quin magnam quiddam, cunctisque optandum uidebatur, si cuius uxorem uel aspexisset modo. Porro si quam etiam osculo dignatus fuisset, nemo non ita putabat, quicquid esset bonarum felicitatum, id omne semel in eam domum influxurum esse. Erant insuper, atque eæ non pauca, quæ sese etiam peperisse ex illo iactarent, quod ita esse mariti suo testimonio confirmabant. Lubet etiam dialogum tibi referre Glyconis, & sacerdotis, viri cuiusdam Tyanei, cuius sapientiam ex ijs, quæ sciscitatus est, conicias licebit. Hunc eadem legi pridem aureis descriptum litteris. Tu, in ipsis sacerdotis adibus, Dic, inquit, mihi rex Glycon, quis nam ex? Sum inquit ille minor Aesculapius. Num alius ab illo priore? Quid ais? Hand fas est, ut istuc audias. Sed quot

annos apud nos permansurus, atq; oracula redditurus?
Ad millesimum tertium, Deinde quo demigraturus?
Ad Bactra, atq; in eas regiones. Siquidem oportet &
barbaros meos victu, mea q; praesentia frui. At reliquæ
fortes, puta quæ Dyndineis, Clari, Delphisq; redduntur
utrum ab anthore proficiuntur Apolline, an vana sunt.
quæ illic eduntur oracula? Ne istuc quidem scire quas fieri
nefas enim. Cæterum ego quis tandem post hanc vitam
futurus sum? Camelus, deinde equus post hæc vir sapiens
ac vates non inferior Alexandro. Atq; hæc Glyconis cum
sacerdote confabulatio. Postremo & oraculum carni
ne comprehensum edidit, cum non ignoraret illi amicum
esse Lepido.

Ne pare Lepido, namq; huic fatum instat acerbum.
Mirum etenim in modum metuebat Epicurum, sicut
superius dictum est, nimirum ut artificem, ac sapientem
suis artibus hostem, atque insensum. Itaq; ex Epicureis
quempiam, ausum se multis praesentibus coarguere, pro
penodum in vitae discrimen adduxerat. Siquidem adir
ens ille clara voce dicebat. Tu nimirum Alexander Pa
phlagoni cuidam persuasisti, ut seruos suos apud Galat
iæ praefectum capitis accerferet, hoc nomine quasi filii
um ipsius, qui tum Alexandriae erudiebatur, occidissent.
At qui vixit adolescens incolumisq; reuersus est, famu
lis iam supplicio affectis, quæ opera bestiis traditi pec
cuerunt. Porro huiusmodi quiddam acciderat, Quin ad
dolescentulus amne aduerso in Aegyptum nauigasset,
ad inundationem usque subducto nauigio, persuasus est
non pariter in Indiam nauigare. Itaque dum diutius ab
esset, infelices illi eius ministri ratum videlicet, uel in Nilo

ALEXANDER

navigantem interisſe puerum, uel à latronibus (nam id temporis periculū graſſabantur) eſſe peremptū, reuerſi ſunt domum, renunciantes, quemadmodum è medio ſublatus eſſet. Deinde proditum oraculum, dānati ſerui ſub hac adeſt adoleſcentulus peregrinationem ſuā enarrans. Atq; hæc quidem ille. At Alexander indignatione percitus, quod cōargueretur, neq; ferens opprobriatam ſibi ueritatem, iuſſit ut qui adeſſent lapidibus illum impeterent, alioqui & ipſos impios futuros, atq; Epicureos appellādos. Vñq; illi iam lapidare cōpiſſent Demonſtratus qdam, q diuerſabatur in ponto, primus hominem ſui corporis obtegens obiectū, merā ſubduxit, alioq lapidibus obruēdum, idq; iure optinuo. Quid. n. oportebat unum inter tam multos inſanientes, ſanum eſſe, atq; à Paphlagonum ſtultitia malum ſibi accerſere? Et illi qdem hæc euenerunt. Ceterum aduocatis iuxta oraculorum ordinem iſ, qui propoſuerant (nam id fiebat pridie quā reſponſa redderet) præcone rogāte an uaticinari uellet, ſi cuiſiam illorum ex adyto reſpōdiſſet, in malam rem, huiusmodi hominem neq; teſto quiſquam excipiebat, neq; igni aquāue imperiebat, uerum erat illi ſolū aliud pro alio uertendū, tanquā ipſo deorūq; contemptori, atq; Epicureo, quod qdē probriū omniū erat grauiſſimū. Quapropter unū etiā Alexand. qdā designauit deridiculū. Naſtus peculiareſ Epicuri ſentenſias libri (uñ ſcis) lōge pulcherrimū, ſummatim Epicuræ diſciplinæ decreta cōplectentē mediū in ſorā deportauit, ac lignis ſiculnis exuſſit. tanquam authori ipſam exureret ſcilicet, ac cinerē abiecāt in mare, oraculo inſuper eam in rem edito.

Edico decreta senis comburere cæci.

Haud ppendit scelestus ille, quantum adferret is liber
commoditatum ijs, q̄ in eo legendo uersarentur, quātār
q̄ illis q̄etēm trāquillitatem, lib̄tatemq̄; pareret, pro
pterea qđ à paucioribus, spectris, ac prodigijs liberaret
tum spes inanes, atq; immodicas adimeret cupiditates
mentem sanam ac ueritatem inscrueret, planeq; lustrar
et animū, non tēdā qđem, aut squilla, aut alijs id ger
nis nugamentis, imo recta ratioe, uero, ac libertate. Ac
cipe iam facinus quoddā hominis sceleratissimū unū
inter omnia multo impudentissimū. Cum iam non
mediocrem in Regiam aditum sibi patefecisset, inq;
aulam Casaream, presertim Rutiliano reni adiuvante,
atq; approbante, cum bellum, quod in Germania gere
batur maxime flagraret, Marco Deo cum Marcoman
nis, & Quadis conferente, oraculum diuulgauit, quo
iubebat ut duos leones uiuos in Danubiū immitterent
uarijs cum odoribus, ac sacris q̄busdam magnificis, sed
præstat ipsum oraculum referre.

Gurgitibus fluij turgentis ab imbribus Istri,

Immisisse duos Cybeles edico ministros,

Monte feras alitas, tum quantum alit indicus aer

Florum atq; herbarum bene olētum, moxq; futura est

Et uictoria, pax & amabilis, & decus ingens.

Ea cum essent facta, quemadmodum ille præscripser
rat, leones quidem simul atque in hostium regionem
enataissent, barbari canes quospiam, aut lupos esse rati,
fustibus arcebāt. At nostrorū protinus maxima strages
est consecuta uiginti fermē millibus simul extinctis. His
successerunt ea, q̄ in Aquileia contigerunt, cum parum

abfuerat, ut urbs ea caperetur. At is ad id, quod euenerat Delphicum illud responsum, Cræsoque redditum oraculum, frigide sanè detorsit, dicens deum quidem prædixisse uictoriam, haud tamen explicuisse, utrū Romanorum esset futura, an hostium tandem, cum plurimi iam eam in urbem confluerent, premerenturq; Aboniticarum ciuitas multitudine eorum, qui ad oraculum uenitabant, neque sufficeret suppeditandis ijs, quæ ad uictum erant necessaria, comminiscitur oraculorum genus quoddam, id quod nocturnum appellabatur. si quidem libellis indormire solet, ut aiebat ipse, deinde tanquam in somnio diuinitus edoctus respondebat, nihil certi tamen, sed ambigue plerumque, ac confusim, maxime si quos libellos conspexisset, accuratius, atq; obseruantius obsignatos. Ad hunc enim modum citra uulsum resignandi periculum, quicquid temere in mentem uenisset subscribebat, ratus Et hoc ipsum oraculis conuenire. Erant autem ad id nonnulli constituti interpretes, qui mercedem non exigentem colligebant ab ijs, qui eiusmodi capiebant oracula, ut enarrarent ea, explicarentq;, atq; hoc illorum munus conducticum erat. Nam interpretum quisq; talentum atticum pēdebat Alexandro nonnunquam, cum neq; consuleret quāquam, neq; missus esset aliquis, immo cum ne esset quidem huiusmodi quippiam, tamen oraculum edebat, nō stultos mortales redderet attonitos. Quod genus illud erat.

Hunc age quare tuam qui tectus in adibus, ac te
 Clām prorsum, uxorem, uulūq;, oculisq; decoram,
 Suprat adulterio, seruatorum ex agmine primus.
 Ipse cui solus fuasisti hæc omnia deicens,

Eius enim florem libasti hoc dedecus, ille
 Nunc tibi compensans, cum coniuge dormit herili,
 Quin iidem tibi iam pridem letale uenenum
 (Ut neque quæ faciant, possis audire, nec unquam
 Cernere luminibus) tecte furtimque parant.
 Inueniesque mo sub lecto pharmaca, iuxta,
 Parietem, sub-cervicali condita, porro
 Istis conscia criminibus tua serua Calypso est.
 Quis Democritus principio non commoueretur, ubi no-
 minatum & authores, & loca palam audisset designari?
 Verum ilico despisset simul, atque cognouisset, quo hæc
 artificio gererentur. Insuper & Barbaris non raro respo-
 dit, si quis patria lingua sciscitarentur, puta syrice aut gal-
 lice, uerum haud facile reperiabat hospites conuini
 gente, cum ijs quæ rogationem proposuissent, proinde rece-
 ptis libellis multum intercedere solet interualli prius quam
 oraculum redderet, quo uidelicet interim potius pos-
 set & soluere tuto libellos, & nancisci qui cuncta pos-
 sent interpretari. Quod genus erat & illud Scythæ cui-
 usdam redditum oraculum.
 Morphi e bargulis in umbra chuenchicranc, relin-
 quet lucem.
 Alias rursus, cum nec adesset item quæspiam, neque tale quæ-
 quam omnino conuigisset, contra carinen elocutus est. Re-
 dito, unde uenisti. siquid est is qui te misit, hodie perijt, inter-
 emptus à Diocleuiano accedentibus latronibus, Magno
 Celere, ac Bualo, qui nunc etiam comprehensi tenentur in uin-
 culis. Caterum pauca nunc accipe ex ijs, quæ mihi ipsi respo-
 dit. Sciscitato an caluus esset Alexander cum libellos palam
 atque accurate obfignassem, responsum nocturnum subscri-

biunt, Sabar Dalachi Malach Attis alter erat. Rursum cum diuersis libellis eandem rogationem proposuissem, puta cuiatis esset uates Homerus. Idq; alio, atq; alio nomine, alteri subscripsit, uidelicet deceptus à puero, q ro-
gatus, qua gratia uenisset, ut remedium inquit, peterē
aduersus laterum dolorem.

Cytinde te iubeo, ac lunari rore perungi.

Alteri uero ubi sciscitanti ei dictum esset, utrum mihi sa-
tius esset in Italiam nauigio, an pedestri itinere profici-
sci, respōdit, nihil qdem, quod ad Homerū attineret.

Carpe uiam pedibus, rate ne sulcaueris undas.

Multa id genus aduersus illum sum machinatus, quorū
de numero fuit & illud unica rogatiōe proposita libel-
lo promore inscripti, talis cuiusdam rogationes octo,
nomen aliquod eintētus missis dracmis item octo, pte-
rea quod fieri solitum esset adiungens. at ille persuasus
partim missa mercede, partim inscriptione libelli, ad
unicam rogationem, ea erat huiusmodi, quando depre-
hendendus esset impostor Alexander, octo misit oracula.
Sed quæ neq; cælum (quod aiunt) neq; terrā attinge-
rent. Verum absurda, & intellectu difficilia omnia.

Quod ille ubi in posterū persensisset, præterea qd Ruti-
lianū à matrimonio conatus essem auertere, suasissemq;
ne prorsus in diuinatiōe spes reponeret suas, oderat me
uidelicet ita uñ par erat, sibiq; acerrimum hostem iudi-
cabat. Quodam itaq; tempore percontanti de me Ruti-
liano ita respondit.

Noctinagis gaudet scortis, spurcoq; cubili.

In summa, iure optimo me inuisissimum habebat. Pro-
inde cum me in oppidum aduenisse sensisset, ineq; Lu-

aditum esse illum cognovisset, adduxeram autem milites duos, alterum lancea alterum conto armatum, quos quidem à Cappadociae praefide mihi tum amico acciperam, quo me ad mare usque deducerent, accersit ilico sanè quam comiter, multaquè cum humanitate. Ego cum advenissem, complures apud illum reperio, porro bona quadam fortuna, et milites una mecum adduxeram. Tum ille manum mihi porrigit osculandam, quemacumodum vulgo facere consueverat, ego admotus perinde atque osculum daturus acrimorsu corripio, ita ut parum abfuerit, quo minus illi manum mancam reddiderim. Itaque qui praesentes erant profocare me accedere conati sunt, tanquam hominem sacrilegum, quippe qui iam inde ab initio graviter tulerant, quod Alexandrum non autem prophetam compellassem. At ille oppido què generose obnitens, compescuit illos, pollicitusquè est, se facile me placandum redditurum, declaraturumquè quantum posset Glycon, qui nimis et hos, qui maxime saevirent, ferociterquè sibi redderet amicos. Moxquè ablegatis omnibus, mecum exposulavit negans se clam esse, quàm suavissem Ruilianò, Ecquid me laesisset, ut ista in sese facerem, cum possem illius opera apud illum magnas ad res promoveri. Eadem hanc hominis humanitatem, commoditatemquè libenter accipio, perpendens nimis quo fore in periculo constitutus, pauloque post prodibam iam illi factus amicus. Ea res profecto iis, qui videbant, vehementer erat stupenda, quàm tam facile fuisset commutatus. Post hac cum iam navigare statuissem, missis xenijs, ac muneribus (eram autem forte solus, cum Xenophonte patre cum reliquis meis in Amasirim praemisso) pollicetur et navim praebiturum sese, et

remiges, qui nos aneberent. Etenim arbitrabar hæc animo simplicia, atq; officiose fieri. Verum ubi iam in medio essemus mari, videremq; gubernatorem lachrymantem, & nescio quid reliquis nautis contradicentem, non optimæ de euentu spes me ceperunt. Erat autem illis ab Alexandro mandatum, ut tollentes nos in mare præcipites darent. Quod si contigisset, facile quod necium gerebat bellum illi debellatum fuisset. Sed is, qui lachrymabatur, effecit nequid in nos gravius patrarent. Ac mihi quidē ita locutus est. Annos natus, ut vides, sexaginta, cū antehac pie, atq; inculpate uixerim haudquam uelim in hac tam grandi ætate præferam cū uxorem, & liberos habeam homicidio manus impiare, indicans uidelicet cuius rei grata nos suscepisset, quæq; sibi mandasset Alexāder. Expositis autem nobis in Aegialos, quorum etiam egregius meminit Homerus retro legit cursum. Ibi forte nactus præter navigantes legatos, quosdam Bosporanos Eupatoris regis nomine in Bithyniam proficiscentes, deportandi uectigalis gratia quod in singulos pendebatur annos, cum exposuissem illis, quod me periculum circumuallaret, atq; illi se mihi commodos, facilesq; præberent, receptus in nauigium incolumis in Amastrim perueni, tantillum absuerat, ut perierim. Ex hoc nimirum tempore & ipse aduersus illum arma capiebam, omnemq; (quod aiunt) mouebam funem, quo hominē ulciscer, quem iam tū ante mihi structas insidias oderam, proq; summo ducebam hoste, propter morum impietatem. Iamq; ad accusationem intenderam animum, non paucis necium facientibus, maximeq; q̄ erāt ex Timocratis Heracleotæ scholâ philosophi.

la philosophi. Verum, qui tum Bithynia, pontoq; præfidebat nos colibuit penè supplicans, & obsecrans nū desisteremus. Etenim ob necessitudinem, quæ sibi cum Rutiliano intercederet, nequaquam posse supplicio afficere, nec si manifesto in crimine deprehendisset. Atque ita quidem ab iracundia destitit, neq; repressi nō in tempore rem aggressurus, cum iudicem haberem ad eum modum affectum. Sed quid? An non & hoc inter alia facinus audax Alexandri? à Principe Romano postulare, ut Abonimurus, cōmutato notabulo, Ionopolis appellaretur, utq; nomisma novum signaret, altera quidē parte Glyconis obtinens imaginem, altera vero Alexandri, qui insignia avi Æsculapij, ac falcem illam Persei, unde maternum ducebat genus, teneret. Porro cū esset de sese natiūatus, oraculo prodito, fatis decrevum esse, ut annos viveret centum & quinquaginta, dehinc fulmine ictum interitu maxime miserando periturus. nōdū septuaginta ratis annos iterijt videlicet (cū pueniebat Podalirij filio) pede ad inguē usq; putrefacto, & vermicibus scatens. Quo tempore simul & illud deprehensum est, quod calvus esset, cum medicis caput hūnectādum præberet, ad mitigandū cruciatum, id qd haudquaquam facere pmissent, nisi detracto galericulo, hūc habuit exitum Alexandri tragœdia, atq; hæc fuit totius fabulæ catastrophe, ut res videri possit providentia quadam esse gesta, cum casu nimirum ad hunc modū eveniret. Restabat illud, ut & epitaphium vita acta dignum ei constitueretur, neq; non certamina quædā agerentur ab ijs, qui in natiūitum conitauerant, videlicet impostoribus insignibus, ac præcipuis ad Rutilianum

arbitrium sese conferentibus, ut is pronuntiaret, quem ex ipsis oporteret in oraculi successionem capeSSendam eligi, atq; sacerdotali, propheticâq; corôa redimiri. Erat autem in hoc numero simul & Patrus, qui artis professione medicus, tum civiscum esset, ista faciebat, neque medico, neq; homine cano decora. At Rutilianus certaminis arôiter incoronatos eos remittebat, ipsi sibi diuinandi authoritatem seruans, posteaquam inde iam demigrauerat. Hæc amice ex plurimis pauca, quo de gustamentum hominis præberem, scribenda putavi, cum uâ tibi gratificarer, homini familiari, atq; amico, quẽq; ego unum omnium maxime suspicio, idq; plurimis nominibus, uel propter sapientiam singularem, uel ob amorem uiri, uel ob morum mansuetudinem, ac moderationem, uel ob uitæ tranquillitatem, postremo comitatem, atq; humanitatem erga hos, quibus cum uivis. Tum uero, quod quidem tibi fuerit etiam iucundius, ut Epicurum ulcisceret uirum uere factum, ingenioq; diuino, quiq; solus quæ uere sint honesta & nouerit, & tradiderit, quiq; solus existerit, qui liberos reddere solitus sit eos, qui secum haberet consuetudinem. Deniq; arbitror fore, ut ipsi, qui in hanc lectiõem inciderint, liber hic nõ nihil utilitatis asferre uideantur, dum quædam redarguit, quædam in opinionibus horum, qui & recte sentiunt, confirmat, ac stabilit.

ORNATISSIMO VIRO D. CHRI
STOPHORO VRSEVVICO
ERASMVS S. P. D.

Quidem hac mente semper fui ornatissi
me, idemq; humanissime Christophor
e re, ut à nullo prorsum uino perinde
abhorruerim, atq; ab ingratitudine,
nec unquam istos hominis uocabulo di
gnos indicarim, qui alieni in se meriti tempore ullo pos
sent obliuisci. Rursus eos existimaui beatos, quibus tam
facultatis Fortunæ commoditas suppeditauit, ut be
ne meritis possent parem remereri gratiam, beatissimos
autem, quibus licuisset acceptum beneficium aliquo cū
scio rependere. Proinde cum antehac sæpe uinero
mecum repeterem, quantum in me nihil pro meritis
tua benignitas contulisset (Nam collatum arbitror quic
quid ita delatum est, ut haud scio utrum per fortunam
an per me ipsum, certe per te non steterit quo minus acce
perim) circumspectaremq; quonam argumento possem
aliquam saltem erga te memoris, gratiq; animi signifi
cationem dare, neq; in tanta fortunæ meæ tenuitate quic
quam occurreret, quod ulla ex parte, non dicam tuis
meritis responderet, sed qd uel animo satisfaceret meo.
Illud deniq; mihi uenit in mentem, ut saltem istos quos
dā non inurbanos homines imitater, q flosculo quopiā
insigni, aut alio simili symbolo misso, uolūtatē propen
sionem, promptiq; animi studiū testificari solent, p̄sertim
p̄f tennes erga eos, quibus neque res, neque animus sit

*aliorum egens munusculum. Ergo Graecanica ingrediens
 ἢ μούσα. (Nam musarum horum vel medijs uerrant
 brumis) statim inter multos uaria adblandientes gra-
 tia, hic Luciani flosculus praeter ceteros arripit. Eum non
 ungue, sed calamo decerptum ad te mitto, non solum
 nouitate gratum, colore uariis, specie uenustum, nec
 odore modo fragrantem, uerum etiam succo praesentat
 neo salubrem, & efficacem. Omne tilit punctum (ut
 scripsit Flaccus) qui miscuit utile dulci. Quod quidem
 aut nemo mea sententia, aut noster hic Lucianus est asse-
 cutus, qui priscae comediae dicacitatem, sed citra petula-
 tiam referens, deum immortalem quae uasfricte, quo le-
 pore perstringit omnia, quo naso cuncta suspēdit, quam
 omnia miro sale perficit, nihil uel obiter attingens, quod
 non aliquo feriat scommate, praecipue Philosophis infe-
 stus, atque inter hos Pythagoricis potissimum, ac Platonis-
 cis ob praestigias, Stoicis item propter intolerandum su-
 percilium, hos punctum, ac casum, hos omni telorum
 genere petit, idque iure optimo. Quid enim odiosius, quod
 minus ferendum, quam improbitas uirtutis professio-
 ne personata? Hinc illi blasphemus, hoc est maledici uo-
 cabulum addidit, sed hi nimirum, quorum ulcera te-
 rigerat, pari libertate deos quoque passim & ridet, &
 lacerat, unde cognomen inditum ἀθεῖον speciosum pro-
 fecto uel hoc nomine, quod ab impijs, ac superstitionis
 attributum. Floruit (ut putant) Traiani ferme tempor-
 ribus indignus (ita me deus amet) qui inter sophistas
 annumeretur. Tantum obtinet in dicendo gratia, tan-
 tum in inueniendo felicitatis, tantum in iocando lepor-
 is, in mordendo. aceti, sic titillat. allusionibus, sic seria*

nugis, nugas serijs miscet, sic ridens uera dicat, uera dicendo ridet, sic hominum mores, affectus, studia, quasi penicillo depingit, neq; legenda, sed plane spectanda oculis exponit, ut nulla Comœdia, nulla Satyra cum huius dialogis conferri debeat, seu uoluptatem spectes, seu spectes uilitatem. Cæterum si nominatim queras huius argumentum dialogi, facit id quod semper facit, Pythagoram uelut impostorem, ac praestigiatorem taxat. Stoicorum fastum & sapientem barbam ridet, diuinum ac regum uita, quantis sit erumnis obnoxia docet, contra quam expedita res paupertas hilaris, suaq; contenta sorte. Quem uti legas attentius, te maiorem in modum rogo, si quando tibi per tua licebit negotia frontem exporrigere. Audies enim Gallum cum Hero suto re confabulantem magis ridicule quam ullus possit γελωτοῦτοιοῦς, sed rursus sapientius, quam Theologorum, ac Philosophorum uulgus nonnunquam in scholis magno supercilio magnis de nugis disputat. Vale optime, atque humanissime Christophore, & Erasmi inter nos ascribito clientulos, amore, studio, officio, cessurum nemini.

LVCIANI SOMNIUM, SIVE GAL/
LVS ERASMO INTERPRETE.
INTERLOCVTORES.

GALLVS, MICYLLVS.

T te scelestissime Galle cum ista tan
ta inuidentiâ nocēq; tā acuta, ipse
pdat Iupiter, q quidem opibus afflu
entem me, ac dulcissimo in somnio
uerfantem, et admirabili felicitate
fruentē penetrabile quiddam, et cla
mosum resonans expge feceris, adeo ut ne noctu qdem ef
fugere liceat paupritatem, uel te ipso longe nocentio rem.
Atq si coniectandū est, nū ē silentio, qd etiamdum in
gens est, nū ē rigore, frigoreq; qd nondū me anteluca
nice quēadmodū assolet, morsicat, nūllatq; (Nā hic mi
hi certissimus gnomon aduētantis diei) ne mediū qdē
adhuc noctis est. Sed iste puigil perinde quasi uellus il
lud aureū seruet, ab ipsa proanus uespera nociferari cœ
pit. Verum haudquaquam impune, si qdem mox pœ
nas de te sumā, fuste q; comminuat, si diluxerit modo.
Nam nunc negociū mihi facesseres subsiliens in tene
bris. Gal. Here Micylle, equidem arbitrabar me tibi
gratum esse facturum, si quoad possem alta nocte lucem
antuerissem, quo posses antelucano surgens quam plu
rimum operis conficere. Etenim si prius, quā sol exor
riatur uel unicam feceris crepidam, istuc laboris lucro
nibi accesserit, ad parādum uictum. Quod si tibi magis

libet dormire, equidem tuo arbitrari quietem egero, longēque magis mutus fuero piscibus. Ceterum tute uidetone per somnium diues, esurias expectectus. Micyl. O prodigiorum auersor Iupiter. O malorum depulsor Hercules, Quid hoc mali est? nocem humanam scruit Gallus. Gal. Hocāne tandem tibi prodigium uidentur, si eadem, qua uos lingua loquor? Micyl. Quid? an nō hoc portentum? sed auerāte dii malum à nobis. Gal. At tu mihi uideris admodum illiteratus esse, nec euoluisse Homeri poemata, in quibus equus Achillis, cui nomen Xanthus, posteaquam hinnitus longum malelere uidisset, medio in praelio consistit, differens, totosque uersus ordine recitans, nō quē admodum nūc ego prosa oratione loquens, quin etiam uaticinabatur ille, deque futuris edebat oracula, neque quicquam prodigiosum facere uidebatur, neque is, qui tum audiebat malorum auersorem, ita uti tu facis, implorabat quasi rem abhominandam et auertendam audisse sese iudicaret. At quid tandem facturus eras, si tibi Argi nauis carina fuisset elocata, ita ut olim in Dodonaea sylua fagus per se loquens oraculum edidit? Aut si tergora direpta serpere uidisses, si carnes bouum mugire, semiaffas, scilidasque uerubus transfixas? Ego uero, cum Mercurij sim assessor loquacissimi, deorumque omnium facundissimi, praeterea contubernalis uobis, et conuictor, haud mirum uideri debet, si sermonem humanum edidici. Quod si mihi recipias taciturnum te, haudquaquam graabor ueriores tibi causam aperire, unde factum sit, ut eadem, qua uos lingua loquar, et unde mihi suppetat huius orationis facultas. Micyl. Modo ne istuc ipsum sit somnium

um Galle, quod ita mecum loqueris. Sed dicito p Mercurium. O praeclare, quid etiam aliud rei tibi sit in causa, ut istam linguam fones. Nam ut taceam, neque cuiquam proferam, quid attinet te sollicitum esse? Quis. n. fidem mihi sit habiturus, si cui narrem me Gallum hac loquentem audisse? Gal. Ausculta igitur, nam orationem ex me audies, omnium (sat scio) maxime notam atque incredibilem. Siquidem hic, quem nunc gallum esse vides, non ita pridem homo fui. Micyl. Profecto Et olim istiusmodi quiddam de vobis inaudieram, Adolescentulum quempiam fuisse Gallum, Marti adinatum, atque hunc deb comporasse, collusitasseq; , Et in voluptatibus gessisse morem. Itaque cum Venerem adiret Mars, cum ea cubiturus hunc quoque Gallum una secum adduxisse. Quoniam autem Solem potissimum metueret, ne si e sublimi conspexisset, Vulcano se proderet, foris ad hostium adolescentulum semper relinquere solitum, cuius iudicio certior fieret, quando sol emergeret. Deinde Gallum aliquando somno correptum, exaltas deseruisse inscientem, Solemque nullo presentiente imminuisse Veneri, ac Marti secure dormientem, propterea quod consideret Gallum indicaturum fuisse, si quis interuenisset. Itaque Vulcanum a Sole edoctum eos deprehendere implicitos, atque irreptos ijs vinculis, quae iam olim in illos fuerat fabricatus. Porro Martem, simulatque dimissus est, indignatum aduersus Gallum fuisse, atque eum in amem transmutasse, ijsdem armis, ut in capite pro galea cristam obineret. Hac ob causam quo nos Marti purgatis cum iam nihil opus simulatque sole exoriente sensistis, multo ante nociferari, atque illius exortum pronunciare. Gal. Fe-

runtur quidem & illa Micylle, At quod ego sum narra-
tus, multo aliud quiddam fuit, atque adeo nuper ad
modum in Gallum transformatus sum. . . Micyl.

Quonam modo? Nam istuc maximopere cupio cogno-
scere. Gal. Audisti de Pythagora quodam Mne-
sarchia Samio? Micyl. Num sophistam illum dicis
& praestigiatorem qui instituit, nequis uel carnes qui-
staret, uel fabas ederet, suauissimum mihi edulium, sal-
ubre & parabile à mensa submouens? Præterea autē.
qui mortalibus suasisit ne intra quinquennium loquerē-
tur? Gal. Scis mirum & illud, quemadmodum
prius, quàm Pythagoras esset, Euphorbus fuerit Mi-
cyl. Praestigiatorem & prodigiorum artificem homi-
nem aiunt fuisse ò Galle. Gal. Ille ipse ego tibi sum
Pythagoras. Quare parce quæso mihi conuiciari, præser-
tim cum ignores quibus sim moribus. Micyl. At hoc
rursum multo etiam quā illud portentosius, Gallus phi-
losophus? Attamen expone Mnesarchi gnate, qui fa-
ctum sit, ut ex homine auis, ex Samio Tanagraeus re-
pente nobis prodieris. Neque enim ista uerisimilia, neque
omnino facilia credimur. Quandoquidem duas quasdā
res iam mihi uideor in te animaduersisse nimium alie-
nas à Pythagora. Gal. Quas? Micyl. Alterum
quidem quod garrulus es, & obstreperus, cum ille sile-
re in solidos quinque annos (si memini) præceperit. Al-
terum uero planè cum illius legibus pugnat. Etenim
cum non haberem, quod tibi obicerem, fabas heri (sicue-
ti nosti) ad te attuli. At tu nihil curatus, proinus eas
sublegabas, unde sit, ut necesse sit, aut emenditum esse te
Pythagoram esse, cum aliud quiddam sis, aut si Pytha

goras es, legem prætergressum esse te, iusq; violasse, cū fabas ederis, perinde ac si caput patris comederis.

Gal. Non cognosti Micylle quæ sit harum rerum causa, neque quæ ad unumquodq; vitæ genus conducant. Ego tum quidem non esitabam fabas, propterea quod philosophus essem. Nunc contra conuersus sum quippe à vitio congruas, neq; nobis repudiandum pabulum. Verum si molestum non est, audi quemadmodum è Pythagora coeperim esse id, quod sum in præsentia, quāq; in multis vitæ generibus antehac uixerim. Et quid ex unaquaq; transformatione sum consecutus. Micyl. Narra quæso, Nani mihi quidem audire iucundissimū fuerit. Adeo ut si quis mihi deferat opinionem, utrum te ista narranter audire malim, an rursus felicissimū illud somnium, quod paulo ante uidi uidere, haud sciam utrum electurus sim, usque adeo cognata, germanaq; uidentur esse ista tua cum suauissimis illis uis, ex æquo uos æstimo, te pariter, ac præclarum illud insomnium. Gal. Etiamnum ut somnium illud, quod dudum tibi uisum est in animum rauocas, et inania quædam obseruans simulacra? atq; (cū loquuntur poetæ) euanidam quandam felicitatem memoria consecutis? Micyl. Immo illud scias Galle, ne ullo quidem tempore unquam nisi illius mihi uenturam obliuionem. Tantum in illis somnium aufugiens in oculis mihi reliquit, ut præ illo uix queam palpebras attollere rursus in somnum coeuntes. Itaq; perinde quasi alæ in auribus citentur, talem quendam strepitum mihi commouent ea, q̄ uidi. Gal. Nouum quendam hercule mihi narras amorem insomnij, siquidem alacrum cum sit (sicut aiunt).

metasq; uolandi præscriptas habeat somnium, iamq; se-
pta transilit, in auribus etiam uigilantis obuersans,
adeoq; mellitum, & euident apparet. Quare perue-
lim audire, cuiusmodi nã sit istud, quod te supra modũ
delectat. Micyl. Gestio narrare. Nam dulce est hoc
ipsam ineminisse, & commemorare de illo quippiam.
Verũ heus Pythagora, quando tu narrabis de tuis trãs-
formationibus? Gal. Vbi tu Micylle desieris somnia-
re, melq; illud ab oculis abstergeris. Interim prior dicto
uñ intelligam, utrum ne per portas eburneas, an p cor-
neas tibi somnium aduolarit. Micyl. Neq; per has
neq; per illas o Pythagora. Gallus. Atqui duas has
tantum commemorat Homerus. Micyllus. Valere
finas delirium illum poetam, qui nihil de somnijs intel-
lexit. Paupertina fortassis somnia per istas conueant
portas, qualia uidebat ille, neq; id admodum perspicue
quippe captus oculis. Mihi uero per aureas quasdam
portas dulcissimum hoc aduenit somnium, & ipsum
aureum, & aureis undiq; circumamictum, & auri
plurimum secum adducens. Gal. Desine optime Mi-
da de auro fabulari, nam dubio procul ex illius uoto,
istud tibi accidit insomnium, et solidas auri uenas mihi
duxisse uideris. Micyl. Multam auri uim uidi Py-
thagora multam, quàm putas pulchri? quo fulgore cor-
ruscantis? Quid tandem Pindarus in illius laudem di-
cit, nam in memoriam redige, siquidem meministi, cum
aquam præstantissimam dicens, postea aurum admira-
tur, idq; in re statim in initio carminis unius omnium
bellissimi. Gal. Nam illud quæris?
Aqua est illa quidem optima.

Catervum aurum nū candens

Ignis, ita enites, no-

ctibus eminet eximie unum

Catras supra opes, quæ

Gloriam ac decus addunt.

Micyllus. Per Iouem, istuc ipsum, perinde. n. ac si in somnium meum uideat Pindarus, ita p̄dicat aurum, sed ut tandem cognoscas quale fuerit, ausculta iam sapientissime Galle. Meministi ut heri nullum domi cibū acciperis, siquidem Eucrates diues ille forte mihi in foro factus obuiā, locum me in tempore ad cœnam uenire iusserat. Gal. Istuc eadem planè memini. Nā totum esuriebā diem, donec mihi profunda tādē uespera domum reuersus, subuidus, uinoq; madēs qnq; illas fabas proferens non admodum opiparam cœnam Gallo quidādam fuerit athleta, quiq; olympia nō segniter olim decertauit. Micyl. Ast ubi reuersus à cœna fabas tibi obiecissē, obdormij proñus. Tū mihi iuxta Homerū ambrosia sub nocte diuinū quoddam haud dubie somnium assistens. Gal. Sed prius quæ tibi apud Eucratem acciderint Micylle narra, & cuiusmodi fuerit cœna. Nihil enim prohibet te denno cœnare, si uelut somnium quoddam eius cœna reducas, & quæ tum edersis rursum commemoratione, quasi ruminēs. Micyl. Credebam molestum futurum me, si hac quoq; retulissē, uerum posteaquam tu desyderas, enīd quoq; narrabo. Cum nunquam ante hac in uita cœnassē apud ullum diuitem, ò Pythagora, heri bona quāpiam fortuna in Eucratem incidi, atq; ego qdem simul atq; dominum illum salutassē, ita uti consueueram, subducebā.

me, ne pudori illi essem, si lacera in ueste fuisset affectatus. At ille Micylle inquit, hodie natalicia filiae celebro, plurimosq; ad conuiuium amicos invitavi, uerū quoniam aiunt, quēdam ex his incōmoda esse ualitudine, neque posse pariter ad conuiuium nostrum accedere, tu eius incouenito, lotus, nisi ipse forte, quocatus est, semet ad finisrum renūciarit. Nam nunc qdem ambigit. Hoc ubi audissem adorato diuite discedebā, oēs obsecrans deos, ut aliquid febrē aliquā, aut laterum dolorē, aut podagram morbi auctariū immitterent uale: dinario illo, cuius ego sellae occupator, cœnaq; uicarius, & haeres erā uocatus. Interim hoc spatij, quod usq; ad balnei tēpus intercessit longissimum seculum esse iudicabam, dum subindere spicio, quot pedes in gnomone idex haberet littera, et qñ illos iā lauissē cōsentaneū esset. Hic ubi tēpus tandem aduenisset, oculus me corripio, atque ab eo, nitide admodum cultus, sic obuerso palliolo, ut quaecumq; esset parte purissimum, ea uideretur. Offendo autem ad fores & alios complures, in quibus etiam illum (gestabatur autem à uiris quatuor sarcinae in morem) cuius eram subconuiua uocatus, qui male habere dictus erat, atq; id etiam prae se ferebat, quod afflicta esset ualitudine. Nam ex alto gemebat, missebatq;, ac screabat, uelut ex abdito, quodq; ægre redderetur totus pallidus, ac tremens, annos natus circiter sexaginta. Ferebatur autē philosophus quispiam esse, ex ijs, qui apud adulescentulos nugae deblaterant. At barba nire erat tragica, supra quam credi posset, tonsuris egens. Porro increpante Archibio medico, quamobrem cum ita esset affectus, aduenisset, non oportet inquit, promissa deferere presertim

hominem philosophum, etiam si mille urgant, & insistent morbi. Putabit enim Eucrates sese à nobis haberi ludibrio. Haud quaquam ego, immo collaudabit te, si domi potius apud te uelis emori, quam in conuiuium animam unà cum phlegmate excreans. Atque ille quidem præ arrogantiâ dissimulabat sese differium audisse. Haud multo post accessit & Eucrates iam lortus. Conspettoq; Thesmoposide (nam id erat philosophi nomen) præceptor inquit, probe quidem factum abs te, qui ipse ad nos ueneris, Tamen si nihilo deterius tibi fuerat futurum. Siquidem etiam absenti omnia ordine missa fuissent. Hæc simulatq; dixerat, introgreditur manus illi porrigens pariter, & fanulis inuitenti. Ego igitur iam abire parabam, uerum ille conuersus ubi diu secum hæsitasset, posteaquam me tristem admodum uideret, ades inquit, tu quoq; Micylle, ac nobiscum cœna. Nam filium in mulierum conclauis unà cum matre cōiuiui agere iubebo, quo tibi sit locus, ingrediebar itaq; cū parum absuerit, ut lupo frustra hians discederem, uerum ingrediebar pudescens, quod Eucratis filiolus è conuiuium uideret expulisse, ast ubi iam tempus esset, ut discumberemus, primum tollentes Thesmopolim composuerunt, haud sine negotio per Iouem, quinque (si dijs placet) proceri iuuenes, cernices illi supponentes unde quaq; quo nimirum in eodem habitu permanere, ac longum etiam tempus durare posset. Deinde ubi nemo iam tollerare posset, ut iuxta illum accumberet, me adductum reclinant, ut eadem in mensa essemus. Deinceps cœnabamur ò Pythagora, opiparam quandam, & uariam cœnam, multoq; in auro, multo

item argento. Pocula erant aurea, ministri formosi, cum cantores, & concitandi risus artifices. In summa, incunctissima quæpiam erat uita, nisi quod unum quiddam me uehementer male habebat, Tesmopolis obstrepens, atq; obtrubans, uirantem nescio quam mihi conuincemans docensq; quod duæ negationes unicam efficerent affirmationem, quodq; si dies sit, nox non sit. Nonnunquam & cornua mihi dictitabat esse, atq; id genus multa philosophabatur erga me, quibus eiusmodi nihil opus, planèque uoluptatem interpellatione minuebat, cum non fineret exaudiri eos, qui cythara, uocq; canebant. Habes galle de cæna. Gal. Non admodum suauis Micylle, maxime posteaquam cum illo deliro sene sortitus eras accubitum. Micyllus. Audi nunc & in somnium. Visus enim mihi Eucrates ipse, cum orbis esset liberis, nescio quomodo è uita decedere. Dehinc ubi me accersisset, ac testamentum condidisset, quo me in solidum heredem omnium scripserat, paululo tempore superstes emori. Porro ipse uidebar adire facultates, & cum aurum, argentumq; ingenibus quibusdam scaphis exhaurire, perpenio subscantiri, & affluam affluens, tum autem uestes, menses, pocula, ministros, Omnia mea, ut par erat esse. Postea candido uehiculo uectabar resupinus, cunctis, qui intuebantur conspiciendus, et admirandus. Accurrebant præmulti, ac circumcubabant, complures sequebantur. Ego interim illius indutus uestitus, & annulos gerens, circiter septuaginta digitis insertos, epulum quoddam splendidum iubebam adornari, quo amicos acciperem. Iamq; illi, ita ut in somnio fieri cõsentaneum est, aderant, iam epulæ erant comportatæ. Iam potus ex

animi sua ministratus. In his cum uersarer, & aureis
 phialis praeberem omnibus, qui aderant amicis, cū
 iam inferrentur bellaria, intempestiuo nō clamore per
 urbasti nobis conuiuium, nūm tibi uideor iniuria stor
 machatus in te? Nam uel treis noctes perpetuas liben
 ter adhuc somnium illud, quod mihi accidit, uidere cur
 piam. Gal. Adeo ne es auri cupidus, & opum aui
 dus Micylle, idq; ex omnibus uinum admiraris, ac feli
 citatem unicam esse indicas, si plurimum possideas au
 ri? Micyllus. Equidem haud scius ita cogito Pytha
 gora, cum ipse quoq; tum cum Euphorbus esses, auro,
 atq; argento comis intexto, prodibas pugnaturus, cum
 Achiuis, idq; in bello ubi ferrum, quā aurum gestare
 sanius fuerat. At ne etiam tum uoluisti calamistris auro
 internexis in periculum descendere. Atq; ob eam (opi
 nor) causam, Homeris comas tuas gratijs similes dixit,
 quod auro, argentoq; reuincirentur. Etenim longe nimi
 rum meliores, atq; amabiliore uidebantur, quod essent
 auro religatae, unaq; cum eo relucere. Neq; istuc no
 uum est auricome. Si tu Pantho patre progenitus aurū
 in pretio habuisti. Quin & ipse deorum omnium, ho
 minumq; pater ille Saturno, Rheaq; progenitus, cum
 argolicam illam puellam adamaret, ubi nihil inueniret
 amabilius, in quod sese trāsformaret, neq; quo Acris
 ij custodias possit corrumpere, audisti uidelicet, ut aur
 ū sit factus, atq; ita per tegulas illapsus, potius est ear
 quam deperibat. Iam uero quid tibi cōmemorem, quā
 multos usus praebeat aurum? Et ut eos, quibus adfuerit,
 bonosq; & sapientes, & potentes reddat decus, et glo
 riam illis cōcilians, utq; nonnunquam ex obscuris, &
 infamibus,

infamibus, claros, ac celebres repente efficiat, nam nos
sti uicinium mihi & eiusdem artificij Simonem, q̄ pau
cis ante diebus apud me cenauit, cum legumen coque
re saturnalibus, duasq; extorum casuras immittens.

Gallus. Noni simonē illum breuem, qui fictilem ollu
lam, quæ nobis erat unica, suffragans, peracta cœna ab
stulit, sub ala gestans. Nam ipse uidi Micylle. Micyl.

Atqui cum eam sustulerit, tam multos ille deos postea
iurabat. Sed cur non prodebas, ac uociferabare tum d
Galle, cum nos furto spoliari conspiceres? Gallus.

Coccyzabam, quod mihi solum licebit id temporis, uer
rum quid Simon ille? Nam uidebare de illo dicturus ne
scio quid. Micyllus. Ei cōsobrinus erat uir supra mo
dum diues nonne Drymilus, is quoad uixebat, ne obo
lum quidem donauerat Simoni, qui daret, cum ne ipse
quidem pecunias attingeret? At simulatq; mortuus est
nuper, uniuersis illis opibus iuxta leges. Simon ille, qui
pannos putres, qui patellam circūlingebat, gaudens po
tuit, purpura, ostroq; circumtectus, famulosq; & cur
tus, & aurea pocula, & mensas eburnis innixas per
dibus possidet, ab omnibus adoratur, iamq; nos ne aspi
cit quidem. Etenim nuper cum illum procedentē aspe
xissem, Salue inquam Simon. At ille indigne ferēs. Edir
cite inquit, pauperi isti, ne uocabulum meum diminu
at, neq; n. Simon, sed Simonides appellor. Porro (qđ est
omnium maximum) mulieres etiam illius amore capi
untur. Atq; is quidem eludit eas, ac fastidit, & alias q
dem adit, comenq; sese præbet, aliæ porro quæ negligū
tur, necem illis minitatur. Vides quantas commoditates
pariat amicum, quandoquidem eos, qui sunt de formissis

Erasmus

g



mī transfigurat, & amabiles reddit, non cæcus atq; re-
 stus ille poeticus. Audis insuper & à poetis dictum,
 O' aurum auspicata res, & osilentum optimum. Et
 rursum. Aurum est, quod opibus imperat mortaliū.
 Sed quid interim risisti Galle? Gal. Quoniā tu quor-
 que per inscitiam Micylle simili modo falleris opinione
 de diuitiis, quēadmodū uulgus, neq; (crede mihi) lon-
 ge etiā erumnosiores uitā nūunt q̄ nos. Hæc autē
 loquor, qui ipse & pauper, & diues aliquādo fuerim,
 atq; omne uitæ genus sim exptus. Porro paulo post ipse
 quoq; hæc omnia cognosces. Micyl. Per Iouem tem-
 pestiuū iam est, ut & tu referas, quēadmodū sis
 transfiguratus, & quod in unoquoq; uitæ genere p̄spe-
 xeris. Gal. Ausculta hoc tantū præmonitus, ne
 nemini felicioreni uitā q̄ tu sis, inquam uidisse. Mi-
 cyllus. Quā ego sim d' Galle? Hæc felicitatem tibi ip̄i
 imprecor. Nam uidere me tibi ridendū proponere.
 Verū age, narra, exordiens ab Euphorbo quo pacto fue-
 ris in Pythagoram transformatus. Deinceps ordine ad
 Gallum usq; consentaneū. n. est te uarias res tum ui-
 disse, tum tulisse, nimirum, tam diuersis uitæ formis.
 Gal. Quēadmodū initio ab Apolline profecta ani-
 ma, in terram deuolarit, & corpus humanū subie-
 rit, ut illic pœnam quandam dependeret, id longum di-
 ctū futurum sit. Præterea neq; mihi referre fas est, neq; tū
 bi eiusmodi audire, uerū ubi Euphorbus factus essem.
 Micyl. Sed ego prius, q̄ essem is, qui nunc sum. O' præ-
 clare, quis nā eram? hoc mihi prius dicito, nunq̄ et ego
 uersus fuerim itādem ut tu. Gal. Maxime. Micyl.
 Quis igitur eram, si quo modo potes dicere, peruelim

enim istuc cognoscere. Gal. Tu formica fueras indica, ex earum genere, quæ animum effodiunt. Micyl. Et postea neglexi infelix, uel paucula frustra in uitam importare, cū illo essem alitus? Sed age, quid post hæc futurus sim dicito, quando quidem consentaneum est scire te. Etenim siquid bonæ sit rei, iam nunc suspendero me ab ista porrica, in qua tu nūc stas. Gal. Istuc profecto nulla ratione possis cognoscere. Caterū cum Euphorbus essem (Nam ad illa redeo) in Troia pugnabā, atq; à Menelao necatus, aliquanto post tempore in Pythagoram perueni. Porro eo usq; absq; testō perdurabam, donec Mnesarchus aliquando mihi domum edificaret. Micyl. Obsecro te num absq; cibo, potuque. Gal. Maxime. Nihil enim istis rebus opus, nisi corpori dūtaxat. Micyl. Illud igitur prius dicito, ea, q̄ ad Troiā gesta sunt, nū ita se habēt, qualia fuisse dixit Homerus? Gal. Quinam ille scire potuisset Micylle, qui quidem dū ista gerebātur, ipse camelus erat in Bactris? Caterum ego tibi tm̄ effabor diuinitus, nihil id temporis eximium fuisse, neq; Aiacei usq; adeo magū, neq; Helenam adeo formosam, quē admodū arbitrantur, siquidem uidi, candida q̄dam, & procera ceruice, ut hinc cygno progeneratā sese adsimularent. Gæteque uehementer anū, equalē propemodū Hecubæ. Hæc Theseus primū raptā in Aphidnis possedit. Is uixit Herculis fermè ætate. Porro Hercules prius Troiam ceperat, patrum nostrorum memoria, q̄ per id temporis maxime florebat. Nam hæc mihi Pantbus narravit, admodū adulescēs, affirmās se uidisse Hercule. Micyl. Quid autē Achilles? Num talis erat. Nempe quauis in te p̄stāssimus?

An & isthæc fabulamenta sunt? Gallus. Cum illo quidem congressus non sum, neq; queam adeo compertæ de rebus Græcorū dicere. Etenim qui scire potui, cum hostis essem? Certe Patroclū illius amicū, haud ita magno negotio peremi lancea dissectū. Micyl.
 Deinde te Menelaus, multo minore negotio, neq; istis de rebus satis. Nunc Pythagorica fata refer. Gal. Illud in summa Micylle, sophista quispian eram (oportet enim uidelicet fateri neq;) alioqui non impitrus, neq; in exercitatus in honestissimis disciplinis. Profectus sum autem in Ægyptum, quo cum prophetis congregarer, de sapientiā cōmunicaturus. Hic adyta subini, atq; ibi Ori, & Isidis libros perdidici. Post rursū in Italiā reuigabā, ac Græcos iuxta ea, quæ in Ægypto didicerā, ita insinui, ut me perinde ac deum suspiceret. Micyl.
 Equidem inaudieram isthæc, præterea queniadmodū creditus fueris defunctus in uitam rediisse, utq; aureum femur illis subinde ostenderis, uerum illud mihi dicito, quid tibi uenit in mentem, ut legem statueres, uti neque carnibus, neq; fabis uescerentur homines. Gal. Ne percontaris ista Micylle. Micyl. Quam ob rem ò Galile? Gal. Nam pudet hisce de rebus neq; fateri. Micyl. Atqui non conuenit, uti id facere graueris apud hominem contubernaleni, & amicū, nam hæc posthac absit ut dixerim. Gal. Nihil sani, neq; præclari quicquam erat; neq; animaduertebam, si consuecta modo, atque id etiam uulgo, præcepissem, non fore, ut mortales in admirationem adducerem. sed quo peregriniora, magisq; aliena proposuissem, futurum ut hoc magis nouis, magisq; uideret admirandus, Proinde insinueram in anis

mo, nonne quiddam rei designare, eiusmodi proposito decreto, cuius causa esset inexplicabilis, quo videlicet alijs aliud coniectantibus, omnes redderentur attentum, quem admodum in obscuris oraculis solet usu venire. Micyl. Illud uide, ut rides me, tu quoque non minus, atque Crotoniatis, ac Metaponticos, & Tarentinos, cumque his alios, qui nunc sequuntur, namque adorant uestigia, quæ tu calcata reliquisti, uerum ubi Pythagoram exueras, quem post eum induisti. Gal. Aspasiam Melitensem illam meretricem. Micyl. Papæ quid ego audio. Si quidem inter alia mulier quoque fuit Pythagoras. Ita ne fuit aliquando tempus, quo tu Galle generosissime ora pariebas, cumque Pericle rem habebas, iam Aspasia uidelicet, atque ex illa grauida facta es. Præterea lanam tondebas, tramamque deducebas. Postremo meretricium in morem gestiebas, Vultumque componebas? Gal. Ista quidem omnia feci, tamen si non ego solus, uerum et ante me nunc Tiresias, nunc Elati proles Canens. Proinde quicquid in me conuiuij dixeris, tantundem, & in illos dixeris. Micyl. Age igitur, ut tibi uita erat suauior, cum uir esses, an cum Pericles te cum haberet consuetudinem. Gal. Vide cuiusmodi istuc est, quod percontaris, nempe cui ne Tiresiæ quidem expedierit respondere. Micyl. Atqui si minus fateare tu, tamen istuc Euripides satis explicuit, cum ait se malle ter sub clypeo consistere, quam parere semel. Gal. Immo pramonco te paulo post puerperam fore, siquidem & tu mulier es olim futurus. Idque sapius longo nimirum seculorum orbe, atque recursum. Micyl. Non tu pendebis, O' galle qui quidem omneis mortales Milesios, aut Samios esse ducas? Nam

GALLVS

aiunt te etiam tū cum Pythagoras esses, uenusta forma decorum, sapiens Aspasiā fuisse Tyrāno, uerū age secundum Aspasiā, in quem uirum, aut mulierum denuo renatus es? Gal. In Cratē Cynicum. Micyl. O Castor, q̄ dissimile. Ex scorto philosophus. Gal. Deinde rex, deinde pauper, paulo post satrapes, dehinc equus, graculus, rana, aliaq̄; innumerable per longū enim fuerit singula recensere, postremo gallus, atq; id sapiens, nam hoc uitæ genere sum delectatus, interea et alijs diuersis mortalibus seruiui, regibus, pauperibus, diuitibus. postremo nunc tibi rideoq̄; quoniam cum uideo te paupertatis tædio complorantem, eiulantemq̄; ac diuitum admirantem fortunas, propterea qđ ignores quantum illis adsit malorum, alioqui si curas noris, quibus illi distringuntur, te ipsum profecto riseris, q̄ antea credideris eum, qui sit opulentus, statim felicissimum esse omnium. Micyl. Ergo Pythagora, aut quid maxime gaudeas appellari, ne confundam orationem si te nunc hoc, nunc illo nomine compellem. Gal. Nihil aberraueris, siue Euphorbium, siue Pythagoram, siue uocaris Aspasiā, siue Cratē, quandoquidem ista omnia sum unus, nisi quod rectius feceris, si (id quod in præsentiarius esse uideor) gallum me uoces, ne auem hāc parui ducere, contemnereq̄; uideare, praesertim cum tā multas contineat animas. Micyl. Ergo galle, quandoquidem omnia penē uiuendi genera iam expertus es, atq; oīa cognita habes, age dilucide mihi narrato, q̄ sint peculiararia diuitū ad uitæ rationē, q̄ pauperū propria, quoniam uidelicet cognoscā, uerū ne istuc affirmes, me diuitibus esse feliciorē. Gal. En hūc ad modū interim per rē

do Micylle. Te qdem non magnopere tangit cura belli
si quando rumor sit aduentare hostes, neq; sollicitus es,
ne in agros incurstantes populentur, neue hortum pro/
culcent, proterantq; aut vineas vastent, sed simulatq; tur/
bam audieris, si tamen audieris, de te ipso uno circum/
spectas, quos deflexus seruari queas, ac discrimen effu/
gere. Cōtra illi tum de sese solliciti sunt, tum animo discru/
ciantur cū de mœnibus qcqd opū possidebant in agris
id omne tolli, deportariq; conspiciunt. Ac siue inferēdū
est aliqd in ærarium, soli accersuntur, siue in prælium
exeūdum, periclitantur, aut pedum tirmis, aut eqtū
alis p̄fecti. Tu interim nimineum gerens clypeū, expe/
ditus, ac leuis, ad saluū consulendum, paratus uictoria
le conuiuium agere, si quando uictor exercitus sacra fece/
rit. Rursum pacis tempore, tu qdem cum de plebe sis in/
gressus in concionem, tyrannidem in diuites obtines, illi
uero trepidant, pauitantq; ac largitionibus, choragijs/
q; te placant, si qdem quo tibi balnea, ludi, spectacula,
reliquaq; id genus abūde suppeditent, ea omnia curant
illi. At tu censor, & acerbus expēsor, perinde quasi dor/
minus, ne alloquio qdem interdum dignaris illos, qd si
tibi collubium sit, ingentibus saxis in illos de grandinas
uel facultates eorū publicas facis, ipse neq; calūniatorē
metuis, neq; latronem, ne tollat aurum, uel ædium con/
scenso fastigio, uel pariete perfosso, neq; necesse habes ra/
tionibus occupari, neque exactionibus, neque tibi cum
sceleratis dispensatoribus conflictandum est, neque tan/
tas in solitudines distraheris, uerum simulatq; crepi/
dā unam p̄fereris, mercedemq; renuleris septē obolos,
serò rursus surgis crepusculo, & si libuerit, lauaris tū

empto saperda quopiā, aut moanide pisciculo aut paucis ceparum capitulis temetipſe oblectas, canens plerūq; optimaq; cum paupertate philoſophās, adeo ut eas obres ſalubriſis, ualētīq; corpore, obduruerisq; aduerſus gelu, ſiquidem labores, qui te exacuunt, minuantq;, certatorem haudquaquam contemnendum reddūt aduerſum eas res, quæ compluribus inexpugnabiles eſſe vidētur. Atq; hinc nullus ex morbis illis grauioribus impet te. Quod ſi quando leuis cœperit febricula, paulo negotio eam medicatus, proſpinus exilis inedia tenet inde excutens. Illa porrò fugit ilico, quippe metuens te, quē uideat etiā frigore ali, ſaturūq; fieri, ac medicorū certis illis reuſibus longum plorare renūciantem. At illi ex aduerſo, propter intemperantiam uitæ, quid tandem mali non habent infelices? podagras, phthiſes pulmonum exulcerationes, aquas intercutēs, nam hæc omnia à ſumptuoſis illis conuiuijs naſcuntur. proinde quicumq; & his ſcari in morem, ut ſerè faciūt, ſeſe attollūt propiusq; ſe ſoli admonent, haud cogitantes, qđ illas habeant cera adglutinatas, ingentem nonnunquā ruinae ſtrepitum mouent. Cæterum qui Dædali exemplo non admodum ſublimia, neq; excelsa appetunt, uerum humilia, terræq; uicina, adeo ut cera nonnunquā ſalis aſpergine madefceret, ij tuto plerūq;, ac citra diſcrimē tranſuolant. Micyl. Moderatos iſtos, & cordatos narras. Gal. Verum aliorum Micylle naufragia ſcēdiſſima conſpicias, nempe, ubi Cræſus, reuulſis alijs riſum exhiberet Perſis conſenſo rogo, Aut Dionyſius, cum abdicatus tyrannide Corinthiorum in urbe ludī litterarij magiſtrum ageret, poſt geſtū tantum imperium

puellos cōpellens, ut syllabas conuēterēt, Micyl. Dic mihi Galle, Tu, cū rex esses (nā ais te regē quoq; fuisse) cuiusmodi tandem id uitæ genus experiebaris? Mirū tu tū felix eras, quandoq; denique, id, qd est bonorū omnium caput possidebas. Gal. Ne mihi in memoriam regeras ò Micylle, usque adeo supra modum infelix tū erā, nam quo ad res externas, quemadmodum dixisti, planē fortunatus esse uidebar, at intus innumerabilibus curis distringebar. Micyl. Quibus tandem curis? Nā rē prosus absurdam, neq; credibilem narras Gal. Equidē imperabam regioni neūquam exigua Micylle, omnigenarum rerum feracī, tum incolarum frequētia, neque non urbium pulchritudine, cum primis admiranda. Præterea fluminibus navigabilibus irriguæ, ac mari portuoso commoda. Ad hæc equa spectatissima, atq; excellens, satellitum haud exiguum, triremes, pecuniarum uis maior, quā ut posset numerari, uasorum argentearum plurima copia, reliquaq; omnis illa principatus Tragœdia, strepitusq; et apparatus supraquā credi queat, extructa, atq; accumulata. Itaq; cum prodirent, pleriq; adorabant deum quempiam intueri sese rati, aliq; trudentes alios concurrebant, quo me conspicerent, nonnulli conscensis tectis, magni aestimabant, si plene contemplari licuisset quadrigam, stragulam, diademata, tum eos, q; à tergo comitabātur, ego inter hæc mihi conscius quantæ me res discruciarent, uersarentq; illos q; denique propter insciām uenia dignos iudicabā, ac me meipsum miserecebat, q; p̄ grandibus illis Colossis uiderer p̄similis, quales uel Phydias, uel Myron, uel Praxiteles fabricatus est. Etenim illorum quilibet quo ad ea

quæ foris apparent, Neptunus ipse est, aut Iupiter miri-
fice decorus auro, eboreq; compactus, & aut fulmē aut
fulgur, aut tridentem fuscinam dextra sustinet. Ceterū
si immisso capite, q̄ sunt intus inspicias, uidebis uectes
quosdam paxillos, & clauos introrsum prominentes,
neq; non uinina, cuneosq;, & picem sublitam, & aliā
item id genus deformitatem, intrinsecus inhabitantē.
Omitto recensere muscarum, mustellarumq; vim, quæ
nonnunquam in eis mansitant. Huiusmodi q̄dam res
nimirum regnū quoq; uidetur. Micyl. Non dum ex-
plicuisti, lutum & clauos, & uectes, q̄ nam fuerint in
imperio, neq; sceditatem illam plurimam, q̄ nam sit, nā
istum admodum uectari, tam multis imperare morta-
libus, ac numinis instar adorari, hactenus q̄dam cum
Colossi exēplo quadrat. si q̄dem hoc quoq; diuinū q̄d-
dam, & admirandum, nunc autem q̄ sint intra Colos-
sum exponito. Gal. Quid primo loco tibi referam Mi-
cylle, utrum metus, curas mordaces, suspiciones, odium
quo regi persequuntur ij, q̄ cum illo uiuunt, insidias
atq; eas ob res somnum rarum, & hūc ipsum pertenu-
em, ac plena tumultus insomnia, cogitationes pplexas,
spes semper improbas, an otij penuriam, & occupatio-
nes, iudicia, expeditiones, edicta, scēdera, consultationes
quibus rebus sit, ut ne somnio quidem aliquo suam frui
liceat. uerum ut omnibus de rebus solus dispiciat neces-
se est, milleq; negotia sustineat.

Quippe nec Atridē Agamemnona dulcis habebat
Somnus, nulligenas uersantem pectore curas.

Idq; cum reliqui omnes Achii sterterēt. Adde q̄d lydū
illum discruciat, filius nuntius, Persam uero Clearchus.

ad Cyrum desciscens, atq; alium queniāplam, Dion cū
 Syracusanis nonnullis ad aurem cōmunicans, Rursum
 alium quendam writ Parmenion collaudatus, Itē Per/
 diccam Ptolemæus, Ptolemæum Seleucus. qñ illa quor/
 q; molestiam adferunt, amasius p uim non sponte con/
 uincens, concubina alio gaudens. tum si qui defectionem
 parare dicantur, aut duo, quatuor ue satellites inter sese
 confusurrantes. Porro (quod est omnium grauissimū)
 amicissimū quiq; uel maxime sunt formidandi, sempq;
 metuendum, nequid magni mali ab illis exoriatū. Nā
 alius à filio ueneno necatus est, alius item ab amasio.
 Alium simile quoddam fortassis mortis genus eripuit.
 Micyl. Apagēsis atrocitas, mirāq; sunt ista, q̄ narras ò
 Galle. Mihi igitur multo sit tutius operæ cerdonicæ pro
 num incumbere, q̄ ex aurea bibere phiala comiter de/
 latum haustum, ceterum cicuta, aconitoq; temperatū.
 Nam mihi q̄dem hoc unum est periculi, ut si paulum
 aberret Smilion, defleatq; à recta incisione, summum
 secantis digitum exiguo sanguine tingit. At isti, quē ad/
 modum narras, letifera agunt conuiuia, atq; id innu/
 merabilibus in malis constituti. Deinde ubi conciderint
 p̄similes esse uidentur Tragediarum histrionibus. Nā
 multū, sicut uidere licet, quoad Cecropes sunt scilicet
 aut Sisyphi, aut Telephi, diademata gestant, argēteisq;
 capulis gladios, comāq; uentilantē, & auro intertextā
 chlamydē, qđ si quis (qualia nimirum permulta solent
 accidere) impulsos illos inedia in scena præcipites det,
 risum profecto moueant spectatoribus, uidelicet perso/
 na unā cum ipso diademate contrita, uero autem actor/
 is capite luxato, cruribusq; maxima ex pte renudatis,

ut iam interioris amictus, q̄ miseri sint panni, fiat p̄spicu-
um, ac cothurnorum, quos pedibus induxerunt, ap-
pareat deformitas, haudquaquam ad pedis modum
respondentium. Vide ut me iam similitudines conferre
docueris optime Galle. Ceterum tyrannis talis quædā
res tibi visa est esse, verum ubi equus esset, aut canis, aut
piscis, aut rana, quomodo eam vitæ rationem ferebas?

Gal. Istum, quem nunc suscitās sermonem & lōgior
sit, neq; huius temporis. illud autem unum in genere
dixerim, nullam ex omnibus vitā, mihi non visam trā-
quillioreni vita humana, naturalibus dñtaxat cupidita-
tibus, & visibus circūscriptam. Siq̄deni publicanum
equum, aut sycophātam ranam, aut sophistā graculū
aut popinatorem calicem, aut cinadium gallū, atq; id
genus alia, q̄ vos studio comminiscimini, haudquaquā
inter illos videbis. Micyl. Quæ dicis ò Galle, fortas-
sis, verā sunt, verum non me pudebit apud te fateri, qđ
mihi accidit. Haud unquam quini dediscere cupiditatē
illam à puero mihi insitam, videlicet ut diues euadam.
Quin nunc quoq; somnium illud ob oculos versatur an-
rum ostetans, potissimum autem scelestus ille Simō ex-
cruciat, q̄ quidem tantas inter opes delicietur. Gal.

At ego te isto leuabo morbo Micylle, tametsi nox etiā
dum est. Surge modo, ac sequere me. Siq̄deni ad ipsum
te Simonem adducam, atq; in aliorum diuinum ædes,
quo nimirum videas, quomodo res habeant apud illos.
Micyl. Istuc quo pacto? clausis foribus? Num me par-
ietes transfodere compelles? Gal. Nequaquā ver-
rum Mercurius, cui sum sacer, hoc optanti mihi largi-
tus est, ut si quis longissimam caudæ plumam, qua ob

molliam inflectimur. Micyl. Atqui duas habes eiusmodi. Gal. At dextram ex his auulsam, cuiusque ego gestandam dederò, is, quoad uoluerò, fores omnes poterit aperire, cunctaque uidere, ipse inuisibilis. Micyl. Equidem ignorabam ò Galle te praestigiari quoque peritum esse. Porro si mihi istuc seinel praestiteris uir debis ilico Simonis uniuersas opes, huc deportatas, nā eas huc redienstransferam. At ille rursum circumrodet ebibetque putria coria, quibus consuevit soleas compingere. Gallus. Atqui nefas sit istuc facere. Siquidē Mercurius illud mihi mandauit, ut si quis pennam tenens istiusmodi quippiam patrarit, uociferans furem proderet. Micyl. Rem neūquam uerisimilem narras, nempe Mercurium, cum ipse sit fur, non sinere alios, ut idem faciant. Sed tamen abeamus. Nam aurum auferam, si modo possim. Gallus. Pennam prius reuolito Micylle. Quid hoc rei? ambas reuulsisti. Micyl. Tutius hoc quidem ò Galle, tui tibi minus scdum sit futurū, ne altera caudae parte mutilatus claudices. Gallus. Age sanè sed utrum Simonem prius adimus, an alium quenpiam? Micyl. Haud aliò, immo ad Simonem, qui uidelicet pro dissyllabo, tetrassyllabus esse affectet, posteaquam diues euasit. Sed iam ad fores accessimus. Quidigitur hac in re facio? Gal. Pennam serae admove. Micyl. Ecce autem, dū boni, ostium perinde, atque clauis resiliit. Gal. Perge porro praecedens uides illum uigilantem, ac supputantem? Micyl. Video per Iouem, & quidem ad obscuram, fistulosamque lucernulam. Praeterea pallet, haud scio unde Galle, totusque exaruit, atque extenuatus est mirum in modum.

Neq; enim auditum est, illum alioqui male habere.

Gal. Ausculta quid dicat, siquidem intelliges, quibus de causis ad eum modum sit affectus. Simon. Nimirum septuaginta illa talenta, tunc admodum sub lectica defossa sunt. Neq; quisquam alius omnino uidit. At uero, se decem illa Sosylus equiso uidit me sub præsепi occultantem, itaq; de curando stabulo non est admodum sollicitus, quāq; nec aliās admodum laboris appetens, uerisimile est autem illum multo etiam his plura sustulisse. Nam unde alioqui Tibius heri tam ingens falsamentū illi obsonio proposuisset, cum autem auertit illum monile emisse uxori drachmis quinque. Hei misero mihi. Hic omnia mea dissipabit bona. Quid, quod ne pocula quidam sat in tuto recondita sunt, cum sint multa. Vereor enim, nequis ea suffosso pariete, tollat. complures mihi inuident, atq; insidias parant. Præter cæteros autē Micyllus iste uicinus. Micyl. Ita per Iouem. Nam tibi sum similis, ac patellas sub ala gesto. Gal. Tace Micylle, ne protinus ipso in furto nos prodas. Simon. Optimum igitur fuerit, ut ipse insomnis serueni. Omnem obibo domum in orbem obambulans. Quis iste? uideo te per Iouem, O parietum perfossor, posteaquam es columna, bene res habet. Pernumerabo denuo refossū argentum, nequid forte dudum me fugerit. En rursus obstrepuit mihi nescio quis. Nimirum obseruor, atq; insidijs appetor ab omnibus, ubi mihi gladius? Si quemq; deprehendero, rursus aurum defodiamus. Gal. Sic tibi habent o Micylle res Simonis. Sed abeamus ad alium quenipiam, donec noctis adhuc aliquantulum superest. Micyllus. O miser, cuiusmodi uixit uitā, hor

stibus eueniat, ad hunc modum diuitem esse. Itaq; pugno illi i maxillâ illiso, uolo discedere. Simon. Quis me pulsauit? Latrocinio despolior miser. Micyl. Plora, ac uigila, auriq; similis corpore reddaris, quandoq; dem illi affixus, deditusq; es. Nos autem, si uideatur. Gniphonem sceneratorem uisamus. Nam nec is procul hinc habitat, ipsæ nobis suapte sponte fores patuerunt. Galus. Vides hunc quoq; curis inuigilantem, & usurarium rationes iterantem digitis contortis, cui propemodum relictis his omnibus, sit in silphâ, aut culicē, aut muscam abeundum. Micyl. Equidem uideo miserum, ac uicordem hominem, ne nunc qdem multo meliorem uiuere uitâ, q̃ silphæ, aut culicis. Adeo totus et hic à curis, & rationibus est extenuatus. Nunc ad alimeamus. Gal. Ad tuum, si uidetur Eucratem. En tibi fores per se patuere. Quin introimus? Micyllus. Paulo ante hæc omnia mea erant. Gal. At etiam nunc tu diuitias somnias? uides igitur Eucratem ipsum quidem à famulo, uirum natu grandem. Micyl. Video profecto quiddam haudquaquam uirile. Porro altera ex parte ipsam item uxorem à quoco constuprari. Gal. Quid ergo? Num optaris & horum hæres existere Micylle, cunctaq; possidere, quæ sunt Eucratidis? Micyl. Haudquaquam Galle. Immo fame citius interierim, q̃ id genus quippiam patrare ualeat aurum, et conuiuia. Duo oboli mihi potiores diuitiæ sunt, q̃ si à doimesticis perfoderer. Gal. Sed iam nunc, quandoquidem dies ferme diluxit, domum ad nos redeamus. Reliqua rursus alias uidebis Micylle.

ORNATISSIMO IVRIS VTRIVS
QVE DOCTORI RVTHAL
LO SECRETARIO
REGIO ERAS
MVS. S.P.D.

Ide quantum audacia mihi suppeditet
singularis quadam ingenij tui, morūq;
facilitas. humanissime Ruthalle, qui,
cum neuiquam ignorem te inter Auli
cos primores uel authoritate, uel gra
tia, uel splendore, uel eruditione principium esse, tamen
non uerear meas nugas rudes adhuc, uixque e prima
scheda repurgatas ad tuam excellentiam mittere. Sed
quid facerem? iam urgebat nauita, uentos & æstū nul
li seruire clamitans. Itaq; ne nihil mei apud hominem
tam nostri studiosum relinquerem, id, quod tunc forte
erat in manibus, Misanthropium nisi nimirum ad uir
tum unum omnium φιλανθρωπιστον. Is est Lu
ciani dialogus, quo uix alius lectū uel utilior, uel incun
dior uersus quidem ille iam pridem ab alio nescio quo,
sed ita uersus, ut interpret hoc modo demonstrare uoluis
se uideatur, sese neq; græce scire, neq; latine, neq; temere
adeo quis suspicetur eum interpretem subornatum esse
ab ijs, qui Luciano male uolunt. Tu nostram hanc au
daciā boni consules, & Erasmi in eorum nume
ro pones, qui tui sint amantissimi. Vale.

LUCIANI

LVCIANI TIMON, SIVE MI
SANTHROPVS ERAS/
MO INTERPRETE.

I V P I T E R Philie, hospitalis, so-
dalicie, domestice, fulgurator, insu-
randice, nubicoge, grandistrepe. Et
si quod aliud tibi cognomen intona-
tes poetas tribuunt, maxime cum
hærent in versu. Nam tum illis tu-
multi nominis factus, carminis ruinam fulcis, metriq;
exples hiatus. Vbi tibi nunc magnicrepum fulgur, gra-
ui fremu tonitru, ubi ardens, candens, ac terrificum ful-
men? Nam hæc omnia iam palam apparet nugas esse,
fumumq; poeticum, nec omnino quicquam, præter no-
minum strepitum. Sed decantata illa tua arma eninus
ferientia ex promptaq; nescio quomodo penitus extin-
cta sunt, frigentq; adeo, ut ne minimam quidem scintil-
lulam iracundiæ aduersus nocentes reliquam obtineat.
Itaq; citius quiuis ex ijs, qui peieraturi sunt, extinctum
ellyphnium inueniet q; flammam fulminis cuncta ne-
cantis, usque adeo nationem quenipiam in sese vibrare te-
putant, ut incendium, aut fumum ab illo proficiscens,
nihil quicquam formident, verum hoc solium vulneris
inferri posse iudicent, ut fuligine compleantur. Quibus
rebus factum est, ut iam Salmonens tibi sit ausus etiam
obtonare, neq; id admodum ab te, quippe aduersus Iou-
nem usque adeo ira frigidum, uir ad facinora feruidus,
audaciaq; nimidus. Quid ni. n. faciat, ubi tu pinde ac

Erasmus

h

TIMON

*sub mandragora stertis, qui neque peierantes exaudias
 neq; eorum, qui flagitia committunt, respectum agas?
 Cæcutis autem lippiardine, & hallucinarius ad ea, quæ
 sunt, auresq; iam tibi obsurduerunt, instar horum, qui
 ætate defecti sunt. Quandoquidem cum iuuenis adhuc
 esses, acriq; animo, uehemensq; ad iracundiam perniul-
 ta in homines maleficos, ac uiolentos faciebas. Neque
 tum unquam tibi cum illis erant induciæ. Sed perper-
 tuo fulmẽ erat in negotio, perpetuo obuiibrabatur. Egis
 obstridebat tonitru, fulgur continenter iaculorum in
 morem, densissime ex edito loco deuolantium torqueba-
 tur. Terræ quassationes, cribi instar frequentes, ad hæc
 nix cumulatum, neq; non grando saxorum in morem,
 atque, ut tecum grandius loquar, imbresq; rapidi, &
 uiolenti, ac flumen quotidie exundans. Hinc tantum re-
 pente Decalioniæ ætate naufragium ortum est, ut om-
 nibus sub aqua demersis, uix unica scapula seruarietur,
 quæ in montem Lycorẽ appulit, humani generis quas-
 si scintillulas quasdam seruans, unde sceleratius etiam
 genus in posterum propagaretur. Nimirum igitur di-
 gnũ secordia præmiũ ab illis reportas, cum iam
 nec sacra faciat tibi quisquam, nec coronas offerat, nisi
 siquis obiter in olympicis, ac ita, ut ne is quidem rẽ ad-
 modum frugiferam facere uideatur, sed priscum quens-
 dam ritum magis referte, ac penè Saturnum. O' deorũ
 generosissime, te reddunt magistratu abdicantes. Omis-
 to loqui, quoties iam templum tuum sacrilegio compis-
 larint, cum tibi etiam ipsi in olympiacis manus admo-
 liti sunt. Atq; interea tu Alifrenie pigritabaris, uel ex-
 tare caues, uel uicinos aduocare, ut auxilio accurrentes*

illos comprehenderent, cum etiam dum ad fugam ad-
ornarentur. Sed egregius ille, gigantumq; extinctor, &
Titanum victor sedebas, cum tibi caesaries ab illis circū-
tonderetur decem cubitale fulmen dextra tenens, horū
igitur o praeclare quis tandem erit finis, quæ tu adeo se-
cure despicis? aut quomodo de tantis maleficijs pœnas
sumes? Quot Phaethontes, aut Deucaliões, satis idonei
sunt ad axpiandum tam inexhaustam morum iniqui-
tatem? Etenim, ut de cōmunibus sileam, de ijs, quæ mi-
hi acciderunt, dicam, cum tam multos Athenienses in
sublime euexerim, ex pauperrimis diuites reādidierim,
cunctisq; quotquot opus haberent, suppeditarim, im-
mo scinēl uniuersas opes in amicos iuuādos effuderim,
simulatq; his rebus ad inopiam deueni, iam ne agnos-
cor quidem ab illis, nec aspicere dignantur me, qui dur-
dum reuerēbātur, adorabant, meoq; de numi pēdebāt.
Quod si quando per uiam ingrediens forte fortuna in
eorum quempiam incidero, perinde ut euersam homi-
nis iam olim defuncti statuam, ac temporis longitudi-
ne collapsam prætereunt, quasi ne norint quidem. Por-
rò alij procul conspecto me, aliò sese detorquēt, existimā-
tes sese inauspicatum, abominandumq; uisuros spectar-
culum, quem non ita pridem seruatorem, & adiutorē
suum esse prædicabant. Itaq; prementibus malis ad ex-
trema redactus consilia, sago arrepto, terram exerceo,
quaternis conductus obolis, atque hic cum solitudine,
cumque ligone philosophor, hoc interim lucri mihi ui-
deor facturus, quod post hac non intuebor plerosq; præ-
ter meritum secundis fortunæ successibus utentes. Nam
illud uel maxime urit. Iam igitur tandem aliquan-

TIMON

do Saturni, Rheæq; proles excusso profundo isto, grauiq; somno (nam Epimenidem quoq; dormiendo uicisti) uibrato fulmine, aut ex Oeta relucens, ingenti reddita flamma iram aliquam strenui illius, ac iuuenilis Iouis ostende, nisi uera sint, quæ à Cretensibus de te, tuaq; sepultura feruntur. Iupiter. Quis hic est Mercuri, quem audio sic uociferantem ex Attica, ad crepidinem montis Hymeti, horridus totus, ac squalidus, pelleque Hircina amictus, fodit autem, ut arbitror, nam pronus incumbit, homo loquax, & confidens, numnam philosophus est? Neq; enim alioquin adeo impia, nefariaque in nos fuerat dicturus. Mercurius. Quid ais pater, an non nosti Timonem Echecraïdis filium Colytensem? Hic nimirum est, qui nos sæpenuero in sacris legitimis conuiuiis accepit, is repente diues factus, is, qui totas hecatombas, apud quem splendide Iouialia festa consueuimus agitare. Iupiter. Hæc quænam istarum commutatio? Hicne honestus ille diues, quem tam frequentes cingebant amici? Quid igitur accidit, ut hoc sit habitus? squalidus, erumnosus, fossor conducticius, uti coniectio, cum tam grauem ligonem gerat. Mercurius. Ad hunc modum illum quodammodo probitas euerit, atq; humanitas & in omnes, quicumq; egeret, misericordia. At reuera uerocordia potius, facilitasq; nullusq; in suscipiendis amicis delectus, quippe qui nunquam intellexerit, sese coruis, lupisq; largiri. Quin magis cum à uulturibus tam multis misero iecur eroderetur, ob id amicos eos, necessariosq; indicabat quasi bene uolentia erga sese afficerentur, cum illos epulæ magis caperent. Ergo posteaquâ ossa penitus nudassent, circū

rosissentq; , deinde si qua medulla suberat, hanc quoque
admodum diligenter exussissent, aufugerunt, exiccum
et radicibus defectum destituentes, adeo ut postea ne
agnoscant quidē, aut aspiciant, tantum abest ut sint,
qui suppeditent, impartiantq; , has ob res fossor, et sar-
go opertus pellicco, urbem præ pudore fugiens mercede
terram exercet, aduersus ingratos atrabile stomachatur,
qui quidem sua benignitate ditati, admodum fastuose
nunc prætereant, ac ne nomen quidem an Timon uoce-
tur noverint. Iup. Atq; profecto uir nequaquam fasti-
diendus, neq; negligendus, et iure optimo indignatur,
qui his tantis in malis agat. Quare sceleratos istos adu-
latores ipsi quoq; fuerimus imitati, si cum uirum negle-
xerimus, qui tantum tantorum, et omnium pinguis-
simas quasq; nobis in aris adoleuerit. Quorum nidor
etiamdum mihi in naribus residet. Tamen si propter ne-
gocia, maximamq; nubem peccantium, tum hi non in-
re agentium, neq; non aliena rapientium. præterea ob-
formidinem, quam mihi pariunt sacrilegi, qui quidem
tum multi sunt, tum obseruari difficiles, adeo ut ne mi-
nimum quidem nos conuiuere sinant. Iampridem profe-
cto ad Atticam regionem oculos detersissem, maxime
posteaquam philosophia et de uerbis digladiationes,
apud istos increbruerunt, ita ut pugnantibus inter se istis
uociferantibusq; ne exaudire quidem mortalium uota
liceat, unde mihi necessum est, aut auribus obturatis se-
dere, aut dirumpi ab eis, conficiq; , qui uirtutem quan-
dam et incorporea qdam merasq; nugas ingenti uocî-
feratione præterunt, hæc in causa fuerunt, ut hunc quoq;
neglexerim, cū haud mediocriter de nobis sit meritis.

TIMON

Quod reliquum est Mercurium Plutum adducēs quantum potes ad istum abeas. Porro Plutus unā secum ducat & thesaurum, & utrique apud Timonem perseuerent. Neque usque adeo facile demigrent, etiam si quam maxime rursus illos per benignitatem ex aedibus exegerit. Ceterum de palponibus illis, atque ingratitude, qua in hunc sunt usi, in posterum consultabo, pœnasque daturi sunt, simulatque fulmen instaurauero. Nam fracti sunt in eorumsa cuspide duo è radijs maximè cum nuper auidius in sophistam Anaxagoram iacularer, q suis familiaribus suadebat, nullo pacto esse ullos nos, q dii uocaremur. At illum qdem errore nō feriebam, propterea qd Pericles obtenta manu eum protexerit, in lacunam retortum, illud excussit, neq multum absuit, qn ipse quoq; in saxum impactū fuerit elisus. Quāquam interim uel id supplicij satis magnū in istos fuerit, si Timonem conspexerint egregie locupletem factum. Mercuri. Quātum habet momentum alium uociferari, & obstreperū, audacemq; esse? Idq; non ijs modo, qui causas agunt, uerum etiam quota faciūt, conducibile. En mox è pauperrimo diues euaserit Timon, q se in precādo clamosum, & improbum prastiterit, Iouemq; reddiderit attentum. Quod si silentio fodisset incurius, etiam nunc foderet neglectus. Plutus. At ego Iuppiter haudquaquam rediurus sum. Iupi. Quid ita non rediurus optine Plute, pferim à me insus? Plu. Quoniam p Iouem iniuria me affecit eijciens, & in multa fragmenta diffecās, idq; cū illi paternus essem amicus, ac me penè dixerim fuscinis ex aedibus extrusit, nec aliter q ij, q è manibus ignem abijciūt

Nū rursus ad istū ibo? parasitis nū adulatoribus, et scortis donādis. Ad eos me mītito Iuppiter, q̄ nimis intellecturi sint, qui amplexuri, q̄bus equidē in p̄nosim, & maiorem in modum exoptans. At hi stupidi, cum inopia commercium habeant, quam nobis anteponunt, at q̄ ab ea accepto sago pelliceo, ligoneq̄; sat habeant, cum duos lucrātur obolos, decem talenta contempnū dono dare solitū. Iup. Nihil istiusmodi post hac in te facturus est Timon, q̄ppe quem ligo abūde satis corripuerit nisi prorsus nullum dolorem sentiunt illius ilia te uidelicet poñis, q̄ inopiam esse p̄optandam. At tu mihi calūniosus admodū, semp̄q̄; tuæ p̄cārens sortis uideris esse, qui nunc Timonem incuses, qd̄ tibi p̄actis foribus libere permiserit uagari. neq̄; includens, neq̄; Zelotypus in te. Porro aliās diuersa de causa in diuites stomachabare cū dices te ab illis repagulis, clauibus, ac signorum obiectaculis ip̄pressis ita fuisse conclusum, ut ne prospicere qdem in lucem tibi liceret. Id igitur apud me deplorabas, affirmans p̄focari te nimis tenebris, eoq̄; pallidus nobis occurrebas, & curis confectus, digitis etiam num ex assiduo colligendi, coarctandiq̄; usu tractis, cōtortisq̄;, quod si quādo daretur opportunitas, aufugituum quoq̄; ab illis te minitabare. In summa, rē supra modū acerbā iudicabas in æreo, ferreo ue thalamo Danaes exemplo, uirginem asseruari, idq̄; ab obseruantissimis, molestissimisq̄; p̄dagogis ali ad usurā et rationē. Proinde absurde facere aiebas hos, quod te p̄ter modum adamarent, neq̄; (cum liceret) frui auderent, neq̄; cum ipsis esset in manu, amore suo secure uterentur, sed uigiles obseruaret ad signū ac serā oculis nunquā cōiunctibus,

neque usquam dimotis semper intuentes, abunde magnū fructum arbitantes, non quod ipsis fruendi facultas adesset, sed quod nemini fruendi copiam facerent, non aliter, quam in praesepe canis nec ipsa nesciens ordeis, nec equum famelicum id facere sinens. Quine etiam ridebas istos, qui parcerent, asservarentque, et (quod esset absurdissimum) ipsi quidem sibi subtraherent, ueterenturque contingere, non intelligerent autem fore, ut aut sceleratissimus famulus, aut dispensator, aut liberorum paedagogus futurum subiret ludibrio habiturus infelicem, et inamabilem herum, quem postea sinat ad fuliginosam, et oris angustam lucernulam, ac sinulosum scirpulum usaris inuigilare. Quid itaque, an non iniquum, cum haec quondam incauaueris, nunc in Timone diuersa his criminari?

Plutus. Atqui, si rem uere perpenderis, utrumque me in re facere iudicabis. Nam et Timonis ista nimia lenitas negligentiaque, potius, haud beneuolentia, studiumque in me merito uideatur. At est diuerso, quod me ostijs, ac tenebris inclusum seruabāt id agentes, quo scilicet crassior, saginatiorque, ac uehementer corpulentia onustus euaderem, cum interim neque ipsi contingerent, neque in lucem producerent, ne uel aspicerer a quopiam hos dementes, et contumeliosos in me iudicabam, quippe qui me nihil commeritum tot in uinculis cogerent sicut, cariesque putrescere, haud intelligentes, quod mox demigrent me alij cuiquam, cui fortuna fauerit, relicturi. Nec hos igitur probo, sed ne illos quidem, qui nimirum facile mihi manus admovent. Sed qui (quod est optimum) in mediocritate utantur, ut nec prorsus abstineant, neque penitus profundant. Etenim illud per Iouem considera Iur

piter, Siquis, ubi puellulam, & formosam lege duxisset uxorem. postea neque observet, nec ulla omnino Zelotypia prosequatur, videlicet sinens illam nocte atq; interdum, quocumq; libitum sit, congregi cum his quicunque cuperent, vel producat potius, ut adulteretur, fores aperias, ostentansq; & quoslibet ad illam invitans, num hic amare videbitur? profecto hoc tu nequaquam dices Iupiter, qui saepe numero amoreni senseris. Rursum si ingenuam lege domum deducat, uti liberos legitimos progeneret, ceterum nec ipse contingat florentem aetate, decoramq; virginem, nec alium sinat aspicere, sed inclinatam orbam, sterilemq; in perpetua virginitate contineret, idq; pra amore se facere praedicet, & hunc quidem praferat pallore corpore exhausto, oculis refugis, num fieri potis est, ut huiusmodi non desipere videatur? quippe qui cum liberis oportuerit operam dare, fruiq; coniugio, puellam adeo formosam, atq; amabilem sinat emarcescere, per omnem vitam tanquam cerei sacerdotem ardens? huiusmodi & ipse indigne fero, cum à nonnullis ignominiose cador calcibus, laniorq;, atque exhaustior à nonnullis contra perinde, ut stigmaticus fugitivus cōpedibus vincior. Iup. Quid est autem quod, adversus illos indigneris? quandoquidem utriq; poenas egregias luunt. Alteri quidem, dum tantilli in morem, neq; bibere sinuntur neque edere, sed ore sicco dumtaxat inhiant auro. Alteri vero, dum his exemplo Phinei cibos harpyiae ipsis è faucibus eripiunt. Sed abi iam Timone multo posthac usurus cordatior. Plu. Ille igitur in reitrando coercebitur, ne me velut è perforato cophino, vel prius, quam influxerim, properet effundere, quasi cor

neque occupare, ne possim influere, ne si copiosius infun-
 dar undis illum inuoluam. Alioquin in danaidum do-
 lium aquam illaturus uideor, frustra; infusus, uase
 non continente. uerum penè prius, quam infusum sit, ef-
 fuso eo, quod infundatur tanto latior hiatus dolij, p quē
 effundit, neq; sisti potest effluxus. Iupi. Proinde nū
 hiatus istum obturauerit, perpetuamq; per stillationē
 sistere studuerit, te propediem effuso, facile rursus sagū
 & ligonem in dolij fere reperiet, sed interim abite, at-
 que illum diuitem reddite. At tu Mercuri fac mement
 ris, ut rediens Cyclops ex Aetna tecum adducas, quo
 fulmen cuspidē restituta resarciat. Nam eo nobis acu-
 minato opus fuerit. Mercur. Eamus Plute, quid hoc?
 Num claudicas? Equidem ignorabam O praeclare, qd
 non cecus modo, uerum etiam claudus es. Plu.
 Atqui non hoc mihi perpetuum Mercuri, uerum si qua
 do proficiscor, à Ioue missus ad quempiam, tum nescio
 quo pacto, tardus sum, & utroq; claudus pede. ita ut
 a gre ad metam pertingere queam, sene nonnunquam
 interim facto, q me operiebatur. Porro cum discedēdū
 est, alatum uidebis, multo auibus celeriores. unde fit,
 ut uix iam amoto repagulo, ego iam praconis uoce ui-
 ctor pronunciet salui stadium transiens ne uidentib;
 bus quidem aliquoties spectatoribus. Mercur. At ista
 qdem haud uera narras. immo ego tibi p multos cōuer-
 morare queam, qbus heri ne obolus quidem erat, quo
 testem emerent, qui hodie repente diuites facti splēdide
 uiuant, albis quadrigis uehantur, quibus ante ne asellus
 quidem suppeditarit. Si tamen purpurati, aurumq; ma-
 nibus gestantes obambulant. Qui ne ipsi qdem, opinor

credere possint, quin per somnium diuites sint. Plu.
 Istæc alia res est Mercuri, neq; enim tum meis ipsis in-
 gredior pedibus, nec à Ioue, sed à Vite ad istos trāsmi-
 tor, qui & ipse nimirum opum largitor est, ac magna
 donans, id quod ipso etiam nomine declarat. Itaq; quo-
 ties est mihi ab alio ad alium demigrādum, in tabellas
 iniiciūt me, ac diligēter obsignātes sarcinæ in morē sub-
 latum trāsportant. Interea d-functus ille alicubi in ad-
 bus iacet in tenebris uetere linteo in genua iniecto te-
 ctus, de quo feles digladiātur. Porro q me sperauerunt
 obtinere, in foro operiuntur hiantes, non aliter, quā
 hirūdinem aduolātem stridentes pulli. deinde ubi signū
 detractum est, & lineus ille funiculus incisus, apertæ
 q; tabellæ, iamq; nouus dominus pronuncians est, siue
 cognatus qui spiam, siue adulator, siue seruulus draucus
 qui puerili obsequio fauorem emeruerit, etiam tum men-
 to sub rase, pro uarijs, & opiparis uoluptatibus, quas
 illi iam exoletus suppeditauerat ingens scilicet premi-
 um ferens generosus quisquis ille tandem fuerit, non
 nunquam me ipsis cum tabellis arreptum. fugiens
 adportat conmutato nomine, ut qui modo Pyrrhius
 aut Dromo, aut Tibius, iam Megacles, aut Megabiz-
 zus, aut Protarchus appelletur. Caterum illos ne-
 quicquam hiantes relinquit, uerumque luctum agen-
 tes, quod eiusmodi Thynnus ex intimo saginæ sinu
 fit elapsus, quin non parum magnam escam deuorat
 rit? At hic repente tonus in me irruens, homo uitæ
 mundioris, atq; elegantioris rudis pingui, illotq; ca-
 te, qui compedes etiam dum horrescit, & siquis præter-
 tiens loro increpet, arrectis stet auribus, quique pistris

TIMON

num, perinde uti templum adoret, non est deinceps tolerandus ijs, quibuscum uiuit, uerum & ingenuos afficiat conuulsiua, & conseruos flagris cadit, licet ipse quoque eadem, quandoque exptus in sese, denec aut scornilo cuiuspiam irretitus, aut equorum alendorum studio captus aut adulatoribus sese prmittens deierantibus, Nireo formosiores esse, Cecrope, Codro ne generosiores, callidiores Vlysse, unum autem uel sedecim pariter Cræsis opulentiores momento temporis semel profundat infelix, quæ minutatim, multis ex piurijs, rapinis, flagitijs fuerant collecta. Mercur. Ista fermè sic habet, uà naras, uerum ubi uis ipsius ingrederis pedibus, quæ tandè, cæcus cum sis, uiam inuenire soles? Aut qui dignoscis ad quosnam Iupiter te miserit, dignos illi uisores, qui diuitijs abundant? Plutus. Enim uero credis me reperire istos, ad quos mittor? Mercurius. Per Iouem haudquaquam. Neque enim alioquin Aristide præterito ad Hipponicum, & Galliam accederes, ad hæc complures ex Atheniensibus alios, qui ne obolo quidem digni sint. Cæterum quid facis, quandoquidem es emissus. Plutus. Sursum ac deorsum circumcursans oberro, donec imprudens in quempiam incurrero, hic autem, quis ille sit, qui forte primus me nactus sit, abducit, ac possidet, te Mercuri pro lucro præter spem obiecto, uenerans, atque adorans. Mercurius. Num ergo fallitur Iupiter, qui quidem credat ex ipsius animi sententia ditari abs te hos, quos ille dignos existimarit, qui ditescerent? Plutus. Et iure quidem optimo fallitur ó bone, quippe qui cum me cæcum esse nō ignoret, emittat uestigatū, rem usque adeo reperiā difficilem, & iam olim è uita

sublatam, quam ne lynceus quidem facile inueniret, quod nimirum adeo obscura sit ac minuta. Itaque cum rari sint boni improbi porro in ciuitatibus omnia obtineant oberrant facile in huiusmodi mortales incurro, ac retribus illorum illigor. Mercurius. Atqui fit, ut quoties eos descrias, celeriter aufugias, cum uia sis ignarus. Plutus. Tum demum acutum cerno, pedibusque haurio, ubi ad fugam tempus inuitat. Mercurius. Iam illud quoque mihi responde, qui fit, ut cum sis oculis captus (dicendum enim est) praeterea pallidus, postremo claudus, tam multos habeas amantes, adeo ut omnes in te defigant oculos? Et si ponatur, felices uideantur, sin frustrentur, non sustineant uiuere. Ex his equidem non paucos noni, qui sic perdit te amarint, ut sese in profundum, immensumque pelagus praecipites dederint, ac scopulis abruptis illiserint, rati fastidiri sese abs te, propterea quod illos initio non respexisses. Quamquam sat scio, tu quoque fateberis, si quomodo tibi ipsi notus es furere istos, qui eiusmodi amore sunt dementati. Plutus. At enim credis me, qualis sum, talem istis uideri nempe claudum aut caecum, aut siquid aliud adest mihi uitij? Mercurius. Quid ni? Plute, nisi forte et ipsi omnes caeci sunt. Plutus. Haud caeci quidem, o optime, uerum insciti, errorque, quae nunc occupant, omnia illis offundunt tenebras, ad haec ipse quorque, ne per omnia deformis sim, persona uehementer amabili tectus inaurato, gemmisque picturato eis occorro, at illi rati sese natui uultus uenustatem aspicere, amore capiuntur, dispereuntque, nisi potiantur. Quod si quis me toto corpore renudatum illis ostenderit, dubio pro-

TIMON

cul facit ut sit, ut se ipsi damnent, qui tantopere cadu-
nerint ad amantes res nequā amādas, ac foedas. Mer-
cu. Quid ergo posteaquē eō peruenitum est, ut iam diuiti-
tes euaserint, iāquē personā ipsam sibi circūposuerint rur-
sum falluntur, adeo, ut si quis illis detrahēre conetur, penē
caput potius, quā personam abijciant. Nequē n. uerissimile
est etiam nūc illos ignorare, auro bracteata esse for-
mam, cum intus cūcta inspexerint. Plu. Ad id nō
parum multae res, o Mercuri, mihi sunt adiumento.
Mercurius. Quānam? Plutus. Simulatquē, qui me pri-
mum naēus est apertis foribus exceperit, clanculum
mā cum introit elatio, uerordia, iactantia, mollicies,
uolentia, dolus, atque alia iteni innumerabilia, à quibus
omnibus posteaquam est animus occupatus, iam ad-
miratur, quae nequāquam sunt admiranda, Et appetit
ea, quae sunt fugienda, nequē cūctorum illorum, quae in-
troierant, malorum patrem stupet, cum illorum satelliti-
o uallatum uidet, quiduis potius passurus quā nūc me cō-
pellatur reijcere. Mercu. Ut lenis, ac lubricus es Plu-
te, retenti difficilis, ac fugax, nequē ullam praebeas ansam
certam, quo pressus tenere, sed nescio quomodo anguila-
rum, ac serpentum in morem inter digitos elaberis,
at ediuerso paupertas uiscosa pressu facilis, totoquē cor-
pore mille uncus gerit hamos, ut qui attigerint ilico ha-
reant, nequē facile queant auelli. Verum interea, dū ni-
gamur, rem haud parua omisimus. Plutus. Quā?
Mercu. Nempe quia thesaurum non adduxerimus,
quo uel in primis erat opus, Plutus. Istac quidem ex
parte bono sis animo. Nam non nisi in terra relicto illo
ad nos ascendere soleo, iussuquē intus manere foribus oc-

clusis, neq; cuiquam aperire, nisi me vociferantem audierit. Mercur. Iam igitur Atticam superamus. Tu me consequitor chlamydi adhaerens donec extremam viam attingerimus. Plu. Recte facis Mercuri, cum me per viam ducis. Etenim, si me deferres, forsitan oberrans, in Hyperbolum, aut Cleonem incidere, sed quis hic stridor cœni ferri saxo impacti? Mercur. Timon hic est, qui proxime montanum, & petricosum fodit solum. Pater, adest & paupertas, & labor ille, tum robor, sapientia, fortitudo, atq; id genus aliorum turba, quorum omnium agnem fames iungit, longe praestantius, quam tu sint satellites. Plutus. Quin igitur quam ocyssime discedimus? neque enim ullum operæ pretium fecerimus, cum hoc eiusmodi vallato exercimur. Mercur. Secus visum est Ioni, quare ne metu deterreamur. Paupertas. Quò nunc Mercuri? manu abducis? Mercurius. Ad hunc Timonem, ad quem à Ione sumus ire iussi. Paupertas. Ita'ne rursus Plutus ad Timonem, posteaquæ ego hunc in delitijs turpiter gerementi sese suscepi, commendansq; sapientia, & labori strenuum, nullumq; pretij nostrum reddidi? Adeo'ne despicienda, iniuriaq; idonea nobis iudicor, ut hunc, quæ mihi unica erat possessio, eripiat, iam exactissima cura ad virtutem ex cultum, ut Plutus hic, ubi denuo susceperit, per contumeliam, & arrogantiam illi manu iniecta, taleni reddiderit, qualis erat dudum, mollem, & ignavum rursus mihi restituat, ubi iam nihil factus erit, & reijctus. Mercur. Sic o Paupertas Ioni placitum est. Paupertas. Equidem ab eo. At vos labor, & sapientia, reliquiq; consequimini me. Porro hic brevi cognoscet, qualis in se fuerim, quàm nunc res

TIMON

linquet, nempe adiutrix bona, & rerum optimarum
doctrix Qui cum donec habuit commercium, sano cor
pore, valentiq; animo perseveravit, virilem exigens vi
tam, & ad sese respiciens, Superuacua autem, & vul
garia ista aliena, ita ut sunt existimans. Mercu. Dis
cedunt illi, nos ad eum adeamus. Timon. Quanam
estis ò scelesti? aut qua gratia huc aduenistis homini
operario, mercenarioq; negotium exhibituri? neq; haud
quaquam læti abibitis scelesti, ut estis omnes, nam ego
vos ilico glebis, & saxis petitos comminam. Mer.
Nequaquam O' Timon, ne ferito, neq; enim ferieris mor
tales, verum ego sum Mercurius, hic Plutus. Misit nos
Iupiter votis tuis exauditis. Quare, quod bene uertat,
opes accipe desistens à laboribus. Timon. Atqui vos
iam ploraueritis etiam si dii sitis, ut dicitis. Siquidē odi
pariter omnes, tum deos tum homines. Sed huic cæcō,
quisquis is fuerit, mihi certum est ligonem impingere.
Plutus. Abeamus per Iouem Mercuri, quandoquidē
hic homo mihi uidetur non mediocriter insanire, ne ma
lo quopiam accepto discedam. Mercu. Neq; feroci
ter Timon, quā exue potius penitus istam ferocitatem,
asperitatemq; ac manibus obuijs excipe bonam fortun
nam, rursus diues esto, rursus Atheniensem princeps,
& ingratos illos despiciat, cum solus florebis. Timō.
Nihil mihi uobis est opus, ne obturbate. Sat opum mi
hi ligo, præterea fortunatissimus sum, si nemo propius
ad me accesserit. Mercurius. Adeo ne quæso inhu
maniter hunc cæne sermonem Ioui renuncio scæum, &
ferocem? Atqui par erat forsitan homines tibi haberi in
uisos, ut qui tam multa indigna in te commisissent, deos
odio te

odio te prosequi nequaquam erat consentaneum, cum illi tantopere tui curam agant. Timon. At ibi Mercuri, Ioniq; quod me respicitis, plurimam equidem habeo gratiam, ceterum hunc Plutum nequaquam recepero. Mercurius. Quid ita? Timon. Quoniam pridem innumerabilium malorum mihi fuit author, cum me assentatoribus proderet, immittens, qui insidijs appetrēt, similitudinem excitarent, mollicie perderet, invidia obnoxium redderet, deniq; cum repente me adeo perfide, ac proditorie destituerit. Contra, Paupertas optima me laboribus viro dignissimis exercens, mecumq; vere, ac libere conuiuens, & quibus opus erat suppeditauit, laboranti, & uulgaria ista docuit continere, effecitque, ut mihi uita spes omnis ex me ipso penderet demonstrans quanam essent opes uerae meae, nempe quas neque adulator assentans, neque sycophanta mimitans, neque plebes irritata, neque concionator suffragiorum author, neque tyrannus intentis insidijs queat eripere, itaq; iam ualidus effectus ob laborem, dum hunc agellum grauiter exerceo, neque quicquam eorum, quae sunt in ciuitate, malorum aspicio, abunde magnam, & sufficientem uictum mihi ligo suppeditat. Quare tu Mercuri qua uenisti uiam reuertens recurre, una tecum Plutum adducens ad Iouem, illud mihi sat fuerit, si effecerit, ut omnes mortales, per omnem aetatem eiulent. Mercurius. Nequaquam ò bone, neq; enim omnes ad eiulandum sunt accommodi. Quin tu iracunda, pueriliaque ista missa face, ac Plutū excipe, non sunt reijcienda munera, quae à Ioue proficiuntur. Plutus. Vin Timō, ut contra te partes defendam neas? an grauiter feres, si

TIMON

quid dixerō? Timon. Dicite, nec multis tamen, neq̃ cum procemijs queniadmodum perditissimi isti solent oratores. Nam huius Mercurij gratia te feram paucis dicentem. Plutus. Atqui multis mihi potius erat dicendum, tot nominibus abs te accusato. Attamen uide, num qua in re te, queniadmodum ais, læserim, q̃ quidē dulcissimarum quarumq̃ rerum tibi exiterim author, opifexq̃; authoritatis, præsidentiae coronarū, aliarum item uoluptatum, in ea opera conspicuus eras, celebris, & observandus. Ceterum, siquid molesti ab adulteribus accidit, non mihi potes imputare, quin ipse magis abs te sum affectus contumelia, propterea quod me tam ignominiose, uiris illis execratis suppeditans, qui te mirabantur, ac prestigijs deimentabant, mihi que modis omnibus insidias struebant. Illud postremo loco dicebas quod te prodiderim, ast istuc contra criminis in te possum retorquere, cum ipse sim modis omnibus à te reiectus, p̃ceptsq̃; exactus ex adibus. Vnde pro molli chlamyde, sagum istud charissima tibi Paupertas circumposuit. Itaq̃; testis est mihi hic Mercurius, quanto pere Iouem orauerim, ne ad te uenirem, qui tam hostiliter esses in me debacchatus. Mercurius. At nunc uides Plute in cuius hominem sit cōmutatus. Proinde audacter cum illo consuetudinem age. Tu uero fode quantum potes. Tu interim thesaurū sub ligonē adducito. Audiēt. n. si tu accersueris. Timon. Parendum est Mercuri, rursusq̃; dīte scendum. Quid. n. facias, cum dī compellant? tamen uide, in quas turbas me miserum coniicies, qui quidem cum ad hūc usq̃ diem felicissime uixerim, tantū auri repente sum accepturus nihil cōmeritis

mali, tantumq; cutarium suscepturus. Mercuri. Sustine Timon mea gratia, tametsi graue est istuc, atq; intolerandum, quo uidelicet palpones illi prae inedia rño panant. Ego porrò superata Ætna in cælum reuolauero. Plu. Abijt ille qdem sicut apparet. Nam ex alarum remigio facio coniecturam, tu uero hic opperire, siquidē digressus thesaurum ad te transmittam, sed feri fortius. Tibi loquor auri thesaure, Timoni huic audiens esto, offerq; temet eruendum. Fodi Timon alius impingens. Ceterum ego à uobis digredior. Timon. Age iam ò Ligo, nunc mihi tuas uires explica, neq; defatigare, dum ex abdito thesaurum in apertum euocaris. Heni prodigiorū author Iupiter, amici Corybantes, ac lucifer Mercuri, unde nam auri tantum? Num somnium hoc est? Memorie carbones reperturus sim experrectus. Atqui aurum profecto est insigne, fuluum, graue, & aspectu multo iucundissimum.

Pulcherrima aurum faustitas Mortalibus.

Quippe quod ignis in uireni ardens, noctesq; & dies renides. Ades ò mihi charissimum, desideratissimūq; nunc denum credo uel Ioueni ipsum olim aurum esse factum. Etenim quæ tandem uirgo, non ex porrecto fini usque adeo formosum amatoreni excipiat per tegulas il lapsum? ò Myda, Cræseque ac munita delpico in templo dicata, ut nihil eratis, si cum Timone, cumq; Timonis opibus conferamini, cui ne Persarum quidem rex par est. O' Ligo, sagum charissimum uos huic patri suspendi commodum est. At ego quāmaxime semotum mercatus agrū, curriculaq; seruandi auri gratia constructo, uni mihi affatim uixero, sepulchrum item inibi mis

bi defuncto parare est sententia, hæc igitur decreta sunt
 to, placitaq; in reliquum vitæ, sciunctio, ignorantia, fas-
 tidium erga mortales omnes. Porro amicus, hospes, so-
 dalis, aut ara misericordie mea nuga. Tum commise-
 rari lachrymantem, suppeditare egentibus, iniquitas, ac
 mori subversio, at vita solitaria, qualis est lupis unusq;
 sibi amicus Timon, ceteri omnes hostes, & insidiarum
 machinatores. Cum horum quopiam congregi, piaculi-
 lum, adeo ut si quem aspexero dimittaxat, inauspicatus
 sit ille dies. In summa, non alio nobis habeantur loco,
 quam signa faxea, arcane, neque fecialeni ab illis mise-
 rum recipiamus, neque fœdera feriamus. Mons hic
 solitudinem meam aduersus illos meatur. Ceterum tri-
 bules, cognati, populares, postremo patria ipsa frigida
 quadam, & sterilia nonna, stultorumq; mortalium
 gloriæ, solus Timon diues esto, despiciat omnes, solus ipse
 secum oblectet, liber ab assentionibus, & onerosis lau-
 dibus dijs sacra faciat, epuletur solus sibi ipsi vicinus sibi
 particeps excutens sese ab alijs. At tantum senuit unum acci-
 pere certum esto, quod si moriendum est, sibi ipsi coronam
 accipere. Nullumq; nomen sit dulcius quam Misantropi,
 id est hominum osoris, morum autem nota difficul-
 tas, asperitas, feritas, iracundia, inhumanitas. Quod si
 quem conspexero incendio conflagentem, obtestantemq;
 quo resingnam, pice, oleoq; resanguere, rursum, si quem
 flumen undis abstulerit, isq; manus porrigens, implor-
 ret, ut retineatur, hunc quoque demerso capite propels-
 lere, ne possit emicare, hunc ad modum par pari relas-
 turus est, hanc legem Timon tulit Echecraides Colytæ-
 sis, idem in comitijs suffragia tulit. Age hæc decreta sunt

to, hæc fortiter tueamur. Cæterum magno emerim, ut
 id omnibus innotescat, quod opibus abundo, nam illa
 res illos præfecauerit, sed quid illud? Hæc quæ trepidar
 tio? undiq; concurrunt, puluerulenti, atq; anhelii, haud
 scio unde aurum odorati, utrum igitur hoc consensu
 colle saxis eos abigo, è sublimi deiaculans, an hoc tantum
 in re legem violabimus, ut semel cum illis congregiar
 mur, ut magis angantur, fastiditi, repulsiq;. Ita satius eẽ
 duco. Itaq; restemus. quo illos iam excipiamus. Age pro
 spiciam, primus eorum iste quis est? Nempe Gnathoni
 des adulator, qui mihi nuper symbolum petenti funem
 porrexit, cū apud me sæpenumero solida dolia uomue
 rit. Sed bene est, quod ad me uenit, nam primus omni
 um uapulabit. Gnathonides. dixim Timonem uirum
 bonum non neglecturus esse deos? Salue Timō formosiss
 sime, incundissime, conuiuator bellissime. Timon. Scĩ
 licet & tu Gnathonides uultuum omnium edacissim
 e, atq; hominum perditissime. Gnathonides. Sen
 per tibi grata dicacitas. Sed ubi compotamus? Nam no
 uam tibi adfero cantilenam ex ijs, quos nuper didici, di
 thyrambis. Timon. Atqui elegos canes admodum
 miserabiles ab hoc doctus ligõe. Gnathonides. Quid
 istuc? Feris ò Timon? Attestor ò Hercules, hei hei in ius
 te uoco apud Areopagitas, qui uulnus dederis. Timō.
 Atqui si canētere paulisper, mox cedis me reum ages.
 Gnathonides. Nequaquam, quin tu planē uulneri me
 dere, paululo auri immisso, Mirum enim in modum
 præsentaneum id est remedium. Timon. Etiam ma
 nes? Gnathonides. Ab eo. At tibi male sit, qui quidē
 ex uero commodo tam sauis factus sis auri gratia. Ti

TIMON

mon. Quis hic est, qui accedit? recaluaſter ille Philia-
des aſſentatorum omnium execraſſimus? hic, cum à
me ſolidum acceperit fundum, tum filie in dotem talē
ita duo laudationis præmiū, cum me canentem reli-
quis ſilentibus omnibus ſolus maiorem in modum ex-
tuliffet, deierās me uel oloribus inagis eſſe canorum, ubi
me pridem ægrotum conſpexiffet (nam adieram oratu-
rus, ut mei curam ageret) plagas etiā egregius ille uir
impegit. Philiaſes. O impudētiā. Nūc denique Timo-
nem agnoſcitis. nunc Gnathonides amicus & cōiui-
enimvero habet ille digna ſe, quādoquidem immemor eſt
atq; ingratus. At nos, qui iam olim conuiſtores ſumus
æquales, ac populares, tamen modeſte agimus ne inſili-
re uideamur. Salue here. fac ut iſtos adulatores obſerues
qui nuſquam adſunt, niſi in menſa, præterea à coruis
nihil differunt. Neq; poſt hac huius ætatis, mortalium
ulli fidendum eſt. Omnes ingrati, & ſceleſti. At ego cū
tibi talentum adducerem, quo poſſes ad ea, quæ uelles,
ut, in uia interim accepi te ſummas quasdam opes eſſe
naſtum. Proinde acceſſi his de rebus admoniturus te,
quāquam tibi forſitan me monitore nihil erat opus, uir-
ro nimirum adeo prudenti, ut uel Neſtori ipſi, ſi neceſſe
eſt, conſilium dare queas. Timon. Ita fiet Philiaſes
ſed æge accede, quo te ligone comiter accipia. Philiaſes
Viri caput mihi comminutum eſt ab hoc ingrato, pro-
pterea qđ cum ea, q̄ in rem illius erant, admonui. Ti-
mon. Ecce tertius hic orator Demeas ſe recipit, tabu-
las dextra geſtās, aitq; ſe mihi cognatū eſſe. hic una die
de meo ſedecim talenta ciuitati depēdit, nā damnatus
erat ac uinctus. At cum ſoluendo non eſſet, ego miſer-

tu illum redemi. Porro cum illi sorte obuénisset, ut Erechtride tribui distribueret ærarium, atq; ego adiens, id quod ad me redibat reposcere, negabat se ciuē nosse me Demeas. Salue Timon p̄cipuum generis tui p̄fidium, fulcimentum Atheniensium, defensor aculum Græciæ. Profecto iandudum te populus frequens, & utraq; curia opperitur. Sed prius decreta audi, quod de te conscripsi, quandoqdem Timon Echecratida filius Colytēs uir non modo probus & integer, uerum etiam sapiens, quantum alius in Græcia nemo, cum nunquam p̄ omnem uitam destitit optime de Rep. mereri. Tum autem in olypiciis uicit pugil, & lucta, cursuq; die eodem ad hæc scenni quadriga, equestriq; certamine. Timon. At ego ne spectator qdem unquam in olypiciis sedi. Demeas. Quid tum spectabis post hæc, sed ista communia addi satius est. Tum anno superiore aduersus Acharnenses pro Rep. fortissime se gessit, & Pelopōnensium duas acies fudit. Timon. Qua ratione Quippe qui nec unquam arma gesserim, neq; unquam militiæ dederim nomen. Demeas. Modeste tu quidem de teipso loqueris, nos tamen ingrati futuri sumus, nisi meminerimus. Præterea scribendis plebiscitis, & in consultationibus, & in administrandis bellis non merdiocrem utilitatem attulit Reip. his de causis omnibus uisum est curiæ plebi magistratibus tributum plebeijs singillatim communiter uniuersis aureum statuere Timorem iuxta Palladem in arce, fulmen dextra tenentem, radijs tempora ambientibus, utiq; septem aureis coronis coronetur, hæq; coronæ hodie in dionysijs p̄ tragædos novos promulgentur. Siqdē hodie illi dionysia sunt

TIMON

agenda dixit hoc suffragiū Demeas orator, propterea quod cognatus illius propinquus, ac discipulus eius sit. Nam & orator optimus Timon, præterea quicquid uoluerit, hoc igitur tibi suffragium, sed unam & filium meum ad te pariter adduxissem, quem tuo nomine Timonem appellavi. Timon. Qui potest Demeas, cum ne uxorem quidem duxeris unquam, quātum nobis scire licuit? Demeas. At ducam nouo inueniente anno, si deus permiserit, liberisq; operam dabo. Tum quod erit natum (erit autem masculus) Timonem nuncupabo. Timon. At uxorem ni sis ducturus, equidem haud scio tanta à me plaga accepta. Demeas. Hei mihi. Quid hoc est rei? Tyrannidem Timon occidas? pulsasq; eos, qui sunt ingenui, ipse nec ingenuus planè, nec ciuis, uerum propediem pœnas daturus cum alijs nominibus, cum quod arcem incenderis. Timon. Atqui non conflagrauit arx, scelestè. Proinde palàm est, te calumniatorem agere. Demeas. Verum effosso arario diues effectus es. Timon. Atqui non effossum istuc. unde me hac qdem probabiliter abs te dicuntur. Demeas. Verum effodietur posthac, sed tu interim omnia, quæ in eo condita, possides. Timon. Alteram itaq; plagā accipe. Demeas. Hei scapulis meis. Timon. Ne uocāferare alioquin & tertiam tibi illidam. Etenim res planè ridicula mihi acciderit, si cum inermis duas Lacedæmoniorum acies fuderim, unum scelestum hominem non protriuero. Tum frustra uicerim in olympijs & pugil, & palæstrites, sed quid hoc? An non philosophus Thrasycles hic est? profecto ipse est, promissa barba, subductisq; supercilijs, & magnum quiddam se

cum murmurans accedit Titanicum obruens, casariē
per scapulas fluentem uentilans, alter quidam Boreas,
aut Triton, quales eos Zeus depinxit. Hic habini frugalis, incessu moderatus, amictu modestus, mane mūtū
quam multa de uirtute differit damnans eos, qui uoluptate capiuntur, frugalitatem laudās, at ubi lotus ad cō
nā uenit, puerq; ingentem illi calicem porrexit inercio
re autē maxime gaudet, pinde ut Lethes aquā ebibēs
à dilucularijs illis disputationibus diuersissima quæ sine
exhibet, dum nūlū instar præripit obsonia, & proxie
mum cubito opposito arcēs, mento interim condimentis
oppleto, dum canum ritu ingurgitat, prona incūbens
corpore, perinde atq; in patinis uirtutem inuenturum
se se speret. dumq; usque adeo diligenter caninos extergit
indice digito, ut ne paululum quidem reliquiarum si
nat adherere, nunquam non querulus tanquam deter
riorem partem acceperit, uel si totam placentam, aut si
eni solus omnium accipiat, qui quidem edacitatis, et in
satiabilitatis est fructus nimulentus, atq; ebrinus, non
ad cantum modo, saltationemq; uerum ad conuiuium
usq; & iracundiam. Ad hæc multus inter pocula ser
mo (num enim uel maxime) de temperantia, sobrietateq;
atq; id quidē (ut aiunt) cum iam à uero male affectus
ridicule balbuūt. Accedit his deinde uomitus, Postreō
sublatum eum de conuiuiō efferunt aliqui ambabus ma
nibus Tibicinæ inherentem. Quanquam alioqui ne so
brius quidem ulli primatiorum cesserit, uel mendacio,
uel confidentia, uel amaritia. Quin et inter assentatores
primas tenet, peierat promptissime, anteit impostura,
comitatur impudentia. In summa prorsus admirandum

TIMON

quoddam spectaculum est omni ex parte exactum, nariumque absolutum. proinde non eiulabit clarius, uidelicet cum sit modestus. Quid hoc tandem nobis Thrasycles? Thrasycles. Non hoc animo ad te uenio Timon, quo plerique isti, qui nimirum opes admirationi tuas, argenti, aurum, opiparorum conuiuiorum adducti spe concurrunt, multaque assentatione desinunt te hominem uidelicet simplicem, facileque impartientem id, quod adest. Si quidem aut ignores offam mihi in cenam sat esse, tum obsonium suauissimum cepe, aut nasturcium, aut si quando lubet et lauius epulari, pusillum salis. Porro pontum fons Athenis nouem saliens uenis suppeditat. Tum pallium hoc quauis purpura ponior. Nam aurum nibilo magis apud me in pretio est, quam calculi, qui sunt in litorebus. Sed tua ipsius gratia huc me conuuli, ut ne te subuerterit pessima ista, atque insidiosissima res opulentia, quippe quae multis saepe numero inuedicabilium malorum extiterit causa. Etenim si me audies potissimum opes uniuersas in mare praecipitabis, utpote quibus nihil sit opus bono uiro, quique philosophiae possit opes praespicere. Ne tamen in altum de bone, sed ferme ad pubem usque ingressus paulo ultra solum fluctibus operum me quidem uno spectante. Quod si hoc non uis, tunc igitur eas potiore uia ex aedibus eicito, ac ne obolum quidem tibi facias reliquum, uidelicet largiens istis, quicunque opus habent, huic quinque drachmas, illi minam, alij talentum. Porro si qui erit philosophus, hunc aequum est duplicem, aut triplicem ferre portionem. Quanquam hoc quidem mihi non mea ipsius gratia posulo, sed quo amicis, si qui egebunt, donem, sat est, si modo per amicum hanc largi-

stione tua expleueris, ne duos quidem modios æginiticos
capientem. Nam paucis contentum, modestumq; con-
uenit esse eum, qui philosophatur, neq; quicquam ultra
peram cogitare. Timon. Equidē ista, quæ dicis, pro-
bo Thrasycles, Ergo si uidetur prius, q̃ peram expleā,
age tibi caput opplebo tiberibus, posteaquā ligone sum
mensus. Thrasycles. O libertas o leges. Pulsamur ab
impurissimo, liberaq; in ciuitate? Timon. Quid sto-
macharis o bone Thrasycles? num te defraudaui? Atq;
adiiciam ultra mensuram chœnices quatuor. Sed quid
hoc negotij? Complures simul adueniunt. Blepsias ille,
& Laches, & Gniphon, breuiter agmen eorum, qui
uapulabunt. Itaq; quim ego in rupem hanc conscendo,
ac ligonem quidem iandudum fatigatum paulisper in-
terquiescere sino? At ipse plurimis congestis saxis, pro-
cul eos lapidum grandine peto. Blepsias. Ne iace
Timon, Abimus enim. Timon. At uos quidem nec
citra sanguinem, nec absq; uulneribus.

LVCIANI TYRANNICIDA
ERASMO INTER,
PRETE.

Argumentum declamationis.

*Vidam in arcem ascendit, uti tyrannum
occideret, atque ipsum quidem nō reperit
uerum filium eius interemit, gladiumq;
in vulnere reliquit. Adueniens tyrannus
ubi filium extinctum conspexit. eodem ense necem sibi
consciscit. Is, qui ascenderat, tyranniq; filium pereme-
rat, primum tanquam Tyrannicida petit.*

Declamatio.

*Um duos eodem die tyrannos occi-
derim Iudices, Alterum quidē at-
te iam affecta, Alterum quo floren-
tem, Et ad scelerum successionem
capeffendam magis idoneum, uni
cum tamen pro ambobus premiū
petam venio, qui quidem unus omnium, quotquot un-
quam tyrannicidæ fuerunt, unico vulnere duos malefi-
cos fuerim amolitus, neciq; dederim, filium videlicet
ense, patrem indulgenti charitate, qua filium adma-
bat. Itaque tyrannus pro ijs, quæ commisit, abūde ma-
gnas pœnas nobis dependit, quippe qui Et uiuus aspe-
xerit filium prius morte sublatum, Et, quod est omnī*

maxime novum, compulsus sit deniq; ipse sui tyrannici
 da fieri. At filius illius mea quidem manu perēptus est,
 ceterum occisus, alteram ad eadem operam mihi suā
 commodavit, dum quino patri scelerum scius fuerat
 eiusdem post mortem (quatenus licuit) extint paricida.
 Ego itaq; sum is, qui tyrānidem sustuli, pariterq; necn̄
 gladius quo cuncta confecta sunt, meus, tametsi cadis
 ordinem commutarim, ac morem, modumq; novarim
 conficiendi sceleratos, nempe hunc, qui valentior erat,
 quiq; ulcisci poterat, ipse perimens. Porro senem scli gla
 dio reservans. His igitur de causis, Et amplius quiddā
 à nobis ine consequuturum, arbitrabar, præmiāq; laurā
 quæ numero æquarent eos, qui essent interempti, ut
 pote q non p̄sentibus modo malis nos levarim, verum
 etiam futurorum formidine, quiq; stabilem pepererim
 libertatem nullo relicto, qui scelerum capeffat successio
 nem, verum interim tantis rebus strenue p̄actis, in di
 scrimen adducor, ne præmio fraudatus à nobis discedā
 ac ne solus non feram recompensam, quam leges à me
 servatae præstint. At qui contradicit, is mihi videtur
 non Reip. studio (quemadmodum ait) hoc facere, sed
 quod extinctos esse illos graviter ferat, atq; eum qui il
 lis mortis author extint, ulcisci conetur. Vos igitur iudi
 ces mihi paulisper attendite, dum tyrannidis mala, tār
 etsi ipsi op̄ime nostis, cominemoro. Siquidem hoc pacto
 futurum est, ut et bñficii mei magnitudinē itelligatis
 et ipsi plus capiatis voluptatis, reputantes nimirū qui
 bus sitis levari malis. Neque enim quēadmodum alijs
 quibusdam sæpenumero accidit, iūdem Et nos simpli
 cen, atq; unicam servitutem expectabamus, nec unius

TYRANNICIDA

Domini violentiam tolerabamus, verum soli omnium, quos similis habuit calamitas, duos pro uno tyrannos habebamus, et in geminas contumelias distrahebamur infelices. Porro senex multo erat moderatior, quippe ad iras lentior, ad supplicia segnior, & ad cupiditates tardior, utpote cui iam aetas uehementiam impetus cohiberet, uoluptatumq; cupiditates refrenaret. Quin ad suscipienda maleficia filij instinctu impelli ferebatur, ipse alioqui non admodum tyrannicus, nisi quod illi moreni gerebat. Siquidem indulgens in filium supra quod credi queat, erat, id quod re declarauit, ita ut filius illi esset, omnia illi parebat, per uim faciebat, quicquid ille iusserat, supplicio afficiebat quoscunq; praeceperat, ac prorsus in omnibus illi obsequium dabat. In summa, filius in patrem tyrannum quendam agebat, pater filij cupiditatum satelles erat. Tametsi huic propter aetatem honorem cedebat adolescens, soloq; imperij nomine temperabat, tamen res, & caput tyrannidis erat ipse. Et quod tutamentum, praesidiumq; principatui, ab illo mutaretur, scelerum tamen emolumentis solus fruebatur. Ille erat, qui satellites continebat, qui custodias obtinebat, qui tyrannidem affectantes e medio tollebat, qui infidias formidabat, ille, qui castrabat Ephebos, qui coniugia uiolabat, illi uirgines producebantur. Tum si qua caedes, si qua exilia, si qua pecuniarum expilationes, delationes, contumeliae, ea omnia iuuenis temeritate gerebantur. Porro senex ille obsequebatur, comitemq; scelerum sese praebebat, ac comprobabat dumtaxat filij sui flagitia. Itaque cum ea res nobis erat intoleranda, propterea quod cum animi cupiditatibus ex imperio potestas accedit, nullum

flagitijs modum imponunt, tñ illud in primis discuti-
ciabat, quod prospiceremus diuturnam vel æternam po-
tius seruitutem eam futuram, & per successionem aliq-
post alium domino tradendam Remp. populumq; ho-
mini scelestæ hereditatis instar obuenturum. Nam id
alijs spem non exigam facit, quod apud sese reputant,
quod inter se dicunt, at mox coercebitur, at mox demo-
rietur. Paulo post liberi sumus futuri, uerum de his ni-
hil eiusmodi sperabatur, quin potius iam intuebamur
paratum tyrannidis heredem. Vnde factum est, ut ne
aggredi quidem quisquam fortium ciuium, & qui ea-
dem, quæ ego animo statuisset, auderet. Sed desperabar
tur ab uniuersis libertas, atq; in expugnabilis tyrannis
uidebatur, quippe cum esset cum tam multis confligē-
dum, ac dimicandum. At menihil ista deterruerunt,
neq; perpenſa negotij difficultate refugi, neq; ad suscipi-
endum discrimen trepidari, uerum solus, solus inquā
aduersus adeo ualidam, uariamq; tyrannidem, uel nō
solus potius, sed gladio comite conscēdi, quippe qui mi-
hi sit auxiliatus, mecumq; ex parte tyrannum intereuer-
rit, cum mors mihi interim ob oculos obuersabatur. At
ediuerso perpēdenti, quod publicani libertatem, mea cæ-
de redempturus essem. Ergo ubi in primam irruissem
castodiā, neq; mediocri negotio satellites submonissem,
occidens interim, in quem incurrissem, & quicqd obsu-
staret amolens, ad ipsum negotij caput ferebar, ad uni-
cum tyrannidis robur, ad nostrarum calamitatum fon-
tem, atq; irrupto arcis propugnaculo, cum uiderem il-
lum foriter tuētē sese, multisq; uulneribus resistentē, iā
occidi. Et tñ tum erat sublata tyrannis, iā tñ mihi cōfer-

TYRANNICIDA

factum facinus. Ex eo tempore liberi omnes, nisi quod reliquus adhuc erat, senex solus, inermis, nudatus custodijs, iamq; amisso magno illo suo satellite, desertus. Neq; deinde dignus foris dextera, ibi nimirum mecum ipse Iudices hac animo reputatam. Cuncta mihi pulchre habent, cuncta confecta sunt, cuncta eò, quò destitutam, perducta. At eum, qui reliquus est, quo tandem modo pœnas dare convenit? Me quidem, meaq; dextera nequaquam est dignus, præsertim si post splendidum facinus, iuvenile, atq; magnificum interimatur, priorẽ illam cædem dedecoraturus. Carnifex aliquis querendus est illo dignus, verum post calamitatem, ne vel hæc ipsam lucrifaciat, videat, discrucietur, appositum habeat ensẽ, huic reliqua mando, hæc ubi mecum statuissem, ipse quidem illinc discedo. At ille peregit, id quod ego prædiuinaveram, tyrannum occidit, summamq; meam imposuit fabulæ. Ad sum igitur popularem administrationem vobis adportans, cunctisq; bono iam ut animo sint, edicens, ac libertatem annũcians. Iam meis frui mihi factis. Vacua, sicut videtis, sceleratis hominibus arx. Imperat nemo, quin & magistratus creare liberum est, & causas agere, & ex legibus contradicere. Atq; hæc omnia vobis mea confugerunt opera, meaq; fortitudinis, videlicet ex una illa cæde, post quam pater iam vivere non quibat. Æquum itaq; censeo, ut his pro meritis debitum mihi à vobis præmium donetur, non quod lucri avidus, aut sordidus quispiam sim, nec is, qui mercedis gratia de patria bene mereri statuerim, verum quod præmio cupiam officia mea comprobari, neq; repudiari, aut inglorios fieri conatus meos, si velut irritum, præmioq; indigni

indigni iudicentur. At hic contradicit, negatq; equum
facere me, qui decorari munere, præmiūq; ferre cupi-
am. Neq; enim tyrannicidam esse me, neq; quicquam à
me, pro legis sententia confectum esse, uerum facinori
meo deesse quiddam, ad hoc, ut præmiū postuleri.
Percontor igitur illum, quid præterea regis à me? Nō ne
libertatem perperi? Num quis imperat? Num quis iur-
bet? Num quis minitatur dominus? Num quis nocen-
tium manus effugit meas? haudquaquam dixeris. Sed
omnia plena pacis, omnes restitutæ leges libertas mani-
festa, democratiā stabilis, inuiolata connubia, pueri tur-
ti uirgines absq; periculo, publicamq; felicitatem solen-
nibus feriis celebrat ciuitas. Quis igitur horum omnium
author? Quis est, qui illa sustulit? hæc peperit? Etenim
si quisquam præ me dignus honore sit, cedam præmiū,
desistam à petendo munere. Quod si solus omnia pere-
gi audens, periclitans, ascendens, interimens, exercitiās,
alterum ultus in altero, quid mea calumniaris officia?
Cur facis, ut populus parum erga me gratus existat? At
enim nō occidisti tyrannum. Porro lex tyrannicida præ-
miū decernit, uerum dic mihi, nunquid interest, utrū
ipsum interimas, an mortis cām ministros? Mea profe-
cto sententia nihil. Verum hoc solum spectauit legis cō-
ditor, libertatem democratiā, sceleratorum sublatior-
nem, huic honorem decreuit. Hoc præmio dignum iu-
dicauit, quod quidem inficiari non potes, quin mea con-
tingerit opera. Etenim si occidi eum, quo occiso ille nō po-
terat uiuere, nimirum ipse eadem peregi. Ego occidi, sed
illius manu. Itaq; ne discepta de cadis modo, neque il-
lud expende, quemadmodum interierit, uerum an iam

TYRANNICIDA

perierit, & an quod periit, id illi à me sit profectum. Quandoquidem & illud excussurus mihi uideris, atque his aduersus bene de Reip. meritos calumnijs usus. Siquis non gladio, uerum lapide, ligno'ue, aut alio quouis pacto peremerit. Quid porrò si fame tyrannum obsedissem, ad mortis necessitatem compellens? num ibi quoque requisitus eras à me cædenti mea ipsius manu peractam? aut desiderari adhuc quiddam diceres, ad id, ut legi factum à me satis uideatur, atque id cum scelestum, acerbius etiam, atque atrociori mortis genere trucidassem? Vnum hoc dumtaxat spectata, hoc require, hoc excute, quis nocentium reliquus? aut quæ metus expectatio? aut quod calamitatum uersigium? Quod si purgata omnia, si pacata profecto Sycophanticum est, modum rei gestæ calumniarum præmio frustrari uelle, quod ips, quæ uirtute confecta sunt, debeatur. Equidem & illud inemini disertum in legibus, nisi forte propter diuinam seruitutem oblitus sum eorum, quæ ab illis dicuntur. Causam mortis esse duplicem, puta, si quis ipse occidat, aut si non ipse quidem occidit, neq; manu facinus peregit, uerum compulsit, præbuitq; mortis occasionem. Ex æquo & hinc quoque lex censet supplicio affici oportere. Idque iure optimo. Neq; enim statuit minus ualere oportere audaciā quā facinus, ac postea supernacaneum est cædis rationem, uiamq; spectare, deinde hunc, qui sic occiderit, tãquam homicidam pœnas oportere dare censebis, ac nunquamquam absoluendum esse, at in e, qui per omnia consimili modo Reip. iniui, non censes ea capere oportere,

quæ ijs debentur, qui beneficio iuuerunt. Neq; enim illud dicere possis, me quidem imprudentem fecisse, sed exitum quendam commodum, fortuito fuisse consecutum præter animi sententiã. Nam quid præterea iam formidarem, eo, qui ualidior erat, interempto? Cur autem gladium in uulnere reliquissim, nisi planè quod erat euenturum id ipsam prædiuinassim? Nisi forsan illud dices, hunc, qui extinctus est, tyrannum non esse, neq; hanc appellationem in illum competere, neq; uos nullum præmij hoc nomine, si ille fuisset occisus, decreturos fuisse. Atq; istud dicere non queas. An tyranno interempto, ei, qui cædis causam ministravit, præmiũ negabis? O curiositatẽ, de illo laboras, quo pacto interierit? cum interim libertate fruaris? aut ab eo, qui Democratiã restituit, nescio quid superuacaneum præterea requiris? Atqui lex (ut fateris) caput rei gestæ spectat. Quæ uero ad id conducunt, ea omnia missa facit, neque iam ultra curiosius excutit. Quid enim, an si tyrannum exegerit quispiam non is iam tyrannicidæ præmiũ cepisset? cepisset opinor, idque iure optimo, siquidem & hic pro seruitute libertatem peperisset. At id, quod à me patratum est non exilium habet, non in posterum instaurandæ tyrannidis, metum, uerum absolutam sublationem, totiusq; generis interitionem, omneq; malum radicatus excisum, & mihi per deos, iam ab initio ad finem usq; (si uideatur) rem totam perpendite, num quid eorum, quæ ad leges pertinent, sit prætermissum, & num qd in me desideretur ex ijs, quæ tyrannicidæ oportebat adesse. Principio mentẽ prius oportet suppetere fortẽ, et amari

TYRANNICIDA

tem Reip. quæq; pro communibus commodis periculū
 adire non recuset, quæq; privato suo interim multitudi
 nis incolumitatem ausit redimere. Num hac parte quæ
 quam mihi defuit? Num frangebat animo? Num cum
 præscireni per quæ pericula mihi perirumpendum eēt,
 per ignaviam refugi? profecto non potes dicere. In hac
 interim parte tantum commorare, atq; æstima, an non
 uel uoluisse tantum ista, ac statuisse, præclarum facinus
 futurum fuisse uideatur. Ac putato me solius animi, uol
 untatisq; argumento præmium postulare tanquā qui
 beneficio iuuerit. Tum si uoluntati meæ facultas defuis
 set, uerum alius post me tyrannum occidisset, dic mihi,
 num absurdum, aut ingratum fuerat dare præmium?
 Maxime, si dicerem ciues uolui, statui, aggressus sum, uol
 untatis experimentum dedi, solus dignus sum, qd præ
 mium feram. Quid tum responsurus fueras? Nunc por
 rō non hoc dico, sed insuper ascendi, piclitatus sum, atq;
 innumerabilia prius, quā iuuenem occiderem, patra
 ui. Neq; enim usque adeo facilem, factūq; procliuem esse
 rem existimetis, custodias perirumpere, satellites oppri
 mere, unumq; hominem tam multos amoliri. Cū istuc
 penē maximum est omnium, quæ sunt in tyrannici
 dio, totiusq; negocij caput. Nam ipse iam tyrannus non
 magnas res est, neq; expugnatus, neq; confectus difficilis,
 uerum ea, quæ timentur, continentq; tyrannidem, quæ
 quidem si quis superarit, is nimirum cuncta, quæ desti
 nauit, peregerit, & per pusillum est, id quod superest.
 Sed ad tyrannos peruenire nunquam mihi contigisset,
 ni prius, qui illum cingunt, custodes oppressissem, oēsq;

satellites ante debellassem. Nihil adhuc addo, uerum in his rursus immoror. Custodiam oppressi, satellites superavi, tyrannum incustoditum, inermem, nudum reddidi. Vtrum his rebus confectis non tibi uideor honore dignus? an adhuc cadenti ipsam à me requires? Quin etià si cadenti quæris, ne ea quidem desiderabimur. Non sum incruentus, uerum cadem peregi, magnam, ac strenuam, nempe iuuenis ætate, ac uiribus florētis, atq; omnibus formidandi, per quem ille ab insidijs erat tutus, cui uni fidebat, qui complurium satellitem instar erat. An non igitur quæso te premio dignus iubeat, sed tantis rebus gestis honore fraudabor? Quid enim si satellitem unum, atq; adeo quid si tyranni ministrum quempiam interemisssem? quid si seruum aliquem charum? an non hoc quoq; magnum uisum fuisset, conscendisse, mediaq; in arce, medijs in armis, aliquem è tyranni familiaribus ingulare? Nunc & hunc ipsum, qui occisus est, cuiusmodi sit, considera. Filius erat tyranni, uel tyrannus potius, crudelior, dominus intolerabilior, ad supplicia dirior, ad contumelias uolentior, quodq; est maximum hæres, ac successor omnium, quiq; in longum nostras calamitates posset prorogare, uin' hoc solum mihi confectum esse, ipsum uero tyrannum uiuere adhuc, fugæ eripsum? Iam hoc noie præmii postulo. Quid dicatis? Nō dabitis? An non & illū uerebamini? An non dominus, an non grauis, an non intolerandus erat? Porro nunc negocij caput, deniq; ipsum perpendite. Etenim quod hic à me requirit hoc quàm fieri potuit pulcherrime confectum. Tyrannumq; aliena cæde occidi, non simpliciter,

TYRANNICIDA

nec vulnere uno, id quod fuerat optatissimum illi, uir
 delictet tantorum facinorum sibi conscio, sed postea quā
 illum prius multo dolore excarnificassent, tum quod ni-
 hil habebat charius, miserabiliter prostratum coram
 oculis ostendens puta filium in ipso æui flore, tametsi
 scelestum quidem illum, attamen & ætate uigentem,
 & patri similem, sanguine, taboq; oppletum. hæc ni-
 mirum sunt parentum uulnera, hi gladij uerorum ty-
 rannidarum, hæc mors digna crudelibus tyrannis,
 hæc ultio tantis sceleribus congruit. Cæterum protinus
 interire, protinus excidere sibi, neq; huiusmodi ullū spe-
 ctare spectaculum, profecto nihil habet tyrannico sup-
 plicio dignum. Neq; enim ignorabam uir egregie, non
 ignorabam inquam, neq; quenquam alium lauit, quā-
 ta ille charitate filium sit persecutus, adeo ut illo extin-
 cto, ne paululum quidem temporis sibi in uita moran-
 dum esse fuerit ducturus. Atqui haud scio, an omnes
 patres, hunc ad modum affecti sint erga liberos, uerū
 hic etiam ultra reliquos habebat quiddam, idq; merito
 quippe qui conspiceret, illum unicum esse, qui curaret,
 seruaretq; tyrannidem, quiq; solus pro patre pericula
 susciperet, & tutamen imperio adderet. Itaq; si non ob
 charitatem, certe ob rerum desperationem sciebam il-
 lum protinus exiturum e uita, perpensurum enim,
 iam nihil esse, cur uelit uiuere, adempto tutamine, qd
 illi filius ministrauerat. Nimirum effeci, ut hæc omnia
 illum agnatum circumsisterent, forma, dolor, desper-
 ratio, formido, quiq; in posterum imminabant, metus.
 his aduersus illum auxilijs sum usus, atque ad extremū

illud consilium adegi. Interijt itaq; nobis orbis, excruciatuſ, plorans, lachrymans. Luxit luctum, non illum quidem diuturnum, uerum qui ſatis magnus eſſet patri. Poſtremo, quod eſt omnium acerbiffimum, ipſe ſibi necem conſciuit, quod quidem mortis genus, præ cæteris miſerrimum, nulloq; atrocius, quàm ſi per alium inferatur, ubi mihi gladius? Num quis alius eñ agnoſcit? Num cuius alterius hoc geſtamen erat? Quis eum in arcem induxit? Ante tyrannum quis eo eſt uſus? Quis eum ad illum miſit? O' enſis particeps, ſucceſſorq; ueorum egregie factorum, poſt tanta pericula, poſt tantas cædes, contemnimur, & indigni præmio iudicamur. Nam ſi huius tantum nomine præmium à uobis poſtulareni, ſi ſic dicerem Iudices, tyranno cum mori uellet, cum id temporis inermem ſe deprehendiſſet. meus hic illi gladius inferuiuit, & ad conſequendam libertatem auxilio fuit uniuerſis, hunc quoq; laude, præmioq; dignum iudicaſſetis. Porro domino tam popularis rei non gratiam reſtuliffetis? Non ne inter eos, qui de Rep. benemeriti ſunt, ſcripiſſetis? Non ne gladium inter ſicra monimenta conſecraſſetis? Non illum ſecundum deos uenerarenini? Nunc mihi conſyderate quæ ueriſimile eſt feciſſe tyrannum, q̄ dixiſſe, prius quàm ſi bi mortē conſciſceret. Gñ inuenis à me trucidaretur, ac nultis etiā uulneribus cōfoderetur, idq; in his corporis partibus, q̄ conſpicuæ magis, magisq; ſint oculis obulæ uideliret ut quàm maxime diſcruciaret eum, q̄ genuerat, quoq; primo ſtatim conſpectu perturbaret, miſerabiliter inſclamabat, parentem implorans non adiutorem, nec

TYRANNICIDA

opitulatorem, quippe qui senex iam esset, atq; invalidus
verum domesticarum cladum spectatorem. Nam ego
interim discesseram, author qui fueram totius trago-
diae, relinquens actori cadaver, scenam, gladium, reli-
qua, quae ad actum fabulae pertinebant. At ille astans,
ubi filium conspexit, quem habebat unicum, semivivum
sanguinolentum, caede conspersum, nimis vulnera perpe-
tua, plurima ac letalia, hunc ad modum exclamavit.

O nate extincti sumus, interempti sumus, tanquam ty-
ranni iugulati sumus, ubi mactator? Chi me servat? Chi
me relinquit? qui qui. Iam dudum propter occisum
te filium extinctus, nisi forte me tanquam senem contē-
nit. Ac lento supplicio me conficiat, producatq; mihi mor-
tem, reddatq; mihi cadenti longiorem. Atq; haec locutus
ensem quarebat. Nam ipse inermis erat, propterea quod
per omnia filio fideret, verum ne is quidem deerat, ut
qui iamdudum fuerit à me paratus, atq; ad facinus fu-
turum relictus. Euulso igitur è caede gladio, atq; è vul-
nere exempto, ait. dudum me occidisti. Nunc finem ma-
lis impone gladio. A des patri lugenti solamen, senilem
q; inanium, & infelicem, adiuvam, iugula, tyrannum
occide, luctu libera, utinam prior in te incidissem, utinam
in caede priorem occupassem locum. Occidissem qui-
deni, sed tanquam tyrannus duntaxat, sed qui crede-
rem mihi superesse ultorem, nunc autem tanquam or-
bus occumbo, nunc tanquam cui desit mactator. At-
que haec ubi diceret, gladium adegit, tremens, neque sat
potens. Cupiebat quidem, verum non suppetebant vir-
res ad facinus exigendum. Quot hic supplicia? Quot

uulnera? Quot mortes? Quot tyrannicidia? Quot præmia? Postremo spectastis omnes inueneni didici prostratum, nec exiguum profecto, neque mediocrium uirum opus, ac seneni huic circumfusus, atque amborum sanguinem commistum, libertatis illam, et historicalem uictimam, meique gladii facinora. At gladius ipse in medio amborum, declarans quàm non indignum se domino præstitit, testansque, quod mihi fidam nauasset operam. Id si à me ipso fuisset patratum, minus fuerat futurum. Nunc autem illustrius est ipsa nouitate. Atque ego quidem sum is, qui tyrannidem sustuli. Ceterum actio in multos est distributa, quemadmodum in fabulis fieri consuevit. Ac primas quidem partes egi ipse. Secundas autem filius. Porro tertias tyrannus ipse. Nam gladius omnibus inseruiuit.

ERASMVS ROTERODAMVS RI-
CARDO VVITFORDO BRI-
tano docto, iucundoq; ami-
co. S. P. D.

Um annis iam aliquot totus græca-
nicis in litteris fuerim Ricarde cha-
rissime, nuper quo cum litteris lati-
nis redire in gratiam, latine de-
clamare cœpi, idq; impulsore Tho-
ma Moro, cuius (ut scis) tanta est fa-
cundia, ut nihil non possit persuadere uel hosti, tanta
autem hominem charitate complector, ut etiam si salta-
re me, reslinq; ducere iubeat, sim non grauati obtem-
peraturus. Tractat ille idem argumentum, & ita tra-
ctat, ut nullus sit omnino locus, quem non excutiat, eru-
atq;. Neq; enim arbitror (nisi me uehemens in illum fal-
lit amor) inquam naturam finxisse ingenium hoc uno
præsentius, propius, oculatius, argutius, breuiterq; do-
ctibus omni generis absolutius. Accedat lingua i genio par-
tum morum mira festiuitas, salis plurimū, sed candidi-
duntaxat, ut nihil in eo desyderes, quod ad absolutum
pertineat patronum. Quare non hoc animo laborem
hūc suscepi, ut tantum artificem uel æquarem, uel uin-
cerem, sed ut cum amico omnium dulcissimo, q cum
libenter soleo seria, ludicraq; miscere, in hac ingeniorū
palæstra quasi colluctarer, idq; feci eo libentius quod ma-
gnopere cupiam hoc exercitū genus, quo nullum aliud
aque singiferum, in ludis nostris aliquando instaurari

Neq; enim aliud esse in causa puto, quod hac nostra tē-
 pestate cum tam multi sint, qui scriptores eloquentissi-
 mos evolvant, tam pauci tamen existant, qui non infan-
 tissimi videantur, si quando res oratorem poposcerit.
 Quod si tum Ciceronis, Fabijq; authoritatem, tum vete-
 rum exemplū secuti in huiusmodi μελετῶν diligēter
 à pueris exerceremur, non esset opinor tanta dicendi in-
 opia, tam miseranda infantiā, tam pudenda balbuties,
 etiā in ijs, qui litteras oratorias publice profitentur.
 Nostram declamationem ita leges, ut eam me pauculis
 diebus luisse cogites, non scripsisse. Hortor autem, ut &
 Moricam conferas, itaq; iudices nunquid in stilo sit di-
 scriminis inter hos, quos tu ingenio moribus, affectibus
 studijs usque adeo similes esse dicere solebas, ut negares
 illos gemellos magis inter se similes reperiri posse. Vtrū
 q; certe ex æquo amas. Vtriq; vicissim ex æquo charus.
 Vale meum delitiū Ricarde festinissime. Ruti. Ad Cal-
 lendas Maias. M. D. VI.

DECLAMATIO DESYDERII
ERASMI, NON ILLA QVI
deni uersa, sed quæ superiori declar
inationi è Luciano uersa
respondeat.

I mihi causa hæc iudices, apud con
cionem popularem, quæ studiis poti
us, quàm exacto rerum iudicio, du
ci consuevit, esset agenda, ac nō ma
gis apud Iudices ex honestissimis
ordinibus delectos, nimirū grauissi
mos, sapiētissimosq; non nihil profecto uererer, ne om
niū animis noua hæc, & insperata læticia gestiētibz,
atq; (ut ita dixerim) exultantibus, neque satis attentos,
nec dociles essem auditores habiturus. Porro fauentes,
beneuolosq; multominus, q̄ppe qui frontem modo, qua
siq; p̄sonam huius negotij intuentibus, non faciem ipsam
propius contemplantibus uideri fortasse possim, in com
muni totius ciuitatis gaudio, tum autem in causa tam
populari, uelut importunius obstrepere, atq; obturbar
e. Enim uero cum omnis affectus inutilis est ad recte
iudicandum, tum ingens, intemperans, atq; exundans
læticia, non solum iudiciū omne funditus tollere solet
uerum etiam nostri sensum non raro nobis eripere, præ
sertim (si quæ admodum hæc nostra) post graues, diu
urnasq; calamitates, ac uelut tempestatem sæuissimā,
repente, præterq; spem, quasi portus quidam fuerit, ob
iecta. Quid autem tā acerbum liberæ multitudini, q̄ ser
uicus? Quid tam dulce, quid tam exoptatum, quàm li

bertas? Itaq; non rebus modo ipsis, sed uel inanibus harum rerum uocabulis, plebis animam queat ad quidlibet impelli, maxime primis his aliquot diebus, dum gaudiorum adhuc uelut æstus qdam impotens, omnia sursum ac deorsum miscet, dum læticiæ tumultu, dñ gratulandi dulcis qdam ebrietas pectus occupas, animum ad cogitandum instituere non finit. Verū uestra Iudices singularis sapientiā, prospicacitasq; non hoc tantum scrupulo me leuat, uerum & hanc mihi fiduciam suppeditat, uti sperē futurum, ut hoc contradicēdi munus, qd equidem nec inuidentiā, nec fauore in tyrannidem (sicut iste calumniabatur) sed solita mea & ut opinor, nota Reip. charitate suscepi, uobis non modo non inuidiosum, sed fauorabile, plausibileq; uideatur. Etenim postquam uiderem manifesta quadam deorum benivolentiā, post diuinā, ac miserrimam illam seruitutē, toties Reip. uotis expetitā libertatē, aliquādo contigisse, nihil prius curandum nobis esse iudicari, q̄ ut gratos nos exhiberemus in eos, à quibus nobis tam egregia felicitas esset profecta, quo uidelicet numus suum huic urbi proprium, perpetuumq; facere uellent, & constabilire, meriq; quod largiri non essent grauati. Meminisse q; iisdem in manu esse, ut eriperent in gratis, quod optantibus dedissent. Sunt autem uel primæ gratitudinis partes, intelligere uidelicet, cui beneficium acceptū ferre debeas. Et hac una ratione mortales diuinæ beneficiæ gratiam referre possumus, si beneficiū acceptum agnoscamus, si celebremus, si ad illos authores referamus. Neque mihi committendum putari, ut diu nimium candidi in ciuem esse uolumus, in deos ingrati,

impijque reperiamur. Neque enim istoc nomine nunc inde
 laboratur, ne hoc premij pereat aerario, et huius lucris
 accrescat (quanquam id quoque longa iam tyrannide ex
 haustus est, quam ut inde temere dari premia conveni
 at immerentibus) illud agitur, ne dii immortales, qui hu
 ius male consulta, nobis verterunt bene, hoc tantum mun
 us a nobis tanquam ingratum reposcant. Si quod ipsis
 solis debetur honoris, laudis, gratiae, id illis fraudatis
 in hominem contulerimus. At quem hominem obsecro?
 Nempe, qui cum prius contra leges inueni occide
 rit, atque hac temeritate sua restituta libertatis periculor
 sam occasionem modo praebuerit, idque adeo imprudens
 (ut mox docebinus) non veretur pulcherrimum tyrannici
 da titulum diis eripere, sibi arrogare Reip. diem dicere, ac
 leges ipsas in ius vocare, civitatem ingratitudinis rem age
 re, nisi sibi totam hanc felicitatem ferat acceptam. Nul
 lum quidem Iudices, facinus speciosius tyrannicidio, nul
 lum diis dignius, verum hoc impudentior, qui sibi lau
 dem tam eximiam usurpat immeritus. Nullum premi
 um honestius, illustriusque, quam quod tyrannicide de
 betur, sed hoc impensius, accuratiusque spectandum, ne
 temere decernatur indigno. Per multa siquidem, permul
 ta ad id requiruntur, ut hoc tam egregio titulo, ut hoc
 tam diuino premio dignus quis esse videatur, quorum
 nihil in hunc competere paulopost euincemus. Proinde
 cum non toleranda improbitatis mihi videatur, qui
 legibus tum homicidij, tum temeritatis poenas debeat,
 eum a legibus premium omnium maximum petere,
 petere dixi, immo flagitare, et ita flagitare, ut etiam si
 unum, ex huius arbitrio dependerint, tamen multa in

*super isti creditori sunt debiturae, quae cuncta cum posu-
lare iure posuisset, maluit tamen homo uerecundus, uni-
co persoluto reliqua sibi deberi, ut haberet nimirum quod
obnoxiae Reip. quoties libido sit, possit improperare.
Tum illud utrum risu potius, an odio dignum existi-
menti, quod in tribunalibus, quod apud ornatissimum
seuerissimorum Iudicum confessum. Thrasonem quene-
dam nobis e comedia retulit? Sensistis Iudices, ut e cor-
rona plerique risum tenere nequierint, dum personatus
iste Hercules tragediam illam suam nobis recitabat, de
se se, terque quaterque tyrannicida, de sapiente illo gladio
commilitone suo, qui per se prudens senem interemit, di-
gno, uidelicet, qui inter sydera collocetur, domino in deo-
rum numerum relato. Dij boni quibus phaleris, quibus
fucis, quibus ampullis facinus illud nobis suum or-
nauit, iactauit, exaggerauit, quam militari iactantia,
quam stentore a uoce, quam fastuoso uultu, quam arrogan-
tibus supercilis, quam stupidis oculis, suum ipse nobis
encomium detonabat? Quaso Iudices ut etiam nunc ho-
minis uultum diligenter attendatis, nonne uobis mi-
mitari uidetur? nonne dicere, ni mihi praemium decre-
neritis, haud feretis impune, incolumi diuino illo in eo,
ac forosissimo gladio, qui uel sine me meas uices, ubi lu-
bebit, acturus est? Quis tandem istam ferat iactanti-
am, uel in eo, qui uere tyrannum occidisset? Hac quo-
que me causa Iudices (neque enim inficiandum est) com-
monit, ut huius obsisterem petitioni, uel magis ut im-
moderatam arrogantiam, ut odiosam huius imputatio-
nem reuunderem. Videbam iam inde ab initio, cum cer-
tatim uniuersa ciuitas dijs libertatis authoribus grata*

retur, ut hic sese ira tuens in medium ingesserit, quod in-
digne tulerit victimas dijs seruatoribus immolatas? Si-
bi hunc honorem eripi, sese unicum esse restitutæ liberta-
tis authorem proclamabat, leges, aras, focos, omnia
publica priuataque, sua dextra, suo magnifico gladio de-
beri. Agite quid futurum denique indices augramini, si
ad huius intolerabilem iactantiam, uestra authoritas, ue-
stra comprobatio, si premeum quasi pignus accesserit? Quid
nisi ut tyranno submoto, alter quidam huic ciuitati pa-
retur, qui uentose lingue, gloriaque quasi tyrannidem
quandam exerceat? Qui quotidie nobis odiosam istam
suam Tragœdiam ingerat? quotidie dextram istam her-
culanam, et gladium prodigiosum minitetur? Vtrum
est hoc Indices tyrannide liberari, an mutare tyrannum?
Videtis ipsi quod minaci fronte me iam obueatur. Quid mi-
hi succenses? Quid minitaris oculis? Quid terres super-
cilio? An mihi non licebit libertate in contradicendo (tuo
scilicet munere) uti, cum tu sic abutare? qui liberum ti-
bi putaris (id quod etiam in proscenio leges fieri uetant)
crimen tam atrox, tam capitale in ciuem impingere, ta-
tum quia lubuit, idque apud Iudices iuratos, in tam fre-
quentem ciuium coronam, quod nequeas uel leuissimo con-
firmare argumento, siquidem quod reliqua gloriose, tam il-
lud impudenter dicebas, mihi nullam fuisse causam,
quare tibi contradicendi partes susciperem, nisi quod ty-
ranni necesse, quæ me discruciaret scilicet, uelâscerer. Quo-
quidem tuo exemplo si uicissim in te liberet uti, mox in-
telligeres, quod atrociora, quanto probabilius in te possint re-
torqueri. Nam tuum istud tam inuidiosum (queniad-
modum tu quidem existimabas) conuiuium, me longe
minus

minus etiam territabat quam (quod vulgo dicunt) ex/
pelui redditum fulgur. Etenim præterquam quod neq;
affinitas, neq; cognatio, neq; necessitudo, neq; emolumentum, neq; propterea alia res ulla mihi cum tyranno inter/
cessit. cur mea referret illum vivere, sine quibus rebus
nullam in quenquam criminis habere suspensionem, ut
quoq; scires, nisi nunquam tribunalia vidisses, ac nisi ho/
die denique te lucelli spes fecisset iureconsultum, eadem
arbitror, in eam fidem, integritatem, pietatem, totamq;
meam vitam sic huic Reip. spectatam esse, ut isto crimi/
ne tibi potius improbitatis odium, quam mihi suspicio/
nem ullam conciliaris. Vides quam multis adductus sim
causis, ut tibi obisterem. Denique (si scire vis) bona civium
pars id à me enixissime flagitavit, ut sui patrocinium ad/
versum te capefferem. Negantes sibi videri tyrannide libe/
ros sese, nisi te à tyrannicidæ præmio deicerem. Non quod
pudeat homini debere hanc felicitatem, tamen si id quo/
que durum, ei debere, qui sic imputet. Sed debere arro/
gantem, sanè quam molestum est, at debere, cui non deber/
as, istuc vero non gravissimum modo, verum etiam stul/
tissimum. Equidem ne lenoni quidem vel verbo refran/
ger, si modo is promereatur, sed obnoxium esse tam im/
portuno imputatori, cum quod nihil inkerit, id vero bis mi/
serum est, bis stultum est. Nullus. n. insolentius expro/
brat beneficium, quàm qui quod non dedit, id vult dedisse vider/
i. Sed finge mihi nullam esse causam, cur tibi me oppo/
nerem, nisi quia sic animo lubitum sit meo, profecto nihil
habes, quod mihi iure succenseas. Etenim cum apud Iudi/
ces, tam sanctos agatur. Si vere præmium meruisti, non tibi
honorem eripio, verum etiam vehementer illustro, quando

Erasmus

I

non paulo magnificentius est tyrannicidæ præmiū
 euicisse, quā nūllisse. Sin minus, æquus ueniam dabis,
 si boni ciuis fungor officio, si nullo meo emolumento
 Remp. debitū præmij ream defendo, si stultitiæ crimen,
 si imprudentiæ infamiam à ciuitate depello, si non sino,
 ut nostro omnium periculo hæc urbs in deos existat in
 grata. Postremo si deorum immortalium causam ago,
 quibus honorem debitum tu conaris interuertere, uel
 hinc sat liqueat, quanta religione reliquam causam ege
 ris, qui statim ingrediens tam impudenter sis calumniat
 us. Cōtradiat igitur contra Remp. fauet tyrāno. Quā
 quam ego illud quoq; libera ciuitatis esse iudico, hoc lo
 co, uel tyrannorum causas citra fraudem agere licere.
 Neq; tamen à uobis postulo iudices, ut uel mihi prosit in
 causa hoc meum erga Remp. studium, uel huic obfit tā
 inscens arrogantiā, immo non deprecor inuidentiæ sus
 picionem, non refugio uel atrocissimam illam, quam
 iste mihi conabatur impingere, inuidiam, ut tyranno fa
 uisse uidear, nisi certioribus, quā ut à quoquam refelli
 possint, argumentis euinco, nisi denum & aduersa
 rio persuadeo, modo ne tergiversetur, ut quā maxime
 civiliter quis agat, nullum ei deberi præmiū, sin ex
 actius, seueriusq; pœnam etiam ab ipso deberi. Quæ qui
 dem dum quā potest breuissime facio, quæso iudices,
 ut me attentis animis, atq; auribus audiat. Memini
 stis iudices, ut iste inter dicendum subinde nobis cona
 tus sit ob oculos ponere, id unum spectare iusserit, quan
 tis malis sublata tyrannide, sumus leuati. Hoc passim in
 culcabat, hac re bonam orationis partem occupabat,
 nihil nos aliud perpendere uoluit, nisi quod grām ser

uitatem tolerassemus, nunc optata libertate fruieremur.
Nimirum id tantum uos spectare uoluit, quod ad hoc
iudicium nihil atinebat. Neq; enim hoc in quæstionē
uenit, quàm misera sit tyrannis, quàm optanda liber-
tas. Sed de illo cognoscitis iudices, cum libertas huic ur-
bi sit restituta, quāta hinc laudis portio huius uirtutē de-
beat, & an id, quod euentū cum huius facto coniun-
ctum est, idem cum eius merito coniunctum uideri
oporteat. Relegam autem eadem uestigia, quibus ipse
in causam ingressus est, quod equidem refellendi ge-
nus simplicissimum esse puto, sequarque partes illas,
quibus isterem secuit, id nimirum agens, ut queniad-
modum ingeniosi coniuatores iisdem carnibus alio,
atq; alio modo coquendis, cōdiendisq; efficiunt, ut mul-
ta obsoniorum genera uideātur, iūdem iste nobis ex uni-
co homicidio multa facit tyrannicidia. Repetam igitur
ordine gradus illos, quibus iste facinus suum sibi uisus est
mirifice attollere, & in quibus identidem resistabat, quā-
si me deturbant, uel in uno quolibet consistere poterit,
tum ipse sese uictorem pronunciet licebit. Quot tyrann-
nicidia (inquit) quot præmia? Primum quod uolui, de-
inde quod conatus sum. Tum autem quod filium occi-
di plus q̄ tyrannum. Postremo quod pater ob mortē hu-
ius sibi necem conscivit. Principio quod uoluit iudices,
quis non leuius esse uideat, quàm ut sit refellendum? nē
si quod iste tanta uoce intonabat, toties inculcabat, quod
tyrannum uoluisset occidere, atq; id (ut nihil iam acce-
deret) tamen præmio dignum assenerabat. Quid au-
tem tam ridiculum, quàm nudæ uoluntatis præmium
à lege flagitare? quæ adeo nihil ad se pertinere putat,

quid uelint, aut in animo statuāt homines, ut neq; pœnam irrogent, siquid uelis modo perperam, neq; præmiū ostendant, siquid officiose uelis, uerum ad unumquemq; uoluisse interpretatur, quod nulla ui coactus effecerit. Ergo ne (inquies) non magna facti pars est uoluisse, quod quidem arduis in rebus, uel solum sufficere solet? Recte sanè. Sed apud deos modo, quippe quibus solis perspicuum est, quid nolis, aut uelis, ab his præmiū expectandum, siquid præclarum animo conceperis. Lex hominum uices agit, & quid in obscuris illis finuosi cordis specubus mortales agitent, adeo sua referre nihil putat, ut (non dicam abdita, aut suspiciosa) sed ne ea quidem admittat, quæ populari sunt opinione, fama; iactata. Postremo ut non nisi cōperta recipiat, non audiat nisi quæ sunt certissimis argumentis deprehensa, probata, euicta. Cedò quod est facinus tam nefariū, cuius simplex uoluntas in crimen unquam est uocata? Ista iudicia Æacī, Rhadamantibiq; tribunalibus seruantur. Hic mihi non quid uolueris, sed quid feceris, adfero. Quod si nulla lex ulli flagitio supplicium minatur, quod in animo statueris tantum, quæ tandem est impudentia, pro merito, quod præstare uolueris duntaxat, perinde quasi præstiteris à lege præmiū postulare? Quæ quidem cum ad id unum sit comparata, ut maleficia uel deterreat, uel coerceat, multoque magis ad eius partes pertineat, nocentibus erogare pœnam, quàm bene merentibus largiri præmia (id quod mox copiosius demonstrabimus) posteaquam in criminibus non accipit infimulationem inera uoluntatis, quæ te in petendis præmijs ostentationem uoluntatis admittet? Quis autē

est civium, vel quantumlibet ignavis, qui non velit tyrannum occidere, si tutò liceat? Quis non vel leno, saltem emolumentì causa velit? denique, quis non facile simulare possit voluisse se, videlicet quo præmiũ gratis auferat? his itaq; dicam, quantum hoc totum habet at momenti, voluisse occidere, nèpe perinde est, quasi te somnariis occidisse. Par pari p̄sari convenit. Qui p̄stitit b̄n̄ficiũ ei lex beneficiũ rependit, at qui bene voluit tantũ, ei quid debetur, nisi ut vicissim bene velit Resp̄. Inunc, & hoc in gradu nos iube consistere. Rem tam eximiam (inquis) animo versavi, statui, decrevi, an præmiũ negabitis? Non fraudaberis præmio, si istoc nomine postules, verum illud interim præmiũ feres, velut homo nimium perfractæ frontis, irrisus, explosus, exhibitus discedes, quem non puduerit id a lege postulare, quod ne leno quidem ausit à quoquam petere, ut rē pro voluntate auferat, nemo tam vecors, qui concedat, ut voluntatem nescio quam, hoc est minus quam verba, pretio redimat. At non volui tantum (inquis) verum & periclitatus sum, ascendi, submowi satellites. Primum istuc tu quidem consulte facis, quod de gradu illo desilisti, in quo nimis profecto incommode stabas, quanquam ne in hoc quidem multo commodius constiteris. Nam etiam si paulo minus absurdum videatur, haud ita multo minus impudēs tamen est, cum lex palam præmiũ decernat ei, qui factum præstiterit, te qđ conatus modosis, præmiũ poscere, ergo ne hoc quidem iuris erit apud te legibus, quod per illas est cum privato cum civē privato? Age, quid si quis civium tecum iniisset contractum, ita ut ille pecuniam stipulatus, tu cōdis

tionem pactus esses, mirum mihi suo uterque periculo, atque is non dum præstita conditione, minus his verbis abs te petat, Cedo mercedem, conatus sum, tentavi, adnatus sum, an non profinus impudenti homini respondebis. cedo conditionem? Nam de tuo conatu quid mea refert quandoquidem effectum abs te pactus sum, non conatus, Puta tandem verbis tibi nunc respondere legem. Agnosco contractum, non muto pacta, debeo præmium, sed si tu conditionem præstisti si tyrannum occidisti, verbis aut obligantur, aut absolventur homines. Si conato pollicita sum præmium, non gravabor dare, sin ei, qui facinus peregrisset, quod tandem ius est tafferre, quod es stipulatus, me non ferre, quod sum pactus? In privatis, ac minutis contractibus, nemo tam improbus invenitur, ut lucrum conditione promissum postulet, non præstita conditione, nemo tam stultus, ut det, si quis postulet, Et tu à Rep. maximum omnium præmium postulas, quod conatus modo sis? Nihil mihi nisi migas adfers. donec illud unum audiam, quod te præstare oportebat, nolui inquis, ascendi, perrupi custodias, submoni satellites, quantum iam est illud, quod superest? Quid adhuc desideras? Nempe nihil in te desidero, præter illud cui soli debebatur præmium. An non dum intellexisti, in istiusmodi contractibus, duplex esse periculum, quorum alterum ad hunc tantum, alterum ad illum proprie pertineat, videlicet persolvendam mercedis, Et præstandam conditionis. Ego meo periculo præmij dependendi onus recipio, neque tua referre putas, neque refert, quam angusta mihi res, unde contrahendum, quod debeam præmium. Tu in eadem conditio

nem tuo suscipis periculo, neq; mea quicquam interest quo sudore, quo periculofit ea tibi præstanda, Totam istam curam, totum hoc negotium tibi relinquo. Quod si ego iam præstita abs te conditione commemorem tibi in agris meis male prokenisse segetes, merces naufragio periisse, nihil auelli à malis debitoribus, non sine graui dispendio conflare posse pecuniam, quam tibi debeam, dic obsecro, non ne nugas agere me dices, negas horum quicquam ad te pertinere? Hoc uno modo posse satis fieri tibi, si pecunia numeretur. Neq; quisquam est iudex tam iniquus, quin te tuo uti iure fateatur. Et mihi pulchre satisfactum existimas, si tu mihi Tragediam adferas, quantum adieris periculi, quantum sudorum, quantum uigiliarum exhausseris, dum studes præstare conditionem? Res est (mihi crede) calumniosior, scrupulosiorq;, quam ut legibus tam occupatis conueniat, alienam expendere uoluntatem, alienos pensulari conatus, quorum suos quisq; nimio selet aestimare, non suos difficile est ad amissum perpendere. At facti facilis est aestimatio. Proinde ea in legis cognitionem cadit, huc reliqua illa consuevit metiri. Tam etsi non piget interdum æqui, boniq; rationem habere. Verum in his libris, quæ de uetere illa formula pendunt, inter bonos bene agere oportet, at in contractibus, quæ neq; ui, neque dolo coierunt. qd est, qd à præscripto recreatur, nisi quis uelit omnino à pactis discedere? Quid uis? Circûspice & si potes usquam inuenire exemplum non nego præmium. Sæpenumero in pugilum olympicis, sæpe in certamine spectator (opinor) sedisti. Cedò, nunquando uidisti quēquam tam impudentem, q palmā sibi hocno

minè uendicaret, quod strenue certasset? Non arbitror, atq; id in re penè ludicra, certe ad uoluptatem comparata. Et tu in tam serio, omniumq; splendidissimo negotio, id tibi postulas, quod in scenicis illis pudeat, uel impudentis sinum tentare? Age quoties & illud uidisti euenire, ut q se se fortissime, doctissimeq; gessisset in cursu, is à pmo longissime abesset, & ignauissimo faueret euentus, habeat ille sanè, quod causetur excidisse habenas, consternatum equum fractam rotam, iactet se uel arte, uel uiribus tanto præcellentiore, quanto Thersite præstint Achilles, nisi metam prior attingerit, profecto postulandi premij ius nullum habebit, fortunam suam incusare licebit. Caterum Agonothetæ non indignabitur, propterea quod hoc animo in certamen descenderit ut eius uireretur conditione. id est ita denum præmium ferret, si uirtutē fortuna fauente, uicisset. alioqui si conatu non tantum effectui præmium deberetur, tot palmis esset opus, quot in olympicum certamen uenissent.

Quamquam in huiusmodi ludis qui solennitatis, uoluptatisq; gratia proponuntur, fit interdum ut uictis quorūque præmia statuuntur, non honoris, sed solatiij gratia, uerum serijs in rebus, atque adeo periculosis, quamnam obsecro lex unquam mercedem statuit, nisi si quis facinus peregisset, & ita peregisset, ut omneis numeros impleat? A quo tu quātum absis, mox audies, nam nunc de conatu tantum agimus. Lex igitur ciuicam promittit coronam ei, qui ciuem in bello seruarit. Quis unquā adhuc honorem uel aspirauit, quod se telis obiecerit, quod non sine multis uulneribus discesserit? profecto nisi ciue seruato, nemo ciuicam petit. Quis unquam his

uerbis muraleni petijt? Acriter contendi iudices, ut inge-
nia superare, Omnia feci, sed depulsus sum. Quan-
tumlibet enisus sit, nisi consensu nullo, nemo tam in-
uerecundus, ut muraleni coronam sibi deberi dicat.
Obsidionaleni nemo flagitat, nisi depulsa obsidione.
Postremo nullus honos petitur, nisi ab eo, qui id effecer-
rit, ad quod honor inuitat. Qui nauim in tempestate
desertam ad litus perduxerit, huic ex lege uendicatio
est earum rerum, quæ nauì uehebantur. Quorsum atti-
net hic tuam iactare peritiã, sudores, pericula, conat-
tus? Nihil non feceris, quonauem in tutum reduceres,
sed uictus tempestate deseruisti. Audebis quicquã ex his
quæ sunt in nauì, tibi uendicare? Aut si ausis, futurum
speras, ut quisquam te uel pilum sinat attingere? Non
opinor, Siquis, unquam orationeni supplicationeni, tri-
umphum obtinuit, quod ad uictoriam omnibus uentis
esset enisus, quod gnauiter se gesserit in bello, nisi super-
rior discesserit, nisi præscriptum à lege numerum hosti-
um fuderit. Aude & tu tibi præmiũ promittere, quod
tyrannicidium sis aggressus. Quod si nemini hominũ
memoria contingit, desine tibi noua spe blandiri, desine
inaudito exemplo postulare, quod sperare sit improbi-
simũ, dare postulanti stultissimũ. Noli nobis con-
memorare, quanto capitis periculo murum arcis cõscẽ-
deris, qua uirtute satellitum tyrannicum perruperis,
alios depuleris, alios occideris, quorum maximam par-
tem tibi liberum est fingere, ad obtinendum tyrannici-
dæ præmiũ duobus dũtaxat uerbis est opus, tyrannũ
occidi, quãtũuis conatũ exaggeres, alleues attollas,
nō nisi tyrannicidæ debetur pmiũ. Alioqui, quid dices

si eodem illo die, quo tu arcem conscendisti, permul-
 titer aggressi, sua quisque virtute freti, quorum nemo ta-
 men tyrannum interemisset? Vtrum omnes tyrannici-
 da premio possentur ex aequo, nempe quia conati? Age,
 quid si multis strenue rem aggressis uni cuiquam, qui sit
 omnium ignavissimus (ut non semper virtuti respondet
 fortuna) eum contingat interficere, an non praeteritis re-
 liquis hic unus honorem auferet? Quamobrem tandem?
 Non quia plus adierit periculi, sed quoniam id contigit
 cui lex honorem decrevit. Hic tu fortasse rursus incipi-
 es deplorare, frustra sumptam operam, negabis aequum
 esse virtutis egregios conatus merito fraudari premio,
 nisi fortuna suffragio adiuvetur. Sed quae tandem po-
 test esse iniqua conditio, quam nemo compellitur accipe-
 re, nisi cui cordi sit? Quantumlibet iniqua conditio pro-
 ponitur, eam nimirum facit aequissimam, quisquis suapte
 sponte recipit. In aleae ludo (si fas est hoc exemplum co-
 ferre) quid iniquius, quam vel summum artificem ab
 imperitissimo superari, si modo iactus commode cadat.
 Atque id adeo nemo tanquam iniquum causatur, pro-
 pterea quod cui lusus huius lex non probatur, ei liberum
 erat non suscipere. Itaque lex quid praestari velit, id pa-
 lam, atque in medio proponit. Quod abs te praestari pos-
 sit, id tibi relinquit expendendum. Illa nihil mavult, quam
 ut res quamoptime cadat. quod si posteaquam nihil iam
 intentatum reliqueris, quominus effeceris, per fortunam
 stetit, intelligis, opinor, nihil habere te, quod legi succen-
 seas. Fortunam (si ita lubet) in ius voca. Cum lege ni-
 hil tibi rei, quae ut nihil promittit, ita nihil debet, nisi
 praestanti. Neque vero existinemus iudices, istud à maior

ribus, qui hanc legem tulerunt, sine summa ratione fuisse factum, ut conato premium non esse statuendum putarent. Videlicet illudauerunt, non tantum ne acciperent istas, & inexplicabiles huiusmodi de conatu lites inuitarent, verum etiam quod intelligerent tyrannici doli conatum non posse nisi summo civitatis periculo suscipi. unde futurum prospiciebant, ut si conatus premium stituissent, temeritate conantium Respu. subverteretur potius, quam restitueretur. Etenim tyrannis quid aliud est, quam grave, capitaleque civitatis ulcus? Huic si quis medeatur, ei merces digna proposita est, quam ita de manu ferat, si remedium presentaneum attulerit. Verum huic malo neminem oportet admolari manu, nisi si certum artificem, qui sua diligentia, peritiaque fretus, non sinat hoc licere fortunæ, ut dum ipse salutem dare conatur, illa vitam penitus eripiat. Quid utrum tu igitur in eiusmodi discrimine, conatum premio iudicas invitandum esse, an potius poena deterrendum, nisi quod conatus est quispiam, idem praestiterit. Nec illud te subleuat, quod mihi videbare ratiocinando colligere. Cum lex in maleficijs poenam irroget simplici sceleris molitioni, par esse, ut multo magis in beneficijs conatus habeat rationem. Nam oportere legem multo propensioreri videri ad compensandam virtutem, quam ad retaliandam culpam. Atque vide quæ hic tota erras via. Principio non animadvertis hoc tyrannici doli facinus toto genere à reliquis discedere, propterea quod aliorum molitio cum privato molientis periculo modo coniuncta est, huius cum publico Reip. discrimine copulata, ut temere moliri tyrannicidium, nil aliud sit, quam temeritate privata, rem

omnium prodere. Deinde lex nec in quouis crimine, in qualencunq; conatum in questionem uenire sinit, uerum in paucis duntaxat, quæ uel propter insignem atrocitatem hoc odij merentur, uel eiusmodi sunt, ut prius exitium adferant, q̃ conatus dent significationem.

Quod genus paricidium, ueneficium, prodiño. Postremo non uides nihil esse simile, totaq; natura rationeq; discrepare, pœnæ legitimam irrogationem, & honoris largitionem. Nam alterum quidem proprie legum munus, alterum, quasi quædam de iure concessio, legis q; candor (ut ita dixerim) quidam est. Hoc ita habere, sic denum intelliges, si reputes, quàm multa sint, quæ lex iubeat addita pœna ni pareas, quàm multa item uetet, nisi obtemperaris, supplicium minitans.

Contra, uix unum, atque alterum esse, ad quæ præmio sollicitet. Quædam enim eiusmodi sunt, ut durum ac seruuile uideatur ad ea ueni mali adigi, quo de genere sunt uxorem ducere, operam dare liberis, hic lex nimirum urbanus, ac uerecundius tecum agit, patris non magistratus sumit habitum præmio ad id inuitat, quod alio qui gratuito te præstare decebat. Rursus alia, tametsi id genus sunt, ut à quouis non improbo cūe præstari uelle oporteat, tamen & fortiora uidentur, quàm ut à multis præstari queant, et periculosiora quàm ut multi uelint suscipere. Nam inhumanum uidetur cuiquam uitæ suæ contemptum imperare. Ad hæc igitur præmio animat, quasiq; celat addit uirtuti. Proinde non oportet hanc legum indulgentiam longius trahere, quàm ad quæ semet ipsa astringit. Nec mirandum est, si attentior, si uigilantior, si exactior est in proprio, na

in aliq; in munere suo, quàm in eo in quo pro temporis ratione in alienas partes descendit. Huic astipulatur illud, quod novis etiam criminibus exemplum aut novum nova lege solet institui, aut à simili lege mutuo sumi. Neq; tamen idem fieri consuevit, si quis qd novi facinoris cum laude patrauit, ut præmium à consimili constitutione decernatur, nisi lex extet, quæ nominatim honorem statuatur eius facto, quod roget uix habebit, qd postulet haudquaquam. Cur enim legi necesse sit passim civium suorum officium mercede redimere, quādo quidem ne sit impunita improbitas, id publicitus omnium refert at probus esse nemo gratis potest. Quid autē est, quod non uel gratis patriæ debeat civis, cui si uel animam impenderis, quid mirandum, si quod acciperas id restituis? Ut supplicio dignus sis, nisi parenti pietatis officium persolvas, non præmium ilico tibi debeatur si persolvas, iādem. Siquid in leges committas, non potes effugere supplicium, at non statim illæ tibi præmium debituræ sint, siquid cum officio feceris. Nam si cives omnes sese in officio continerent, ne opus quidem esset ullis legibus, quippe, quæ non ad bonos mores comparatæ, sed malis è moribus natæ sunt, id qd uere uulgo dictitant, ac pharmaci uice fungantur. Finge itaq; nullas eē leges, quēadmodū de aureo Saturni seculo fabulatur poetæ, suo quēq; spōte fungi officio, an tu hic clamabis perire benefacta, quod nulla lex præmium decernat? Vt lex non minatur nisi improbis, ita non pollicetur optimis civibus. Quorsum enim opus promisso, cum uirtus absoluta, abunde seipsa contenta sit? Proinde petere, quod illa non sit pollicita, profecto plus quam

impudentissimum est, improbe flagitare, quod ea candidè, civiliterq; promiserit. cuius est probitatis non satis spectata. Tu quid inerneris, paulo post excutietur, interim finge sanè, præcipuam quandam utilitatem attulisse, cui tamen ex lege præmium non debeat. Vtrum proñus clamitabis in frugiferum fuisse officium, civitatem in ius vocabis, plebem ingratam vociferabere, minitabere iudicibus nisi tibi mercedē ex animi tui sententiā decernant? An poñus ipsam virtutem abunde magnum sibi præmium iudicabis, oblectabis te conscientia recti, hunc esse maximum fructum officij duces, qđ de alijs citra tuum emolumentum benemerēdo, ad deorum benignitatem videaris accedere? Nimirum hæc tibi futura sunt satis, si modo cuius sis optimus. Quod si nō contentus istis, aliud adhuc nescio quod præmium desideres, certe maximo proximum est gloria. Hoc tu iā propemodum tulisti, quāto metiris precio, volitare per ora mortaliū, celebrari, laudari, digitis notari mille, oculos omnium in te coniectos circumferre, ista, inquam, vel maxima præmij pars, nam pecunia sanè quā exiguū momentum adfert, tu conatus dumtaxat es, per magna porñio, vel caput poñus ipsum tuo deest facinorari. At cum interim his rebus frueris, dum non occiso tyranno, tamen velut tyrānicida celebraris, quæso te quā tula pars abest à tuo præmio, quod latuitus eras, etiam si tyrannum occidisses. Postremo istuc ipsum præmium penè dixerim invidendum mihi videtur, quod iam tibi licuit toties Reip. tyrannicidium imputare, quod in celebri iudicio tibi contigit honestissimum præmium flagitare, & in tam frequēti theatro spectante Rep. ma

gnificam istam tuam tragœdiam peragere. Mihi uide-
tur iudices beneficij tulisse grâtiâ quisquis exprobrare
beneficiûm ponit. Tu fortunæ, tu deorum munus im-
putas ciuitati, & sunt fortassis, q̄ tibi libertatē acceptâ
ferant. An hæc tanta p̄mia contemnis? quæ uel hero ty-
rānicidæ sufficere debuerant, nisi lex maluisset præmio
conatû ab effectu distinguere. Quāquam nullû me her-
cle p̄mîum magis congruit ei, qui tyrānum conatus sit
occidere, nec occiderit, q̄ ut illi cōtingat tyrānicidæ præ-
miû sperare, nec ferre tamen. Hiccinē erat ille gradus,
in quo nos tecum commorari iubeas? Quāquam hoc
nomine tuus conatus minus proineretur p̄mîû, q̄ aliorū
proposito fortuna modo defuit, tibi uolūtas, ut ais. Effec-
cisti, quod uoluisti, id qđ erat necesse, nec fecisti nec uolui-
sti. Sed iā dudum aliûm gradû (ut uideo) circumspectas
in quem te recipias. Nam in hoc quācūq̄ citra omnem p̄-
miij spem consistas, intelligis. Age, sequemur te per om-
nia, & aliunde aliò fugitantem persequemur, nec usq̄
finemus consistere. At qui non tantum aggressus sum in-
quis, uerum etiam occidi, nempe filium, atq; id facinus
in duo secas tyrannicidia, & quod filium sustuleris
plus quā tyrannium, tum tyrannidis successorem. &
quod parenti, necato filio, mortis causam ministraris.
De illo mox, nunc hoc cuiusmodi sit, inspiciamus. Parē-
tem ais abs te, iugulato filio, eadem occisum opera. Ner-
gas enim referre, qua uia p̄meris, modo sustuleris, im-
mo splendidius istuc uideri uis, q̄ tuo qđ ē ense, uerū ipsi
us dextera sit interceptus. Hæc tã honesta iudices ora-
tio possit parum attentum fallere, presertim hoc rem-
fucis illis suis, & phaleris uēditante, dñ nobis oboau-

los ponit, validum illum, florentemq; iuuenem, sic pa-
 tri adamatum crebris uulneribus confossum, parentē,
 senem, miserum, illi circumfusum, eodem exanimatum
 ense, sanguinem utriusq; interea se confusum. Ista quidem
 dictu splendida, sed quid ad tuam causam attinent? Ne-
 mo tam cæcus, qui non uideat, nemo tam effrons, qui
 neget, spectaculum illud multo oīum iucundissimū exti-
 tisse ciuitati, cū senem tyrannū iuuenē uideret incubētē,
 exanimē exanimi, et in altero gauderet sese leuatū ma-
 lis præteritis, in altero futurorum metu. Hæc cum per
 se maxima, cum Reip. sint gratissima, quid attinet uer-
 bis exaggerare? Illud unum in hoc iudicio uertitur,
 utrum tibi acceptum ferri oporteat, quod pater sine cō-
 trouersia tyrannus occisus est, an fortunæ, superumque
 dexteritāt, quod enim tuo gladio peremptus est, id ue-
 ro quàm est futile, nihilq;. Quid si tuo gladio ab eo, qui
 eum utendum abs te rogasset, tyrannus esset necatus,
 num tu proinus tyrannicidæ præmiū petiitum ueni-
 res? Lex occisori pollicetur honorem, tu eum ingulasti,
 de quo certe controuersum esse poterat, tyranni nomine
 censendus esset, nec ne, eum, de quo nihil erat dubitatio-
 nis reliquisti. Si prudens, prudens excidisti à præmio, sin-
 metui, multo minus etiā causæ est postulandi muneris,
 uerum illud tute uehementer urgebas, uti prudens, no-
 lensq; reliquisse uiderere. Sed quod tandem erat istud
 tuum consiliū, cum tibi sic in manu esset, nō toto me-
 tu liberare Remp. sed ultorem tui facinoris, & uerum,
 certumq; tyrannum relinquere? intelligebas (ut ais)
 omne negociū confectum, extincto iuene, propterea
 quod modis omnibus futurum præscires, ut senex ilico
 sibi met

sibi in eodem gladio necem conscisceret. Videte iudices in manifestissimo mendacio qua rima conatur elabi nisi diuinandi scientiam commentus fuisset, non poterat hinc explicare sese. Siquidem hæc uel augur, uel aruspex, uel uates dices, fortasse nonnullos inuenires, qui ista prædicanti fidem essent habituri. Nunc quid impudentius, quid uanius? quid ueri dissimilius, quam asseuerare, id certum præscisse te, quod tale sit, ut quiuis alius exitus potius fuerit expectandus? An coniecturis es affectus, id euenturum, quod euenit? Ad quid aliud effici coniecturis poterat, nisi ut uel sperares, uel suspicarerere? Porro in re tam ancipiti, quæ dementia erat spem incertam sequi, discrimen certum negligere? Sed audiamus obsecro, certas illas coniecturas, quibus hic noster uates præsentit inopinatum omnibus exitum. Iam ætate fessus erat inquis, iam uiribus defectus, nec obtineri iam autumabat posse tyrannidem, adempto filio. Tum indulgentius amabat, quam ut filio uellet esse superstes. Nonne sentis hæc adeo non esse naturæ rerum consentanea, ut iam oïbus uideantur esse confutata, uel prius quæ refellantur? Vtrum seni mentem ullam fuisse putas an non putas? Si non putas, fieri potuit, ut illi tutum uideretur, quod neutrumquam erat tutum, atque ita protinus toto falleris augurio. Sin putas sapuisse, cur erat, quod usque adeo diffiderat? Quasi uero tyrannus uiribus dumtaxat unius hominis, ac non multo magis ingenio, uersutia, calliditate, largitione, crudelitateque contineatur, quæ omnia si magis in senem, quam in adolescentem competunt, cur tu in diuersum torques augurium? An non illa ætas usu rerum callentior est? an non alius dissimulat? an non

cauet diligentius? an non prospiciat oculatius? irascitur
 implacabilius? tenacius iniuriæ meminit? meliusq; in
 longinquum consulit? His solis rebus imperium tyran-
 nicum administratur. In militiæ duce, quantum est
 illud momentum, quod corporis vires adferunt? at in ty-
 rannide profecto multo minus. Cur magis illum terre-
 ret ademptus filius, quàm extinctus satellites quispiã au-
 dacior? cum arx superesset, approbe munita, superessent
 opes, arma, satellitum ingens agmen, tot in ciuitate fa-
 ctiosi, potentesq;, qui non solum tyranni partes adiua-
 bant, uerum etiam tyrannos agebant. Quos equidẽ spe-
 ro nunc nobis non esse metuendos (nolim enim infausta
 ominari) at ita tamen ne nimium secure negligantur,
 usque adeo ne senem cruda, uiridiq; (quod omnes no-
 runt) senectũ callidum, animosum, ambitiosum, nõ stul-
 tum, una filij mors cõsternauit, ut rebus desperatis pro-
 tinus è uita sibi migrandum duxerit? Presertim cum ille
 patris dominatum nihilo reddiderit tutiorem, sed multo
 indiuisiorem, idq; ob libidinem, atq; ætatis inso: etiã, te-
 meritatemq;, adeo ut expedierit propèmodum illi ad
 stabiliendam tyrannidem filium è medio tolli. Etenim
 quo propius ad iusti Regni speciem accesserit tyrannis,
 hoc minus est inuidiæ obnoxia, magisq; tuta. Iuuenis il-
 le solum hoc augebat, quod maxime tyrānos solet euer-
 tere. Vera illa tyrannidis munimenta in callidi senis pe-
 ctore erant collocata. Sed tenerius adamabat filium, q̃
 ut defuncto posset superesse. De matercula quapiam pri-
 uata loqueris, an de uiro sene, callido, crudeli, deniq; ty-
 ranno? Quid ego iudices in eo sermone argumentis cor-
 arguendo sumam operam, quem ipsa natura, quẽ mos,

quem communis omnium sensus repudiat? Quis unquam istuc audiuit? tyrannum usque adeo pio in liberos fuisse animo, ut non dicam commori uoluerit, sed conuiuere commode quierit? Credite mihi priuatorum isti sunt affectus. Tyrannus neque quid natura, neque quid pietas, neque omnino quid sit officium nouit. Exiit hac omnia, simulatque tyrannum induit. Omnia commodis, omnia metui, omnia necessitate metui. Solos hos amat (si quos tamen ille amat qui uel deos ipsos odit) quos aut metuit, & tollere non diu expedit, aut quorum opera, ministerioque ad fulciendum imperium indiget. Quod si illos ille posset amare, similes certe sui diligeret, impios, uiolentos, rapaces, scelestos, quando nihil ad conciliandam charitatem efficacius morum similitudine. At qui ne improbi quidem illi chari sunt, nisi quatenus adiuant. Adeo ut praeposterum, uel peruersum potius quendam stoicum tyrannus exprimat. Neque enim quisquam tam stoicus fuit, ut aequae uacaret omnibus affectibus, atque tyrannus, hoc modo illos discernit, quod philosophus honesto metuit sua consilia, hic commodo. An ille ullum pietatis igniculum in quenquam mortaliu sentire potuit, qui in patriam uitae parentem, altricemque, qui in caelites omnium bonorum authores, tam sit impius, ut illam crudelissima opprimat seruitute, horum phana despoliet, iura contemnat? Verum ut largiamur tibi non nihil, sinamusque te priuatos affectus in tyrannicum peccus, hoc est ignem in flumen transferre, an tandem persuadebis illud? usque adeo indulgenter illum ad rem esse filium, usque adeo in eum omnes uitae suae spes, uoluptates, opesque semel contulisse, ut illo subla-

to, ne minimam quidem uitæ causam sibi reliquam esse putaret? Repete, non dicam ex hac ciuitate, uerum ex uniuerso mortalium genere, nõ ex hoc seculo, sed ab orbe condito, & ab ipso (si uis) Promethei simulachro. Quotus quisq; fuit pater, quota quæq; matercula, quæ ob liberorum necem sibi fatum accersuerit? Naturalis hic dolor, & quem nemo ferè non modeste ferat, priuatis parentibus, uel indulgentissimus, muliercularum in temperatissimis affectibus mediocris luctus sufficit, tyranni in filium charitati non nisi sciam mortem satisfacturam esse tu lyncem prouidebas? Age hoc quoque tibi donamus, uicerit homo tyrannus priuatorum in liberos pietatem, uicerit indulgentia materculas omnes, qui tibi compertum esse potuit, utro se dolor paternus inclinaret in rabienem, an in desperationem? Quo diligebat impotentius, hoc erat probabilius, ut senex natura ferus, ciuibus insensus, uel maxime uellet esse superstes, uel ob id deniq; quo ueterem illam iram, nunc filij nece acerrime exasperatam, irritatamq; Reip. supplicijs saturaret. Quod si alias uitæ pertasum fuisset, hæc nimirum una causa poterat illum in uita retinere. Quid autem senili animo uindictæ cupidius? An nescis, quàm impotentes ætas illa concipiat impetus, quo rapiatur æstu, quo flare solet incendio, si quando atroci, insigniq; conuulsiua laccessatur? Quæ uero potuit esse atrocior, quàm filij cades, sic amari, ut tu quidem ais? Hæc nimirum quicquid in illo fuerit unquam crudelitatis, quicquid senilitatis, quicquid immunitatis, si qua sanguinis sitis, si qua suppliciorum fames, deniq; si quid tyranicum, id omne semel de integro poterat excitare, quasiq; renouare. Mi-

nōra etiā animalia datæ orbitatis iniuria in rabiem solet agere, & tu tyranno (quo nullum animal immitis) nihil tale metuendum esse cernissimus augur existimasti, quod in tigribus videmus euenire? Quod si tibi uni compertum erat tyranno sic in delitijs esse filium, quid igitur aliud tua fiebat opera, nisi ut sauiſſima illa tigris, raptο canilo, in rabiem uersa, in miseram hanc ciuitatem dilaniandam, discerpendamq; insiliret? Id si nō euenit, magna dijs gratia, tibi magnum debetur malū, qui quantum ad te pertinet, tam diram belluam in nostra capita, fornuasq; immiseris. Elige nūc utrum malis, an uerum fateri nihil fuisse tyranno cum nostris affectibus commune, an confingere, sic adamasse, ut matricularū quoq; uicerit delicias. Certe neutro modo tua constabit diuinaſio. Quæ nisi constiterit, non est, quod ad eius rei laudem aspires, quæ fortunæ commoditate te imprudente euenierit. Postremo donemus & hoc tibi, ut præsciueris, et certum præsciueris, deo uidelicet quopiam te certiore faciente, nam alioqui fieri nequaquam potuit, perinde est, ac non præscieris, cum præscientiæ tuæ fidem legi facere non possis. Profer quibus prædixeris, id euenturū, quod euenit, doce quis deorum quando istuc tibi pronunciauerit. Nihil habes, quod dicas. Verum posteaquam rem feliciter euenisse uideres, tum demum post factum uates esse cœpisti, quemadmodum uulgo tum fieri, tum dici consuevit, post euentum stultos etiam sapere, et quo fortunæ beneficium uerbis in te transmoneres, tragiæ diam istam nobis cōminisci cœpisti, causas reperisti, quibus præscisse uideare. Sed dii boni, quæ non bonum poetam te præstiteris, qui tam inconsistentia, tam cum natura pugnantia

finxeris, sauiſſimum tyrannum ob pietatem erga filiũ ultro vitam fugiſſe. ob unius capitis nocent, tutum ſibi non putaſſe in vita commorari, cum omnia ſupereſſent quibus tyrannus & paratur, & obſtinetur, ſublato eo in quo omne tyrannidis præſidium collocarat, repente rebus ſuis diſſiſum, ad inferos abiſſe. Age mitto nunc argumenta, hæc omnia uera non ficta credemus eſſe, tametsi ne fucum quidem ullum habent ueri. Si mihi ex omni hominum memoria uel unum tyrannum potes nominare, qui liberos ſuos ſic adamarit, ut non ſpædones, ac pellacas longe prætulit, qui ſic illis indulſerit, ut non ſuſpectos haberet, obſeruetq; , qui ſic illis ſit ſiſus, ut non in barbaris quibuſdam latronibus ac ſeruis ſigmaticis plus quàm in illis fiducia poſuerit. Ego tibi permultos referre poſſim, qui filios ſic oderint, ut uiuos eſſe pati non poſſent, adeo metuerent, ut ne cibum quidem unà capere uellent, adeo diffiderent, ut tum demum ſe tutos eſſe putarent, ſiquis illos è medio ſubmoſſet. Nullus inuulior tyranni ſatelles, quàm filius. Ex extrema barbarie conductiũs manuũt ille ſicarios, fugitiuos, homicidas, ſacrilegos. His vitam ſuam manuũt committere, qui ſua patria frui non poſſint, & alienam euertere gaudeant, qui barbaricis, ſerinisq; uiribus antecellant, & gigantes illos impios referant, qui propter animi cupiditatem non difficile ad quiduis periculi ſuſcipiendum perducuntur, & propter ingenij feritatem à nullo facinore abhorrent. Hi ſunt idonei tyrannorum miniſtri, hi fiducia, munimentum, præſidiumq; tyrannidis nullo tuiſſimum. Hos ſiquid ademerit, cauſam uideatur. dediſſe, cur rebus tyrannus diffidat.

Nam filius qua tandem ratione dominatum sustinebat?
ætatē? ac unlior ætas grandior. Robore? unus erat.
Prudentia? magis sapit senectū. Custodijs, quas obtine-
bat? at si aduersum patrem obtinebat, mors illius seni etiam
am optanda. Si patris nonne, quid nisi unus satelles
ademptus erat? Nam custodiæ quo deficerent, nisi ad
eum cui alebantur? Tutor igitur erat futurus tyrannus
amotō filio. Res enim tyranno suspecta filius uiolentus
& insolens, propterea quod reliqui illi Barbari solo lu-
cro contenti sunt. Filius illud præmium spectat, tyranni-
dis successionem. Nec ullus pietati locus, ubi mentem
possidet dira regnandi libido. Ibi contemptis naturæ
legibus, & filium horret pater, & patris interitum
optat filius. Sed dicturis iandudum nescio quid mane
præsenſi, nihil inexpugnatum omittam, urges. Nisi præ-
ter modum adamauit filium, nisi diffusus est, cur sibi
mortem consciiuit? Istuc uero merito demirandum, quip-
pe quod præter omnium, ac tuam etiam spem euenit.
Verum ego nihil ad me pertinere puto, ut tibi rationē
reddam, quid illi dii in mentem immiserint, ut sibi uim
adferret, hoc tantum euincere sat est, te nullis coniec-
tūis hunc exitum certo præscire potuisse, quantumli-
bet amarit filium. tametsi causa non admodum obscu-
ra. Iam deorum siqui fuerunt huic infensi Reipublicæ. iras
diuturna nostra calamitas satiauerat. Iam propitios no-
stra uotæ, nostra sacra cōmemorant, aderat illud fatale
tēpus cū impius ille senex, dijs atq; hominibus dignas
admissorū pœnas daturus erat. Iā aderant ultrices Eryn-
nes, aderāt Furia, facibus, & bydris omnibus armatæ
hæ illi mentem adeinerunt, hæ uanam formidinē incus-

ferunt, hæc attonitum ad spontaneam sui cadem impa-
 lerunt. Nihil minus arbitrabatur, quam fugisse, qui filiū
 pereimerat, quam una cade contentum fere, quia quis
 deni una in te iure potes gloriari, quod tyrannum uehe-
 menter se selleris, uirum esse putabat, qui hoc facinus pe-
 regisset. Credebat esse talem, quales audierat esse solere
 tyrannos, qui magno suæ uitæ contemptu tyranni caput
 impeterent, qui non adorirētur facinus nisi ratione pro-
 be perspecta, qua possent perficere. Hanc suspitionē Pan-
 ille, aut si quis alius est deus nonis terriculis exagitabat
 Arbitrabatur instare sibi carnificem, sensit adesse neces-
 sitatem illam fatalem, quam nemini nocentium uitare
 licuit. Itaque quod huius urbis pietati, quod deorum boni-
 tati debetur, cur tu id phaleratis dictis in te trāsferre
 conaris? ubi discrimen erat subeundum, ibi fugitabas.
 Nunc ubi res præter spem pulchre cecidit, tutumque pur-
 tas, fortunæ laudem in te deriuas. Sed finge diuersum
 exitum fuisse consecutum. Pone tyrannum ira percitum
 passim ciues ad exquisita supplicia rapere, proscribere
 iugulare, in exilium agere, possessionibus exuere. Quid
 hic dices? Non fines opinor, eorum malorum causam
 in te, tanquam in authorem referri, & fortunæ argu-
 mento culpam deprecaberis. Negabis tibi imputandum
 esse, siquid fortuito præter propositum euenerit. At nunc
 non ne iniurium est, ut quod boni, fortunæ commodita-
 te præter spem euenit, id totum in te uelut authorem uel
 le traducere? Etenim te nihil expectasse minus, quam id
 quod euenit, uel ipsa res clamat. Si hoc animo conscē-
 disses arcem, ut filium, non patrem occidisses, credi pos-
 terat te talem quādam spem animo concepisse, nunc cā

*sū nesclo, an metu potius in iuuenem incidisti, & tum
deniq; diuina ista mens, & futurorum præsa-
ga, sed quæ non nisi post euentum sua prodat oracula, te corripuit
cum esset fugiendum. Ibi denum iudices in te tam tu-
multuosa, secum uelut ociosus consultare cœpit, utrum
senem sua dextra dignum existimaret. Ibi denum præ-
uidere cœpit fore, ut pater ipse sibi manus adferret. Et
quo commentum tam impudens iudices efficiat paulo
probabilius, quæ nec uidit, nec uidere ponit, ea perinde
descripsit nimirum (ut ipse iactat) Poeta, quasi spec-
tator assisterit, quid in mentem uenerit tyranno, quid
dixerit, quid fecerit, quomodo ferrum strinxerit. Eius-
dem profecto impudentiæ fingere præscisse se, quod esset
euentus consecuturum, & quod non uideris, id ita nar-
rare, quasi uideris. Quanto melius tuo commento id est
fabulæ sua fides constinisset si ita finxisses, te cum peremi-
pto iuene, stricto gladio ad senem ire destinasses, repen-
te à tergo adfuisse Palladem illam Homericam, & iam
euntem capillis reuocasse te, uenisse, ne tam luculentū
facinus senili cæde obscurares. sese citra tuam operam,
curaturam, ut ille suapte manu, sed tuo gladio peremi-
ptus gloriæ tuæ nihil tenebrarum offunderet, sed mul-
tum etiam adderet lucis. dehinc abditum te per rimā
contemplatum, uel (quod est te dignius) repente deam
sepsisse te nebula, ut tyrannicæ necis tutus, & ociosus
spectator assisteres, nec prius illinc discessisse, quàm ne-
gocium omne confectum uidisses. Hæc si cōsixeris, pau-
lo minus malum poetam te præstiteris. Sed ocium opi-
nor, non suppetebat ad oēs fabulæ partis commodè tra-
ctandas. Videlicet lucri cupiditate, te protinus ad p̄m̄*

postulandum rapiente. Nunc uel ipsa te prodit incons-
 stantia, figmentūq; cecarguit. In arcem ascendisti, quo ty-
 rannum occideres, neq; tum praeuidebas, quod sole ipso
 clarius uideri uis. In medio negotio subito nescio quis
 deus oculos tibi restituit, ut uideres futurum id, quod
 accidit. Porro si ueris fidem facere uoluisses, narrare de-
 bueras, quemadmodum nocturnus explorator, furtim
 arcem conscenderis, in aedes clanculum irrepseris, for-
 te fortuna obuius nemine, non dicam, ut tolleres aliquid
 sed ut experireris, si quod tuto facinus possis designare.
 Haec molienti commodum fauisse fortunam. Itaq; cum
 adolescentem solum, atque incustoditum offendisses (ut
 est ea nimirum aetas securior, periculiq; minus cogitās,
 praeterea diuturna tyrannis iam magnam metus par-
 tem exuerat) tum haud scio (ut mores illius erant) mul-
 to uino sepultum, atq; immodica libidine defessum, for-
 titer iugulasse scilicet, & somnum illi cum morte, id est
 germanum (ut ait Homerus) cum Germano coniūxis-
 se, deinde ubi iam cardines procul stridere cœpissent ex
 audito uidelicet morientis gemitu, ibi te metu exanima-
 tum ita fugisse, ut non uacaret gladium ē uulnere tol-
 lere, quem nec paricidae, nec sicarij scilicet relinquere ne
 deprehendantur. Interea domi latuisse te, iandudum de
 fuga cogitantem, & longinquas aliquas, semotasq; mū-
 di latebras animo circumspectantem, in quibus abdi-
 tus posses irritati patris senitiā fallere. Iamq; te ad spō-
 rantē exilium accincto, repente in uulgus exiisse famā
 liberam esse ciuitatem, Tyrannū unā cum filio iugula-
 tum, reliquos metu fugisse, authorem ignorari facinoris
 Ibi repente ad nouā tuæ fabulae catastrophē, immutase

se te animum, & q̄ prius de salute fueras scilicet, pro
tinus ad præmij spem arrectum fuisse, lucrique auiditate
prius q̄ tibi satis esset excogitata ratio, qua totam huius
inopinati cœventus laudem in te traduceres proflisse in
medium, id quod uidimus, clamitasse tuum illū esse
ensem, tuum facinus, non unum præmium tuæ uirtuti
fore satis. Hæc nemo non credidisset, sunt enim rerum
naturæ consuetudine, usu comprobata, omnium opinione
recepta. At tu, dum sedulo quidem, sed tamen parum ex
arte, tuam nobis præsentiam niteris persuadere, q̄ multa
comminisceris, non dicam tota facie à uero distantia,
uerum etiam cum sensu communi, cum more, cum na
tura penitus pugnantia, primū tyrannū tam matris fi
lium adamasse, ut sine eo uiuere noluerit. sic ob unius
mortem, metu fuisse consternatum, ut in uita manere nō
sit ausus, sic illi toto pectore fisiam, ut ipse nullas circum
se custodias haberet, adeo fracti animi fuisse, ut tam cha
ri pignoris truculenta cæde non poneret ad ultionem
inflammari, tam inuolidum, ut tua dextra fuerit indi
gnus. tam inermem ut nō illi gladium reliquisses tu
um, defuturum fuisse, quo se iugularet. Non uides q̄ nō
competat tam insignis in tyrannum pietas, tam secur
ra in eam ætatem fiducia, tantus metus, in hominem
excepto filio, reliquis omnibus præsidij munim, tan
ta consternatio in hominem tot periculis exercitatissi
mum, tanta imbecillitas in iratum? Quid igitur erat,
cur tu senem illum tantopere contempseris? ut indignū
habueris, q̄ tua ista magnifica dextera iuglaretur? Tu
ne indignum indicabas, quem occideres, cū eum Resp.
non putarit indignum, quem formidaret, quem maxime

mo suo cum dolore ferret? Non talem illum iudices nō talem sensimus, ut cuiquam contemnendus uideri debuerit. Neq; tu eum unquam contempsisti, nisi forte contēnere est, misere formidare. Sciebas arcem armis refertam, sciebas superesse satellites, quorum uel unus (si ferri vires deerant) sufficiebat iugulando tibi. Non ignorabas (id qđ nemo nostrum nescit) quantum uirum illi partim exercitatio, partim ingenij feritas, etiam in illa senectū reliquerat. Tum non te fugiebat, frigidū illud senium sic interdum acri dolore inflammarī ut iuuenibus etiam ualidissimis, saepenumero fuerit intolerandū siquando solium illud robur, quod ætatis gelu uelut obtorpuerat, magno aliquo animi motu recanduit? Quis autem tam inuvalidus est, ut non illi pudor, ira, dolor ingens vires suppeditet? Hoc erat uidelicet, cur tu filiū quam patrem malueris occidere, quod illum inopinātem, inermem, dormientem fortuna obiecit. Cum hoc pugnandum erat armato, uallato, irato denique. Hoc erat, cur gladium relinqueres, ratus ne tantisper qđ demorari tuum, dum reciperes, metuens uidelicet ne tantum illum sarcinæ te redderet in fuga tardiores. Reliquisti inuitus, quo tyranno prodi posses, sed prodi maluisti, qđ deprehendi. Neq; ego nunc formidinem tuam accuso, immo miror magis, quod pedibus consistere, quod fugere poneris, cum audires moueri tyrānicam familiam stridere arma intelligeres tibi non cum puero, sed cum uigilantibus uiris accēctis, armatis, sobrijs, irritatis, deniq; cum rabioso patre dimicandum esse, non quod illum usque adeo filij mors commoueret, sed qđ arbitrareretur, et haud scio an uere se petiū fuisse, dextrā mā

errasse tantum in filio. Inunc, & spera, non dicā hos iudices, viros omnium perspicientissimos, sed vel è media plebe quēquam esse tam mucosis naribus, cui nō subolerat, immo qui non planè odoretur, persentiatq; totam hanc fabulam abs te confictam. Et, quod poetæ sciunt. cum hærent in explicando Tragædiæ argumento, hanc veluti deam divinationem arte quadam induxisti, quo præfensionem tuam iudicibus præbares. Sine qua videbas præmiū obtineri nō posse. Sed occasionem (inquit) ministravi paternæ mortis, qui gladium, quo se feriret reliquerim. Atq; id solum non modo satis esse putat ad petendum præmiū, verum etiam meritum esse, ut ipse ens inter arma deorum consecratur, dominus pro deo præsentī colatur. O hominem suavem, si has spes vere concepit, impudentem, si cum non speret, postulat. Itā ne tyranno gladius erat defuturus, nisi tuum illum reliquisses? Tu in arcem arma, hoc est in sylvā ligna portasti? Nisi forte tuum illud ferrum magicis precaminibus erat imbutum, ut ultro ad mortis adegerit necessitatem. An vero nihil referre putas, quam præbeas occasionem, quomodo, quo animo? Primum gladium reliquisti, quo nihil minus deest tyranno, nunquam ferrū abest, non in cubili, non in triclinio, non in sacris. Reliquisti metu trepidus, tua quidem in re illud interim demiror, qua fronte eum gladium tuum ausis appellare, quem habueris pro derelicto. Metu inquam exanimatus reliquisti, quem postea receptum optabas, reliquisti, rem ancipitem? qd si tyrannus illum eundem ensē in civium iugulos destrinxisset? quid si eodem lectos aliquot ex huius urbis iuventute adolescentes filio suo in,

*ferias mactasset? Si tyrannum occidisti, quia tuo occisus
 est gladio, & horum omnium indigna cades ad te pti-
 nebit, quippe cuius ense peracta est. Id si non evenit, nihil
 ad te pertinet, nam anceps occasio quam in partem cadat,
 id diis in manu est, si bene verterit, nihil gratiae debetur
 ei, qui dedit imprudens. Sin male, temeritas imputatur.
 Neque enim culpa vacat, qui periculosam ministrat occa-
 sionem, quae si feliciter, mirentur omnes, sin infeliciter,
 merito accidisse dicant. At quanto probabilius erat fune-
 rum, ut tyrannus tuo ense alios in usus abuteretur. Scio
 me iudices hac pluribus refellere verbis, quam necesse vi-
 deatur, quippe tam finiola, verum id mihi propositum
 est, nullum illius argumentum non excussim, non ex-
 agitatum, non relictum praefermittere. Quare quaeso, ne
 pigeat ita ut ante hac fecistis patienter, atque attente co-
 gnoscere, dum hunc ab gradu firmissimo deijcio. Hic
 sibi vehementer fidebat, hunc acriter urgebat locum. Ne-
 gabat vitari posse quin praemium deberetur, quod pa-
 tri necis causam ministrasset, si non relicto gladio (nam
 hoc opinor, argumentum iam habet pro derelicto) cer-
 te necato filio. Nam ita in legibus disertum aiebat, ni-
 hil interesse, utrum manu sua quis occidat, an mortis
 causam praebet. Addebat aequum esse, ut cum in male-
 ficiis causam datam imputarent leges ad supplicium,
 multo magis idem observarent in beneficiis ad prae-
 mium. Hac aiebat meminisse sese in legibus esse disputa-
 ta, illud addens Thraconicum, nisi sibi diurna servitus
 legum memoriam oblitterasset. Non tu legum oblitus
 propter diuinam desuetudinem, sed nunquam quid si-
 bi velint leges inquisisse videris. Bis. n. hic erras, qui neque*

causæ data rationem, neq; dantis animum discernas, id quod legibus traditum est, nec animadvertis, lōge diuersam esse rationem, maleficij, & beneficij imputandi. Quid ais non iuris interpretes, itāne satis esse indicas uel ad pœnam, uel ad præmium, qualēcunq; quomodo cunq; causam dedisse? Nihil igitur refert, Hector an Aiacem occiderit manu, an gladium illum dederit, quo se postea confodit? Atqui hanc laudem nunquam ille sibi uindicasset, tamen si probabile uideri poterat, in eū usum hosti ab hoste datū fuisse ferrum. Quin ergo fabros ætarios omnes uel ad pœnam uocamus, uel ad præmium, quoniam armis in eorum officina perfectis aut ingulantur ciues, aut seruantur? Postremo cur hoc, quod tu petis, præmium, nō ensis istius tui opifex peti potius? Tyrānnus gladium erat habiturus, te nō porrigente, ut porrigere non poteras, nisi huius industria tibi ministrasset. Age si telo inter uenandū temere misso, forte tyrānnum uicinum interfecisses, clamares tibi tyrannicidæ deberi præmium? An potius nihil tibi deberetur laudis, quod imprudens, & inscius iaculū torsisses? Immo in ius potius uocandus esses, q̄ missi teli temeritate ciuē (qđ in te fuit) occideris, nam qđ in tyrānum incidit, id nihil ad te. Quid si caupo nimū lene, ac suauē, quale Polyphemo dedit Vlyssēs, tyranno uendidisses, atq; ille eius dulcedine captus auidius sese ingurgitasset, eaq; re concepta febri decessisset, auderes ne caupo, nimū paulo tyrānicidæ præmium flagitare? At quis non te cum tua flagitatione, ut temulentum uinoq; madidum exploderet? Cæterum quanto frigidiorē titulo nunc idem postulas? Ut cunq; cōlecturis p̄cipi poterat, ut ætas uinosa tam illici

bili uino auidius, intemperantiusq; frueretur, crapulā
 cōsequeretur morbus, præsertim in sene, morbum mors.
 Vulgo hæc eueniunt. Tu eam tyranno mortis causam
 dedisti, cuius nullum extat in hominum memoria exē
 plum. Quis enim antehac ob filij necem sibi manus in
 tulit? Accedam propius. Finge te tyranni coquū esse,
 probe callere palatum domini. Medicos interdicere cū
 bium, quo tamen ille, oppido quā lubens nescatur, in
 terminari morbum capitalem, nō temperet. Id te non fu
 gere, cū cibū, tu arte tua, cupedijsq; & condimētis, ma
 gis, ac magis illecebrosū reddis. Consequitur edentē
 morbus, quem prædixerant medici, emoriatur tyrannus,
 liberatur ciuitas. Hiccinē coquus è culina in forum pro
 siliens, & adhuc iure madens, fuligine niger tyrannici
 dæ præmiū postulabis? Mortarium, tunsilium, &
 ollas ostentabis, arma scilicet, quibus tyrannidem expu
 gnaris? Non eris opinor tam impudēs in ea causa, qua
 tamen ista tua multo est absurdior. Nam illi uolūtas oc
 cidendi non defuit, probabilem præbuit causam. Tu nec
 in hoc iugulasti filium, quo pater ultro uitā relinque
 ret, & causam dedisti ad quid uis potius quā ad istud
 idoneam. Accipe exemplum tuo similis, quā ouium
 sit ouo (quod aiunt) simile. Quid si tyranni amicā, quā
 ille misere, ac perditē deperisset, occidisset, eaq; cognita
 re tyrannus sibi uitam abrumperet, auderes ad præmi
 um aspirare, auderes dicere, te certum præscisse, fore, ut
 tyrannus sponte fugeret è uita? Certe quanto plures ami
 cas extinctas secuti sunt, quā filios. Nemo tamen tibi
 crederet, nemo tibi præmiū decerneret, tuum factum
 periculosum, & anceps dicerent omnes, fortunæ gratias
 haberent

haberent, cuius commoditate res ea feliciter cessisset. Tibi abunde magnum premium existimarent, si commissi uenia donatus discederes. Primum igitur diuersam imputandi maleficij, & ascribendi beneficij rationem conueniet distinguere, deinde causæ qualitatem, postremo animum, atq; ita demum liquebit, quid tibi lex debeat. Nam quod aiebas legem prolixiorem esse oportere ad reddendum premium, quàm ad infligendam pœnam, id in privilegijs, quæ in exemplum non uocantur, fortasse locum habet. In iure communi longe secus est. Siquidem (ut superius demonstrauimus) nulli nocentem lex non minatur pœnam, paucis benefactis premium ostendit. Tum in maleficijs etiam conatum simplicem supplicio prosequitur, in benefactis semper exitum requirit. Nec mirum, nec iniquum, si lex est diligētiorem in eo negotio, ad quod unum est nata, atq; instituta, q̃ in eo, in quo temporis ratione tanquam alienas sibi sumit partes. Ergo in utroq; communiter spectat, ut causa sit idonea, deinde ut animus adsit non tantum casus. Hoc rursus interest, quod in benefactis nec causa idœa, nec animus idoneus satisfacit legi, nisi his accesserit euentus item idoneus. In malefactis, siquid nocendi animo tentes, non expenditur nec euentus, nec causa, sed ex animo factum tuum lex metitur. Sic enim iudicat, tibi nihil ad scelus defuisse, præter fortunam, qua te subleuari, quod tandem ius sit? In euentu simul & causam datam, & animum expendit. Si animum uiciosum cōperit, nihil moratur causam, quàm sit idonea, putat animum, & euentum ad pœnam committendam sufficere. Sin animo simplici data est causa mali idonea, & non confes-

quidam euentus, lex quasi cōninet ad id, & nō putat ad
 suam cognitionem magnopere pertinere. Sin euentus
 est consecutus, etiā si de animi uitiō doceri non potest,
 tamen temeritatis, & negligentiae nomine pœnam ira
 rogat, partim propter suspectam dantis uoluntatem,
 partim ut hac latebra, peccantibus eripiantur, impru-
 dens feci, discantque homines uel suo periculo cauere,
 quod alieno faciant periculo. Ergo qui prudens, & sci-
 ens certam, atque euidentem noxæ causam dederit, eū
 perinde lex censet, quasi facinus manu peregerit, uelut
 si quis hostem opibus, copiisque inuerit, perinde est, ac
 si ipse arma contra ferat. Siquidem id suppeditauit, si-
 ne quo bellum geri non poterat. Aut si quis inimicum
 suum per dolum nauigio soluali imponendum curet,
 ut naufragio intereat, aut in conclauē pensili testudine
 inducat, ut ruina opprimatur. Aut iuxta lectulum
 ægroī, loco pharmaci, uenenum ponat, futurum spe-
 rans, ut eo hausto pereat. Tametsi non bibit ægrotus, ta-
 men ueneficij postulari potest, qui posuit propter uitiō-
 sam animi uoluntatem. Nam uehementer erat proba-
 bile id euenturum, quod ille moliebatur. Huic si deiras
 has nocendi uoluntatem, nihil illi cum lege rei futu-
 rum est. Si detracta nocendi uoluntate, adponas euen-
 tum, non effugiet temeritatis crimen, nisi illum incul-
 pata ignorantia absoluerit. Porro si in loco nō ad id des-
 tinato, puta in uia publica, aut in fundo alieno, arcu te-
 met exerceas, Lex tecum non agit, nisi si quem occider-
 ris, aut uulneraris, aut si cui damnum dederis. Ceter-
 um quod facis, tuo facis periculo. Quod si quid horum
 consecutum est, cum lege tibi res est. Neq; tibi tua patro-

cinabitur imprudentia, quippe quæ culpa timentis
nō uacet. Siquidem in te fuerat præcauere, quod proba-
biliter poterat præmereri. Vides quantæ discrimine dissi-
ta sint, inter quæ tu nihil interesse dicebas. Primum nō
statum imputatur ad præmiū, quod ad pœnam, idq;
non à malignitate legum latoris, sed partim ex ipsa
rei natura proficiatur, partim à legum officio. Deini-
de discernitur animus, causa data diiudicatur, specta-
tur euentus. Age nunc, si libet, tuam causam, qua tuum
facinus æstimariuis expendamus. Finge te certam, in-
evitabilem mortis causam tyranno dedisse. Sed impru-
denti nullæ tibi sit præmiij pœnitio. Quis enim insciēs
benemereri dicatur? Foribus uirīs præmia dantur, non
fortunatis tantum. Nam euicimus iamdudum opinor,
ne posthac affirmes te in hoc ingulasse filium, ut pater
sibi necem conscisceret, quod euenturū ne uates quidem
quisquam præscire poterat, tu nec suspicari. Immo pos-
teaquam reus plenam discriminis fortunæ arbitria cō-
misisti, quia bene successit, hoc nomine lex te non postu-
lat, at idem si male euenisset, timentis pœnas eras der-
biturus. Neque enim tibi succurreret inculcata ignoran-
tia. Quid enim æque formidandum erat, quàm ne tyrā-
nus, simulatq; occiso filio se per insidijs persensisset, om-
nia tyrannidis mala in nos conduplicaret? Iam ut de
animo res tibi constet, causam dedisti non solum nō idor-
tuam, uerum etiam periculosissimam Reip. Vn hoc
tibi argumento euidentissimo demonstrari? Finge te
quempiam ē ciuibz uisio occidisse, tum extincti par-
trem, id facere quod modo fecit tyrānus? Virū tu dupli-
ci cadis crimine teneberis, an simplici? Simplici opinor.

At uxor & maritum mortem imputabit, qui necato filio, seni causam mortis dederis, atque his ferme tuis argumentis uteris. Indulgentissime filium adamabat, in illum omnem familiæ curam reclinauerat, illo se oblectabat, atque hæc de privato sene cum fide dicet, quæ tu de tyranno nimis dure (ne dicam ridicule) dicebas. Addet ea te scisse, præuidisse futurum, ut ille uitam fugeret orbatus filio, in quo uno omnia uitæ oblectamenta collocarat. Non tibi defuisse iugulandi senis uoluntatem, sed hoc tantum egisse, ut miserabilius sua dextra perimeretur, ut odium tuum plenius miseri patris malis exaurares. Ideo inueni necasse, in hunc usum gladium in uulnere reliquisse. Vides quanto sunt hæc probabiliora in hoc, quam in tuo negotio, & tamen negabis paternam necem ad te pertinere, atque animi suspicionem causæ qualitate purgabis. Negabis causam idoneam fuisse, cur ille sibi met manus adferret. Te nec præscire, nec timere potuisse id, quod sit consecutum. Quod rarum extet exemplum patris ob filij necem sponte fugientis è uita. Alioqui futurum fuisse, ut & mater sibi fatum accerferet, quippe quam impotentius amare sit consentaneum, ac minus aduersum dolore animi uiribus ualere. Hæc non dubitares tibi profutura, ad alterum crimen depellendum, & prodesse dubio procul. Atqui quod in maleficijs ualet, nequid imputetur, id multo magis in hac causa ualet, nequid acceptum feratur. Ibi te liberaret à uoluntatis suspicionem, quod causas parum idoneas dederis, hic ex causis multo minus idoneis propter personam tyranni, uideri uis non modo quod euenit, fuisse suspicatus, uerum etiam certum præscisse. Ibi

temeritatis postulari non poteras, propterea quod tametsi iudicio abs te data est causa, tamen idonea non sit ad id, quod euenit. Immo ipsi tota res imputabitur, & legibus pœnas dabit, sepultura prohibitus, quod ciuitati contra causam idoneam ciuem unum ademerit. Tibi non nisi unius filij mors imputabitur, etiam si mater quoque, & filia, & sorores, & tota tribus huius necem fuerit imitata. Hic poterat, nisi feliciter euenisset, quippe ubi summum Reip. periculum, & uerteretur, & prætime ri probabiliter posset. Venio nunc ad quartum illud præsidium Iudices, quod iste tutissimum, ac penè inexprugnabile iudicabat, unde ego illum ita denubabo, ut non solum sit non habiturus, quo tyrannicidij, & huius laudis arcem obtineat, uerum uix etiam latebram inuenturus, ubi temeritatis, ac maleficij pœnâ effugiat, quonimirum intelligat, quàm non inimice, non curiose (ut agebat) secum agam, ut cum possim in crimen, ac pœnam uocare, sat habeam ab honore non pro merito secludere. Aut sibi deberi præmium, uel hoc uno nomine, quod inueneni occiderit, iam plus quàm tyrannum, tum tyrannidis paratum heredem, etiam si hunc euentum dii non dedissent ut senex ipse uitam abrumperet. O' deploratam impudentiam. Tu tibi præmium peteres, si tyrannum suæ furia non essent ultæ? dii quiduis potius dederint, quàm istuc, quod tu fingis. Sed tamen fingamus interim oratione, quando quidem id tutò licet, tamenetsi ad solam mentionem inhorrescit animus. Tu'ne inquam occiso filio, relicto sene uiuo, tyrannicidæ præmium peteres? An potius nec ipse superesses, qui possis petere, nec esset Resp. quæ dare posset? Nā tu ante

exquisitis supplicijs exanimareris, aut in extremis Arcadis exul delitesceres, nos pro tyranno iam immanissimum carnificem pateremur, & tuum caput ubicunque terrarum lañtares, diris imprecañõibus deuoceremus qui nos tua incogitantia, uel precipiti magis lucri cupiditate in tantam malorum tempestatem coniecisses. Sed re filius erat tyrannus (inquis) patri præter inane nomen nihil erat reliquum. Quid ego audio? duos igitur hæc ciuitas tyrānos alebat? Nam de patre nemo unquā dubitauit, qñ tyranni uocabulum mereretur. Quando autem ante hac unquam fando auditum est, duos una in ciuitate sedisse tyrannos? id quod magis etiā natura repudiat, q̃ eodem in corpore gemina capita. In iisdē aluearibus duo se reges pariter non ferunt. In armentis taurus tauro cedere cogitur. In iisdem lustris non cōuenit duobus inter se leonibus, & tyrānis, quo nullum animal effracius, parem in eadem urbe patitur? Nō uides necessario fieri, ut è duobus, aut alter alterum oppugnet, aut alter alteri cedat? Virum tu fuisse maius in patre, an in filio? Si iuuenis aduersus senem obtinebat tyrannidem, quid à Rep. præmiū postulas? tyrāni partes adiunxisti non Reip. Sin patri cessit, quid tandem illum uocare potes, nisi tyrāni uel præfectum aut satellitem? Quandoquidem seniori tyrannicam appellationem ne tu quidem audes detrachere, uerum, ut quorū modo tyrānidem omnem in adolescentem orañõe deriuares, q̃ multa tu quidem non ex re, sed pro cause tue commoditate comminisceris? Cæterum q̃ in his confingendis decori, quod in psonis situm est nullā habuisti rationem, sic enim (ut memini) inducebas in far

bulam senem iam aetate mitem, & qui omnem tyrannidis acerbiter ob senectam exuisset, non secus atque mala, quae natura acerba, tempore mitescunt, & in alium abeunt succum. Porro iuuenem ferocem, illo incolumem gerentem tyrannidem, iamque patri uiuo succedentem. Priuatus paterfamilias non fert filium, se uiuo, successorem, & tu uis istuc credi in tyranno? Ille non sinit ullum liberis rem domesticam ex animi sui libidine moderari, & tyrannus sese ueluti abdicans imperio, negotium omne in adolescentem reiecerat? Non dubito, quin & ipse uideris, quam dura sint ista, & quam à communi sensu abhorrentia. Verum quid faceres? nisi tales personas induxisses, exitum inuenire Tragedia tua non poterat. Quaeso te, en unquam auditum est tyrannum aetate mitescere? Quando tu desinis ea, quae sunt priuatorum, quae bonorum principum tyrannis tribuere? Vt eodem igni cera mollescit, limus durest, ita aetate plerique redduntur mitiores, ac temperantiores, tyrannus magis, ac magis exasperatur. Vt tempus nonnullis pomis amaritudinem adimit, at uinis nonnullis acorem conciliat, in eodem tyrannis non adimit saeuitiam aetas, sed exaggerat. Vis ipsissimam tyrannici ingenij tibi demonstrari imaginem? Spinam cogita, quae quo magis senescit, eo pungit acrius. Echinos cogita, qui quo plus habent aetatis, hoc testa sunt asperiore. Vulgaribus ingenijs fortasse nonnulla uicia senectas uel detrahit, uel certe mitigat, etiam si plura irritat, nonnulla parit. At tyrannorum mentibus ad scelus, ad crudelitatem natus scelere & immanitate imbutis, atque educatis, propter uiciorum omnium incrementum adferre senectas quid potest? Nisi for-

te libidinem adimāt? Quanquam ista tyrannidis quantula tandem est portio? Sed esto fuerit sanè, propter aetatem ad uoluptates segnior, uerum erat fastidiosior, unde fit, ut imbecillior sit ad coitum, ad rapinam auidior. Fortasse pauciores huic execabatur ephēbi, sed insigniores. Pauciores producebantur uirgines, sed exquisitiores. Cur non autem & plures, uidelicet quo senile fastidiū optione & uarietate uinceret? Hoc ita esse, quot ego tibi testes citare possem? qui quo nobiliores sunt, quo fortuna praestantiores habent liberos, hoc magis eis à flagitiosissimi senis cupiditate metuebant. An tu putas unā cum uiribus senescere libidinem? Multo secus habet. Immo quantum aetas improborum hominum facultati detrahit, tantum adiicit cupiditati. Quanquam tyrannicum animum his in rebus non tam uoluptatis usus capit, quā nostra delectat contumelia. Ut frigeat in senē tyranno uerus, certe feruet, uigetq; malitia, saeuitia, nocendi libido. Postremo totum illud uiciorū agmē quae propria tyrannorum sunt, cupiditas, rapacitas, improbitas, impudentia, impietas, iracundia, uolētia impotentia, suspitio, fraus, perfidia, crudelitas, implacabilitas, immanitas, periurium. (Quid autem oportet omnia cominemorare nobis omnibus heu nimium nota) horum inquam nullum non aetate fit acerbius, propterea quod inuenta nonnunquam natura bonitate uincitur, p̄terea q̄dam mala nondum didicit, at senecta, siq̄d pudoris, siq̄d humanitatis, siquid melioris ingenij à natura insitum est, id omne multo, ac diuturno flagitiorū usu penitus exiit, & prorsum in immanissimam quādam feram abiit. Id ita euenisse iudices in execratissi-

mo illo sene, qđ ego conur argumentis docere? cum sua cuiq; memoria abūde satis exemplum suppeditet, quod si iuuenis sese gerebat insolentius, uidelicet patris abutens impio, nū tu hūc continuo tyrāni nomine donabis? Ergo ex eadem tyrannide sexcentos tyrannos facile reddideris. Nam quis est omnino in tyrāni familia uel extremum mancipium, qui non ipse penē tyranno sit ferocior, uolentior, sceleratior, filius, inquit, emolumentis imperij ponebatur patri, prater nomen nihil cessit.

Quasi uero non sit istuc omni tyrannidi commune. Lōge minima fructuum pars, qui solent ex tyrannide capi, ad ipsum redeunt tyrannum. Quemadmodum in latrocinio fieri consuevit, praeda communiter in omnes distribuuntur, uel in eos potius, quorum opera capiuntur. Alioqui nō cohærebit cohors illa scelerata, nisi dux ille, quisquis fuerit, plus etiam permittat suis, quā sibi ipsi. Solum nomen sibi proprie uendicat. Et in nullos est tyrannus indulgentior, quā in scelerum ministros quippe quorum opera sentiat suum imperium contineri. Proinde sub unius umbra, satellites, omnis minister, familiaris, leno tyrannidem quandam in ciues exercet.

Ridicule fecero, si hoc quoq; coner argumentatione probare Iudices, uidimus, sensimus, experī sumus, nisi forte tam diutina calamitatis memoriam tam pauculi dies obliterauerunt, neq; enim esset res usque adeo misera tyrānus, si unius modo foret toleranda uolentia. Quot ferendi latrones? quot sacrilegi? quot ex extrema barbarie aduenæ, feris quā hominibus similiores? Neq; de sunt qui se simulent apud tyrannum sceleribus suis gratiam pro meritis esse, quo nimirum hoc nomine memā-




tur à ciuibus. Horū igitur unum quenlibet tyrannum
 appellabis? Et pro quolibet occiso tyrannicida premi-
 um petes? Non in tantum omnem exues pudorem, opi-
 nor. Sed pater atate fessus omnem dominatum in filiū
 transtulerat, quicquid tyrannicum in urbe gerebatur,
 id inuenis uolentia committebatur. Sed istuc quantum
 absit ab imagine ueri, quis tam cæcus, ut non uideat?
 quis tam obliuiosus, ut nō possit experimento refellere?
 Ego tibi complures nominare satellites possum filio inso-
 lentiores. Ad hæc ueri simillimum est nullius insolenti-
 am minus approbasse senem quàm filij, uel quod odit
 omnem tyrannidis affectatorem omnis tyrannus, uel
 quod intelligit ex illius facinoribus longe plus inuidiæ,
 odijq; sibi conflare. Callidissimi autem tyranni est, eate-
 nus legitimū imitari regnum, quatenus obtinere ty-
 rannis possit, uel quod pater etiam pessimus, tamen li-
 berorum, non nihil offenditur uicijs, Et ad crudelita-
 tis ministeria, alienis quàm suis uti mauult. Quod si clā
 patre rapinas, raptus, atq; id genus facinora designa-
 bat filius, profecto non tyrannum agebat, sed insolenti-
 tem satellitem, sin approbante patre, quasiq; per illum
 exercente tyrannidem, utri tandem par erat imputari
 commissa, huic, per quem gerebantur, an ei, cuius au-
 thoritate, arbitrioq; fiebant? Non arbitror obscurū, qn
 huic, cui in manu erat, nutu, ne fierent, uetare. Quid au-
 tem non agunt per alios tyranni? Nam ipsi qdem neq;
 pueros emasculant, neq; uirgines abripiunt, neq; proscri-
 bunt, neq; bona diripiunt, neq; phana dissipant, neque
 hereditatibus manuum iniiciunt, neq; compilant arari-
 um, neq; tormentis excruciant, neq; quenquam iugulāt

neq; armis uicos expugnant, neq; incēdunt uillas. Totū hunc tyrannicum ludum per ministros exercent. In unum tamen tyrannici nominis inuidia cōpeñt, in unū occidendū lex prēmium instāuit, in unum stringēdi ferri ius facit, illos suæ cognitioni reſeruat. Quorum ut quisq; sua opera tyranno profuit, ita aliud atq; aliud uocabulum imponi potest, certe tyranni uocabulum nemini congruit, nisi uni illi sub cuius uelut clypeo, tota illa perniciosissimorum hominum colluuiēs latitat. Arbitror uobis iudices saepenumero auditum esse, id qđ eleganter à doctissimis uiris est scriptum, tyrannis nō longas modo uerum etiā plurimas esse manus, plurē mos oculos, eosq; acerrimos, plurimas aures, easq; longissimas Omnino prodigiosū quoddam est animal tyrannus, multoq; Titanibus illis Briarco & Encelado portentosius, centenis caputibus, centenis linguis, centenis manibus, pedibusq;. Quot. n. habet scelerum ministros totideni habere membra uidentur. Atq; ut ex mēbris corpus, ita tyrānis ex huiusmodi constat ministris. Verum ut illud qđ corpus appellatur, nihil est aliud q̄ quiddam omnibus ex membris aggregatum, ita in tyrannide, unum quippiam est, quod neq; pes sit, neque manus, nec ullum aliud membrum, contineat autē uersa, at ita contineat, ut ab ijs possit separari, idq; tyrānus uocatur. Proinde exaggera quantumlibet iuuenis insolentiam, uolentiamq; p̄fectum arcis uoces licebit, oculum nomines licebit, aut si mauis dextrā, aut si ne id qđeni satis, p̄cipuum tyrāni caput dicas licebit, tyrānum certe uocare nequaquam potes. Unum enim illud portentū tyranni nomine lex censet, cuius auctoritatē,

Anuloq; cuncta hac membra uelut animantur. Idq; unū
 forā cūi pmitit occidere, nō uult te in oculum aliquē
 inuolare, non finit ut caput aliquod amputes, ne tale
 quiddā eueniat, quod de Lernaë hydra fabulantur poe
 tæ, ut pro uno capite resecto, duo pestilentiora subnascā
 tur, pro uno excusso oculo, plures aciores succedāt, pro
 una rescisa dextra, multæ robustiores subpullulent, uni
 us uita te dominum, arbitrumq; constituit, qui sibi sit
 ausus tyranni uindicare nomen, quo sublato futurum sit
 ut membra reliqua, quasi destituta spiritu emoriantur,
 aut certe sanentur. At quid ego tecum tam accuratis
 argumentationibus ago? Possim ilico tuis te uerbis re
 uincere, ac uelut tuo te laqueo capere. Iuuenem paulo
 ante magnū patris satellitem nominabas. Non in
 ciabere. Rursum alio loco dicebas omnem tyrannidem
 occupasse filium, solius appellationis honorem cepis
 se. Qui conuenit eundem & satellitem, & tyrannum
 appellari. Tum si cessit, non igitur usurpauit tyranni
 nomen. Contractus autem uerbis aut rati sunt, aut res
 sciuntur. Lex hac tecum formula contraxit, si quis
 tyrannum occiderit, præmiū ferat. Quid tu mihi iu
 uenis flagitia commemoras? Id te lex uoluit occidere,
 quodcumq; illud esset animal, quod tyrannus diceretur
 Magnū (ut ipse fateris) satellitem occidisti, nō tyran
 num, qd tibi cum lege rei est? At rem inquis, legis secu
 tus sum, nō syllabas, cum interfeci, qui caput erat tyrā
 nidis, paratus hæres paterni dominatus, libertatem pe
 peri, seruitutem sustuli, hoc lex sensit, huius rei authori
 præmiū præstauit. Satellitem inquam occidisti, nihil
 motor quantum, quā grauem, quā ferocem, quā

sceleratum, satellitem tamen occidisti tyrannidis, non caput, aut si caput unum est pluribus. Sed hæc omnia tibi ex animi sententia largiamur, fuerit sanè res tota tyrannidis filius, pater nihil nisi uocabulum quoddam inane tyranni, quemadmodum in fabulis habetur, Echo nympham, nil aliud quam meram quandam fuisse uocem sine corpore. Qui tibi licuit in re tanta, à uerbis legis discedere? præsertim ita diluadis, ut perspicuum magis nihil esse possit, & conuenientiam interpretationem domi tuæ natam in iudicium adferre? Ego iudices nullum in Rempublica exemplum perniciosius induci posse iudico, quàm si consuecant homines calumniosi à præscripto legum recedere, & interpretamento, quod ad prætexendum facinus quisque suum maxime idoneum comminisci queat, id iudiciis obijcere. Quis autem iniquam meminit de legis sententia quæri solere, nisi cum in scripto quoddam apparet ambigue, obscure uel dictum, aut cum ex uerbis, & euentu absurditas quæpiam exiit, eaque manifesta. In priore non cuiusuis commentum sed iuris prudentium responsa, sed iudicium sententia recipi solet. In hoc posteriore, necessitas ipsa compellit aliquantisper à legis uocibus deflectere, & æquatem iuris potius, quam uerba spectare. Duplex itaque periculum uidetis iudices, alterum ne suppositiua cauillatione litterarum legis ab eo, quod lex spectauit, abducamur, alterum ne passim à præscripto discedendo leges omnes, & iudiciorum religionem subuertamus. Quorum illud quidem nullo leuius est, propterea quod uix iniquam accidat, ut legislator obscure quod uoluerit explicuerit, aut absurdum quoddam exoriantur, aut nullo periculosissimum.



perniciōsissimūq; . Etenim quæ tandem lex futura est, quam uersutus calumniator, quo pœnam effugiat, nō facile possit aliquo commento subvertere? Neq; quisquā elabens è iudicio uestro nocens, nisi qui sit usque adeo nullius ingenij, ut ne friuolam quidem aliquam commenta inuinculam queat inuenire. Atq; ut cuiq; commodum erit, aut animi libido feret, ita pro scne iuuenem, pro tyranno satellitem, pro homicidio tyrannicidium, & passim aliud pro alio interpretabitur. Vestræ interim iudices religio, uestrum iusiurandum, qua tandem ratione seruabitur, quibus nihil futurum est certi, quod incognoscendo sequamini, uerum ambiguas, diuersas, que ligatorum coniecturas spectare necessum erit. Ergo cum in omni causa maximopere cauendum est, ne si ne grauissima ratione à legis præscripto discedatur, tū in hac non periculosum modo, uerum etiam absurdissimum, cum legis uerbis nihil possit esse dilucidius, sententia nihil æquius interpretamento, quod præter legis mentem inducitur, nihil pestilentius. An credimus legis huius authorem usque adeo infantem, & uerborum inopem fuisse, ut dicere non puerit, qui quouis modo tyrannidem sustulerit, huic præmiū esto, si modo istuc sensisset? Neq; uero fugit illum totam tyrannidem per satellites. & præfectos exerceri solere; per multosq; in his esse uel tyrannis ipsis sceleratiores, atq; ut ita dixerim, tyrannicos magis, & omnino supplicio digniores, nisi & omnium omnia ministrorum scelera tyranno imputarentur. In unum tamen illum, qui hoc nomine censetur, tibi ferro grassandi facultas data est? In reliquos non tibi permittitur idem, non quod illos uita dignos ius

dicet lex, sed quod unus cade totam tyrannidem tolli
velit, non multorum cade reddi duriores. Tuum erat
legi simpliciter parere, neq; eius verba quasi plumbea
quandam regulam ad tuum facinus accommodare, ne
rum ad illius prescriptum factorum tuorum rationem
instaurare. Presertim in hoc exemplo, quo non aliud pos
test admitti pestilentius, ut ex legis arbitraria interpre
tatione, quem velis interficiendi tibi pro tua libidine li
centiam sumas? Non illud hoc spectandum loco indices
quam iniustus Reip. sit, qui occisus est, quam maiore etiam
supplicio dignus, verum id etiam, atq; etiam perpende
re oportet, exemplum praeter leges iugulandi homines,
semel in civitatem receptum, semel nostris sententiis ap
probatum, denique praemio compensatum, quo tandem
licentiae sit processurum. Quod iste sibi in tyranni filium
licere voluit, hoc alius sibi volet in dissimulatum quemq;
civium licere. Quisquis pauper a locuplete continet
lia afficiatur, proinus tyrannum eum appellabit, et ve
neno, aut ferro adorietur. Postremo sicuti magistratus
non placebit, sicuti iudex erit iniustus, non dubitabit e me
dio tollere. Porro ad facinoris defensionem, scphistam
quempiam, aut sycophantam consulat (Si ipse ingenio
stupidior fuerit) Et novam legis interpretationem vo
bis adducet, dicet nil aliud sensisse legislatorem, quam
ut huiusmodi civium genus non nomine, sed re tyrann
idem agentium ferro, igni, veneno tollatur e medio.
Atque ita brevisaturum est, ut quod in uno factum se
mel Et probavimus, Et gavisi sumus, id in multis sa
pius Et doleamus, Et improbemus. Credite mihi non
mediocriter discrimen, neq; communiter accipiendum, ut time

lo reperto, priuatus hominem indemnatum interficiat. Id ita esse facile liquebit. Siquidem animaduertimus, nihil omnino esse, quod lex parcius, circumspectiusq; promiserit. Etenim (si memini) tribus duntaxat temporibus lex indulget, ut quis citra iudicium hominum occidat, primum adulterium, sed in uxore deprehensum, id quod intemperanti, & insuperabili mariti dolori donatum est. At ita si corpus utriusq; pariter interimat. Si argumentis idoneis deprehensum fuisse doceat, deinde in vi depellenda. At ita si demonstres, te mortem effugere nequissimum, nisi mortem intulisses, id lex ita interpretatur, quasi sese neri potius sit istuc, quam alium occidere. Vterque tamen facti sui rationem reddere compellitur, statim sese prodere, nec expectare donec in ius trahatur, atq; (ut ita dicam) ultro semet reum facere cogitur. Quod si omnia constabunt argumenta, ita denique a lege dimittitur, ut uenia, non laude dignus esse uideatur. Porro in tyrannicidio, ubi propter periculi suscepti magnitudinem lex premium quoque proponit, at ita si eum, quem tibi lex isto uelut insigni tyrannici nominis denotauit, fortiter occideris, non si scelestum alio scelere sustuleris, neque patietur te ius occidendi permissum, latius quam ad unicum tyranni caput trahere, nisi si quis obstitat, ut per illius necem tibi necesse sit ad illum penetrare. Iamque hoc factum tuum secunda illa ratione defenditur. Huic tertio generi fortasse proxima uideatur, hostem in bello ferendi facultas, quam tuæ tamen libidini lex non permisit. Nisi palam hostis sit declaratus, in imperatoris uerba iuraris, nisi ille in aciem eduxerit, nisi signa canere iusserit, tibi fraudi futurum est, hostem interfecisse.

terfecisse. Tu dicturus es. Hostem occidi, nam plus quā ho-
stilia faciebat, nomen hostis tantum aberat, re hostem
agebat. Lex respondebit, suum parium fuisse, hostē
declarare, ac nō fortasse scelere fruatur, verum ne ser-
pat exemplum, pœnas de te sumet. Quid autem aliud
abs te factum est? Unum tibi lex nominatim designave-
rat, nō illius vocabulum inapte authoritate in aliū trās-
fers, quod nisi in unum non potest competere, neq; tra-
duci debet ab eo, cui lex attribuerit, ne tibi fas sit aliquā-
do quem uoles magistratum, quem uoles iudicem, quē
uoles ciuem tyrannum appellare. Neq; uero sine grauif-
simis causis lex tot uinculis astrinxit, hanc inuitam al-
terius licentiam. Perpendit nihil maius eripi cuiquam
posse, quā uitam, uidit in exāctum facile uarias causas
confinigi etiam impune posse, quandoquidem ille non sit
refutaturus, qui iacet. Vidit quā multis uiculis suum quisq;
dolorem posset prætexere, si post occisum hominem ulla
causa recipiatur, præter eas, quæ legibus sint expressæ.
Quid, quod grauiatim sibi quoq; lex permisisse uidetur,
ut homini uitam eripiat, quā comperta, quā multa req-
rit argumenta, quā multa concedit reo, quā maligne agit cū
actore, quem non nisi suo periculo uult accusare, quan-
tum spatij largitur ei, qui defertur, quā liberam iudicium
reiectionem. Quantum igitur à mente legis abesse putas,
ut cuilibet permittat uel pro suo privato dolore, uel do-
mestica iuris interpretatione, hoc est subuersione in cui-
usquam uitam grassari? Neq; ad rem pertinet, quantū
criminum acutum exaggeres, quantumuis etiam ue-
torum, addo notorum, dicas parricidam, sacrilegum,
incestum, proditorem, peculatorem, ueneficum inter-

feci. Tyrannum lex iubet occidi, at hic unus multis ty-
 rannis erat sceleratior, pestilentiorque civitati. Ad ista
 tam multa crimina lex tibi verbo respondebit. Nihil
 moror quàm fuerit scelerosus, qui perijt, in unum tyrā-
 num tibi ius feceram occidendi. In reliquos in ius tra-
 hendi. Si detulisses, auditus, reiectus, damnatus à me
 palam penas dedisset, omnique Reip. salubri exemplo
 fuisses. Nunc tu priuata libidine interficiens, pro salu-
 berrimo exemplo, perniciosissimum in civitatem indu-
 xisti, & legum instaurationem à legis violatione aus-
 picaris, hoc est malis malo mederi studes. An ne clām
 esse putas, quàm multi sint in hac turba vita indigni,
 morte dignissimi? At eos mea cognitioni non tuis ma-
 nibus seruo, sunt fora, sunt tribunalia, sunt iudices, sunt
 carceres, secures, carnifices. Cur tu mihi praeire conaris?
 cur nullo mandante magistratum occupas? & dum
 tyrannicida uideri uis, tyrannum imitaris? Nam quo
 alio nomine tantopere mihi est inuisus ille, nisi quod mi-
 hi parere recusat? & praeire conatur. Ei denique ferr-
 rum tractare licebit, cuius manibus ego permisero. Si
 inuenem occidisses, quod non alia patiisset ad tyrannum
 uia, darem ueniam necessitati, nunc occidisti, non
 obfistentem, non auxilium ferentem patri, sed patris
 openi implorantem. Huius unius caede contentus dis-
 ccessisti tyrannum nec impetisti, in quem unum tibi ius
 feceram. Meum erat expendere utrum ex usu Reip. fue-
 rit, an inuenis occideretur, malueram illum exquistoris
 .bus excruciatum supplicijs exemplum omnibus ede-
 re. Neque hac dico iudices, quasi parum gaudeam par-
 xiter cum patre sublatum filium, unam eadem ope-

Et simul omnes sint oppressi, quibuscunque tyrannus placet. Sed quis prohibet simul & gaudere, quod deorum bonitas nobis hanc rem bene uerterit, & tamen non committere, ut huius temeritas, si iudicio comprobe- tur, in legem, atque in exemplum trahatur? Nec de in- uenis iniuria vindicanda nunc agitur, sed de legis uio- lata maiestate. Non enim par est, ut cuiquam personæ præter ius extincti odium in scelere suffragetur. Neque tam spectandum in quem commissum sit facinus, quam quod exemplo commissum. At si quis cur non eadem ope- ra, fas sit in tyranni nepotes, pellaces, pueros, uxores, li- bertos, lenones grassari? Bonam tyrannidis partem uxor sapientissimo suggerit. Ad summam immanitatem, non- nunquam libertus aliquis, aut uernula instigat, cur non & hos iugulas? Si tibi ius est estimatione priuata meri- torum ciuem iugulare? Quid, quod est aliquid tyranno nocentius, in quod tamen haudquaquam tibi ius sit oc- cidendi? Finge esse qui totam hanc urbem, templa, do- mos, curiam conatus sit incendere, immo qui iam com- pluribus locis ignem subiecerit, sed incendium subito ex- orto imbri restinctum, authorem non obscurum, uerum abditum latitare. Eum forte fortuna repertum manu tua trucidas. Num lex tuum factum approbabit? Non opinor. Atqui tyranno ille quanto erat nocentior? Tan- to nimirum quanto est atrocius ciuitatem semel fundi- tus euertere, quam expilare, ciues uniuersos, uno igni fi- nire, quam in pauca quædam scindere capita. Et tamen in unum tyrannum stringendi ferri potestas priuatim permittitur. Illi deferendi modo ius habes. Hic in re tam aperta legis mentem calumniari, & non interpretari

totum facinus palliare, quid tandem aliud est, quod legum
 auctoritatem euertere, atque id per unculos quosdam
 agere, quod tyrannus palam, ac mihi facere consuevit? In
 recipienda lege fas est populo causam, aequitatemque legis
 excutere. Ceterum recepta, et longo iam usu compro-
 bata simpliciter oportet obtemperare. Neque enim existi-
 mandum est maiores illos nostros viros sine controuersia
 sapientissimos, ita sine grauissimis rationibus instituisse,
 ut priuatim interficiendi tyranni facultas unico capi-
 te finiretur. Primum ad ingulandi licentiam fenestram
 aperiendam ciuibus non putauerunt, deinde perspicie-
 bant tyrannidem fatale quoddam esse Reip. malum,
 quod minore noxa toleraretur, quam male exagitaretur.
 Neque posse semel tolli, nisi tyranni ipsius cade. Quo
 submoto uidelicet, qui legibus imperabat, non parebat,
 iam nihil opus esse priuata audacia, nimirum illis in
 Reip. administrationem uindicatis. Quod si tyrannus
 in ius uocari potuisset, ne hunc quidem tuae dextrae ar-
 bitrio permisissent. Videbant et illud. Tyrannidem non
 nullam habere monarchiae legitimae speciem, hoc tan-
 tum interesse, quod in monarchia, populus regi paret.
 Rex legibus, in tyrannide omnia unius libidini suble-
 sta sunt. Rex publicam spectat utilitatem. Tyrannus pri-
 uatam suam, unde publicitus expedit, ut tyranno uelut
 a principi legitimo ciuitas pareat, donec idoneus aliquis
 iudex exiterit, qui legum auctoritatem in pristinum
 statum restituat, atque id unius (si fieri potest) capitis iur-
 ctura. Nam hac moderatione in fatalibus illis pestibus,
 quae totum Reip. quasi corpus corripunt, legum pruden-
 tia consuevit uti, ut exemplo magis, quam admissi tar-

lione, morbo medeatur, ne, dum civitatē sanare studet, magnam civitatis partem interimat. Hinc est, quod in seditionibus publicis, non nisi in ipsos authores consuevit animadverti, reliquis, quos tempestas illa commoverat, dari venia, aut vix etiam dari venia, qui in publico Reip. tumultu quietem egissent. Quæ potest autem perstis esse fatalior, quàm tyrannis? Quæ sese latius in civitatis membra diffundit? Quota quæque urbis pars ab hoc vitio sincera potest esse? Omitto iam quicquid, est ambitioforum, ære alieno obstrictorum scelere contaminatorum, Barbarorum (nam hæc tota sentina hominum tyranni de gaudet, ut in qua nullis maiora quàm sceleratis sine præmia) bonos etiam cives hoc malum involuit, dum vel timent fortunis suis, vel rectum iudicant servire temporis. In hoc itaque reip. statu leges non extinctæ, sed oppræssæ modo cæcæ, et circumspectanter agunt, intelligunt hoc ulcus citra summam civitatis perniciem exasperari non posse, unius capitis dispendio cōmode sanari posse. Quare docto cuiusdam medico præmium ostendunt, digito demonstrant, quod membrum secari velint, quibus abstinere. Caput iudicant illæ, tu dextram secuisti. Illæ tyrannum, tu tyranni satellitem occidisti. Quo præmio dignus? Nempe eo, quo qui morbo inscite exagitato, totum hominem in extremum vitæ discrimen adducat, quo qui hominem legibus vetantibus occidat. Neque ego nunc te cedis rem ago, aget alius fortassis, cuicunque lubitum erit, verum illud modo cōsiliū fuit, ostendere tibi quàm insignitæ sit impudentia in ea causa, tam eximiam tibi vendicare laudē, tam egregia poscere præmia, in qua nequeas obtinere, si modo tecum ex-

actus, ac seuerius agatur, ut graueis pœnas effugias. I
nunc, & curiosum me uoca, qui tam candide, tamq; ci
uilitate tecum agam, ut cum te possim in graue discris
men uocare, sat habeam legis, & Reip. causam defens
dere, ne circumuenta p̄m̄ium dare cogatur ei, qui nihil
boni sit promeritus. Id quod nō iudicibus modo, quibus
istuc iandudum liquere puto, uerum tibi etiam ipsi cur
pio persuadere. & facturum me confido, si modo tantu
sper animum possis attendere. Vin igitur, ut, quemad
modum tu faciebas, ita idem & nos summam totā cau
sam ob oculos reuocemus? dispiciamusq; quā multa
tuo in facto desiderentur ad id, ut legi satisfeceris, &
quantum tu sis hallucinatus, cum multa diceres etiam
superesse? Tria quædam requirit lex, & ita requirit, ut
si quodlibet horum desit, aut pœnam te, aut certe ni
hil gratiæ debere se credat. Quorum ego non unū ali
quod, sed unumquodq; deesse docebo. Quod si facio,
utrum æquo animo cedes præmio, an impudenter pete
re p̄sistes? Ergo rem accipe. Nisi tria hæc tibi constiterint
non est quod tyrannicidæ præmium petas. Animus,
uia, & effectus. Animus duo quædam complectitur,
uel quid speraris, uel quid proposueris. Nam si tyrannu
m per impudentiam occidisses, si præter propositum
non magis profecto præmium tibi debeat, quā si quis
tyranno amicissimus idem fecisset. nam idem ponit ac
cidere. Tu porro quid propositū in arcem attuleris, ipse
uideris, ita demum legi persuasum erit, te uoluisse occi
dere tyrannum, si occideris. Non occidisti, atq; id etiam
cum tibi in manu fuerit (ut ais) si libuisset interficere.
Lex negat sua referre utrum tyrānicidij propositum in

arcem non attuleris, an allamini repente mutaris. Iam
qd speraris excutiamus. Quanquam istuc leges nō ita
ualde curiose pensculantur, sed tamen in tam absoluto
facinore ptes omneis constare oportet. Quid enim si ty-
rannum interfecisses, quo tyrannidem ipse occupares,
utrum pmiū sperares? an suppliciiu merueres? Quid
si quo priuatum animi tui dolorem ulcisceris, tyrannū
occidisses? atq; id esset palam? Num pmiū auderes por-
scere? Quid, si latrones tyrannum forte fortuna obuium
obtruncassent, num ad hunc honorem aspirarent? Quid
si quis tyranno priuatum insensus, magna te pecunia cō-
duxisset, quo ei tyranno uenenū daret, dedissesq; num
quæsc tyrannicidæ præmiū postulares? Ego hic tecū
non ago coniecturis, nihil dico in uitam tuam, quæ qui-
dem obscurior est, quā ut tu, alioqui tam gloriosus, qe
quam de ea ausus fueris dicere, illud unum affirmare
non dubitem, qui tyrannum, cum tuto licuerit, non oc-
cidit planè noluit occidere. Qui eum occiderit, cuius
mors extremum exitium Reip. uideretur allatura, por-
tius quā illam commoditatem, is aut priuatum dolo-
rem ulcisci uoluit, nam libertatem publicam uendicare
aut emolumentum suum secutus est Reip. periculo nō
suo periculo Reip. studuit prodesse. Postremo, non pos-
test nisi gloriæ ieiunio adductus uideri, qui tam insolens
ter se iactat. Non potest non uideri lucrum secutus, qui
tam improbe pmiū flagitat. An non uides igitur quans-
topere hac parte à tota legis mente dissentias, quem illa
tua uitæ periculo, sua causa uoluit occidere, eum tu non
solum uolens præteristi, uerumetiam periculose in Rē-
pū. irritasti, quem sua causa noluit occidi, eum tu maxi-

mo nostro periculo tui cōpendij, aut animi fortasse gra-
tia iugulasti. Sed finge te animum tyrannicida dignum
ad faciū atulisse, lucri perinde ut uitae contemptorē,
magis tamen refert, quae ratione tyrannidem tollere ag-
grediaris. Iā enim omnia tibi ex animi tui libidine lar-
gior, quae tamen nemo alijs tibi concessurus est. te in fi-
lio iugulasse patrem, in non tyranno tyrannum. Largi
or istuc Delium aliquem tibi praedixisse, ut certum p̄sci-
re potueris, qđ ipse etiam uix diuinare Delius potuerit.
Licuisse tibi patri occidere, si libuisset, uerum hoc pœ-
nae genus tibi magis placuisse. Sustuleris sanè tyrānidē
idq; noua quadam, & inusitata ratione. Vides quā
multa tibi dono? Tamen obstitam tibi, nec finam ferre
præmium, propterea quod ea uia fustuleris, quae legi
non probatur, quae non expediat moribus ciuitatis, quae
non sit fortī uiro digna. Age quid si tyrāni filium infan-
tem in cunis iugulasses, & rursum adfuisse Delius ille
per quem certum praescire posses fore, ut necato puero,
pater sibi mortem accerferet, atq; id euenisset. Vtrum te
tanquam tyrannicidam suspiceret Resp. an potius tan-
quam immanem, & ferum hominem execraretur, qui
in eam saeuieris aetatem, cui etiam ab hoste armato par-
citur, quae leonibus etiam miseranda uideatur? Quid
ergo? Vtetur tuo maleficio Resp. Cæterum exemplum
haud quaquam probabit. Quid si tyrāni uxorem, quā
ille misere deamaret, p uim constuprasses, atq; ille eius
impatiens contumeliae fugerit è uita. Vtrum tyrannici-
dij laudem flagitabis, an raptus & adulterij supplicij
potius formidabis? Res obscura non est. Conferam tuo
facto propiora. Quid si tyranni medicus cum esses, uer-

ueneno egrotanti dato illum sustulisses, utrum ut ueneficum oderit te Resp. an ut uirum fortem admirabitur? tyrannum sublatum gaudebit, facti rationem modumque detestabitur. Quid si cum te tyrannus familiariter uteretur, tu in conuiuium, pretexto necessitudinis uenenum porrigeres. denique si per magicas imagines, ac maleficas quasdam deuotiones tyranno uitam ademisses, utrum a lege premium, an poenam expectares? Atqui tyrannidem utcumque sustulisti. Euentus gaudet lex. Verum exemplum tam perniciosum in Reip. non recipit, ut consuescant ciues scelus ulcisci scelere, patrem in filio iugulare. uides quantum momenti sit in modo, uiaque, ut factum tuum approbetur. Quod lex permittit, ut fiat, non statim permittit, ut id uia qualibet efficias. Adulterium ferro occidere licet, ueneno, aut incantamentis non licet. Cur ita? Quia pestilens exemplum omnino tractare uenena. Nec id ulla causa quantumuis honesta, sinit in ciuitatem irrepere. Quid, quod ne hostem quidem ueneno, aut malis artibus interficere fas est? Nam nusquam non improbat maleficia lex, et ueneno tincta tela etiam in bellis interdicta sunt. Quod si modus facti speratur in his, in quibus nullum petitur premium, quanto magis id fiet in his in quibus summum petitur? Lex triumphum statuit ei, qui certum hostium numerum fuderit. Fuderit aliquis non acie, sed aquis, et pabulo ueneno tinctis. Vtrum ciues hunc aquis oculis spectare poterint triumphantem, an potius sicut ueneficum oderint, auersabuntur, execrabitur? Quid, quod priuatis etiam in rebus uia, modusque praeparatur, quo magis idem oportebit, tum in publico, tum in splendidi-
dissimo facinore, ut a quo conueniat omnem sceleris su-

spionem abesse? Age illud tecum reputa, si medico mercedem pactus esses, quo te morbo leuaret, atq; ille non pharmacis, sed maleficijs, & incantamentis morbum exemisset, utrum primum dabis, an magis hominem in ius trahes iniuriæ malis artibus data reū ages? Clamabit ille morbo te leuauit, qua uia qd istuc tua refert? Hoc tantum spectabas, ut morbo liber esses, cui rei merces est promissa. Ingratum te uocabit, q nisi sua opa ne esses quidem, qui primum negare posses. Tu protinus respondebis, opinor, medico te primum esse pollicitū, non mago, neq; deberi quicquam nisi rem malam ei, q beneficium male dederit. Quanquam ne dedisse quidē uidentur, qui malum malo tollit. Id enim nutare est incommodum, non amouere. Dices enim animo nocendum corpori subueniunt. Atq; istam litem uinces, etiā iniquo iudice. Atqui eadem, aut melior etiam, & uincibilior est tecum causa legi, quā qua tibi futura fuerat cum medico. Nam ibi de priuata mercedula disceptaretur, hic de publico honore. Ibi falsus est unus, hic legi frans fracta, p quam cunctum oportuit ne qsq; quam ciuium circūueniantur. Ibi salus data, certa qdē & efficacia, sed suspecta & improbata uia, hic nefario scelere (cur enim non sic appellatur homicidium, quod in ciuem contra legem admissum sit?) non libertas restituta sed in extremum discrimen adducta Resp. Quandoq; denarium factum p inde habet, ac si medicus quispiā ad curā mercede conductus, uenenum pro remedio ministraret, qd tamen a grota nūc (ita ut non raro cōsueuit accidere) per occasionem morbum adimat. Qui reualuit suis satis, acceptum feret, quod uiuat, tibi mortem, tantū

et si uitarit, tamen imputabit. Neq; sua referre putabit, utrum imperitia, an perperam, ac studiose pro pharmaco uenenum porrexeris, propterea quod tui fuerat officij, aut non suscipere negocium, aut scdm simul & artem, & industriam, ac diligentiam, & quicquid à probato artifice solet requiri, ad curam adferre. Sed age sinimus adhuc possidere te, quod dudum sumus largiti ut planè ista uia tyrannum occideris, citra ullum Reip. discrimen. Lex non approbabit facinus tuum, nisi non tantum à crimine, uerum etiā ab omni criminis specie procul absuerit, ne uidelicet ea, q̄ in hoc potissimum adhibita est in ciuitatem, ut maleficiū omne secludat, incolumitatem suā, quem conueniebat aut deo cuiuspiam, aut certe dñs simillimo homini acceptam referri, sceleri debere dicatur. Non approbabit inquā nisi tyrannum ipsum, quē nominatim indicauit ipsi, quaq; pmit tūt uia sustuleris, ne p̄ primam istā periculosum exēplum in Reip. irrepāt. Postremo nisi ferro, non clancularijs, ac maleficijs artibus, nisi uirtute, nisi manu, nisi uitae manifeste contemptu tyrannū trucidaris. Neq; enim huc tantum spectat lex, ut tyrannus in p̄sens submoneatur, uerum illud multo magis respicit, ut omnes mortales intelligant, in ea ciuitate uiros esse fortes, q̄ non uereantur uitae suae dispendio, patriae commidis consulere, ac p̄clari exemplo facinoris omnes etiā in posterum ab affectatione tyrānidis deterreantur cum uideant in ea ciuitate nullum esse tyrannis satis tutum praesidium, quandoquidem illud nemo scit, qui uitae suae sit contemptor, eum esse alienae uitae dominum. Nam quod omnino satellitum, quae excubiae, qui parietes, quae arx,

quæ arma aduersus huiusmodi animum, tyrāni caput
 defendāt, q̄ patriæ libertatē sua uita bene credat emi?
 Postremo autem, ut maxime tibi constet animus, ut con
 stet uia, id quod est totius negotij caput, non effecisti. tã
 tum enim abest, ut tyrannum occideris, ut quantum
 in te fuit tyrannidem maiorem in modum auxeris, in
 terfecto tyrāni filio. Quid autem refert, maliciā, an stul
 tiā Remp. in discrimen adduxeris? Nam illo, qđ nul
 go, dicunt nihil uerius intempestiuam beneuolentiā ni
 hil à similitate differre. Tantum abest, ut occideris tyrā
 num ut ne suspicari qđem poneris id euenturum, ut
 ipse seimet occideret. Sed iuuenem occidisti, patre insolē
 tiorem, qđ tum postea? si patri & huius scelera lex im
 putat? Magnum proinde tyranni satellitem, non tyran
 num occidisti. Sed paratum tyrānidis heredem occidi
 sti, in tyrannidem succedit, q̄ prior, qui potior est in oc
 cupando. Verum esto sanè, certum heredem sustuleris,
 igitur q̄ tyrannus erat futurus interemisti. ¶ A t̄q̄ quod fu
 turum est, id nōdum est. Porro lex eum, q̄ iam tyrānus
 fit, tolli iubet, nō quem aliquñ futurū diuines. An q̄ statuā
 ex pacto debeat, & rudem trūcem p̄stiterit, fidē p̄sol
 uisse uideatur? Non arbitrator. Vbi nunc igitur sunt illa
 tam multa, q̄ tibi ad p̄mium postulādum supererant?
 Vides q̄ ne unum qđem omnium tibi constet, quorum
 nihil oportebat deesse. Volui inquis, id denum uoluis
 se te lex credit, qđ effeceris. Postea è re nata, propositū
 est commutatum. Hoc igitur p̄mij, tibi debetur, qđ ei, q̄
 in Olympijs medio è cursu relicta ineta, ad carceres re
 flectit habenas. At periclitatus es. proinde id laudis an
 feres, quod is, q̄ sudauit in Olympijs, nec uicāt. Sed occi

disti deniq; uerum cum, quem neq; lex pmittebat arbitrio tuo, neq; ex usu publico fuerat, occidi. At bene uerit civitati, quod fecisti, numini igitur gratia debebit, taliqualem Palladē Atticis fuisse ferunt, de qua proverbiū extat, quod Atheniensium male consulta, in bonū exitum uertere consuevit. Non tu leges seruasti, sed sustulisti non libertatem restituiisti, sed numen aliquod huic urbi propitiū, quod euentum tuæ tueritati debitum, sua comoditate à nobis auerit. quod tuam stulticiam nobis uerit in occasione restituendæ libertatis. Nō ego ingratum erga te populū constituo, immo tu populū ingratum in deos reddere laboras, quē cum seinel in periculum uocaris, ne pro simplici tyrannide duplicatam pateretur. nunc rursus in discrimen trahere conaris, ne ab iratis superis in pristinam seruitutem, aut grauius aliquod infernum retrudatur. Quid tu te facis, & phaleratis dictis in alienum meritum insinuas? Quid tibi in eo negotio laudem uniuersam uendicas, ex quo præter pœnam tueritatis nihil ad te redire merito possit? Si Reip. Si iudicibus probare potes animum tuum tyrannicida dignum, q nullum periculum uitæ Reip. causa recusarit. Si facinus non scelere non pnicioso exemplo, sed legitima uia peregisti, si fortuna tuis egregijs conatibus bene expetitum dedit euentum, aude tyrannicidam te uocare, aude pulcherrimum, ac penè diuinum munus à Rep. poscere, aude nobis seruatas leges, restitutam ciuitatem, aude templa, aras, focos, fortunas omnes, tantos pueros inuolatas uirgines, impolluta matrimonia, deniq; hoc ipsum. qd hic lege & apud iudices agimus exprobrare, aude mihi minari, qd obstiterim,

*aude ciuitatem ingratiitudinis insimulare, nisi laudem
 promeritam persoluerit, aude Iudices uel iniquos, uel
 corruptos clamitare, nisi suis sententijs præmiū tibi de-
 creuerint. Contra si suspectum, quid uolueris, si pericu-
 losum, si contra leges, si cum scelere coniunctum, qd fe-
 ceris, sit pudor, ac desine tandem improbe p̄miū fla-
 gitare, quod nulla ratione promerueris, pœnā, si sapi-
 zncipe deprecari. Istuc fortassis ab æquitate iudicium, a
 ciuitate deorum munere lata queas impetrare. Neq; n.
 putes, unum me, te à p̄mio detertere. Imaginare istac in-
 causa, pariter & leges, & Remp. & deos tibi aduersa-
 ri. Puta leges histecum uerbis agere. Si nos uere restitu-
 tas uideri uis, sine nostram auctoritatem primū in hac
 tua causa ualere. Longe plus laudis ex hoc iudicio refe-
 res, si nobis cesseris, si parueris, si tuam cupiditatem nos-
 tro submiseris arbitrio, si primum exemplum in te ci-
 uibus edideris, reuixisse nos. Si monstraris ciuitati iam
 non ex sceleratorum libidine, sed ex nostro præscripto
 cuiq; uiuendum esse. Atq; altera ex parte Remp. hac te
 cum oratione uti puta. Si ciueni bonum mihi, præstare
 studeas, noli hanc stultitiæ notam mihi inuere, ut in po-
 sterum te cognita, dicar ebrietate quadam gaudiorum
 ei p̄miā decreuisse, cui pœna magis deberetur, noli mihi
 deos, quos uix deniq; tā diuinis uotis, tot sacris, tot p̄ci-
 bus, tot meis malis placavi, commoni, propitios reddidi
 denuo per ingratiitudinem iratos, atq; infensos reddere.
 Sine ut mihi per te liceat, saltem illoꝝ beneficio frui. Qd
 si te neq; leges, neq; Resp. commouet, certe deorum ora-
 tionem uereri debes, quos ita tecum agere putato, Quid
 tute in nostra laudis possessionem ingeris? Quid hono-*

ri nostro inuides? Cur nō sinis nos in hanc ciuitatē per-
penio benignos esse? Cur tu ipse tam ingratus existis?
Ciuitas hęc semel mihi restitutā libertatē debet, tu bis
debes, cōmoditatē nostrā, & quod Remp. seruauimus.
cuius tu pars es, & qđ cōmoditate nostrā, uiam pericu-
losam stulticiam, uel scelus potius, in maximam felicita-
tē uerterimus. Etenī nisi nos dextri, propitijq; adfuisse-
mus, qđ aliud tu, qđ perieras, & p te Resp. Quod si pla-
nē contendis pmiū aliqd feras, abunde magnū prae-
miū à nobis persolutū est, qđ per nos res à te male in-
stituta bene uerterit. A' legibus merito maior relata gra-
tia, si nostrā prosperitatis respectu temeritatis simul, et
sceleris ueniā condonarint. A' ciuitate satis amplā lau-
dem feres, si ea patiantur, ut in restituta libertatis histo-
ria tuū quoq; nomen admisceatur. Hac laudis parte cō-
tentus desine nobis debitū uelle p̄ripere, ciuitati munus
nostrum eripere, legibus aut authoritatē adimere. Sed
finem facio nimirū ex illata iam aqua. Quod superest,
nunc uestra partes sunt iudices statuere, utrū secundum
leges, secundū deos, secundū Remp. sententiam dicere,
an secundū hunc gloriosum ostentatorē pronuntiare ue-
litis. Vtrum hanc urbis felicitatē, huius temeritati, huius
sceleri acceptam ferre malitis, sapius exprobrādā,
& breui fortassis à superis iratis (id qđ abominor) au-
ferendam, an in deos, qbus sine controuersia, tota debet
tur re ferre, eorūdem pietate, seruādā, agendā, beneq;
fortunandā. Vtrum magis ex his sit, ut primo hoc iu-
dicio, statim leges cū cūuētā dicantur, an ut appareat,
legū restitutarum seueritatem, & iudicium sapientiam
aduersus unius iniquam postulationem ualuisse.

ERASMVS ROTERODAMVS. M. IO/
ANNI PALVDANO RHETO/
RI LOVANIENSIVM
S. P. D.

V intelligas hūanissime Paludane Era
smum illum tuum, tametsi per omnes
t terras, mariaq; uolitantem, tamen ui
memoriam perpetuo secum circumfer
re, mitto quasi Symboli uice Luciani
dialogū, cui titulus. περὶ τῶν ἐπὶ μίαν ὥσυχον ὕπνον.
Queni in Italiam profecturus, in ipso penē procinctu
Latinum feci. In eo non sine uoluptate tanquam in spec
culo uidebis, aulicæ uitæ incommoda, quæ tu mihi sæ
penumero commemorare solebas, nimirum expertus,
& uelut naufragio eiectus, ac nix isti liberæ, litterar
iæq; uitæ redditus. Idq; feci eo studiosius, ut meo exem
plo te promocarem, uti iādiu græcisticis in litteris uer
satus incipias & ipse aliquando audere aliquid. Cur
enim non dicam audere? Cum nullum sit mea senten
tiæ, facinus audacius, q̃ si coneris ex bene Græcis bene la
tina facere. Vale, meque tui amantissimum munum
ama.

LVCIANI

113

LVCIANI LIBELLVS DE IIS, QVI
MERCEDE CONDVCTI IN
DIVITVM FAMILIIS VI
VVNT ERASMO IN
TERPRETE.

*C*quid tibi primum amice, aut quid
postremum (quemadmodum vulgo di
ci consuevit) recenseam ex ijs, quæ tum
facere, tum pati coguntur, qui merces
dis gratia sese in alienas domos, conui
sumq; tradunt alienum, quiq; in locupletum istorum
amicitiã accersuntur, si modo eiusmodi illorum seruiti
um conuenit amicitiam appellare. Non enim permul
ta, atq; adeo pleraq; omnia, quæ illis ibi soleant accide
re, non qd ipse ea experimento cognorim (neq. n. mihi
iniquam experiundi incidit necessitas, ac nequãdo in
cidat di prohibeant) sed qd complures, qui in hoc uitæ
genus inciderant, apud me soliti sint cõmemorare, pãm
qui in ipsis etiam diu malis constituti, quæ, & quanta
ferrent, deplorabant, partim qui tanq; è carcere quodã
profugì, nõ absq; uoluptate recordabãtur, commemoras
bantq; ea, quæ fuerant perpeffi, Immo iunabat renoca
re ob oculos, quas erumnas effugissent. Atq; hĩ qdẽ di
gniores mihi uisi sunt, qbus fides haberetur, ut qui eius
sacri ritus (ut ita dixerim) omneis, omniaq; mysteria p
cãdidiçssent. Hos igitur haudquaquã idiligẽter, nec osci
tanter audire soleo, uelut naufragiũ quoddam, ac pte

Erasmus

P

De ijs, qui mercede

spem obiectam salutem enarrantes. Cuiusmodi sunt isti, qui in templis deterso capite, in frequenti mortaliū cœtu, immanes undas, procellas, sublatis in cœlū fluctus, iactus, malos fractos, gubernacula reuulsa narrant. In primis autem geminos Castorem, & Pollucem apparet (nam hi peculiariter ad hanc tragœdiam perlinēt) aut alium deum quempiam repente (quemadmodum in fabulis fieri consuevit) exortum, summisq; antennis confidentem, aut iuxta clavum adstantem, qui navim invalidam ad litus aliquod direxerit, in quod illisa ipa quidem sensim, ac commode dissoluerentur, illi vero tuto in solū descenderint, idq; ope, favoreq; diuino. Atq; isti igitur perniuita id genus ad præsentem commoditatem exaggerantes cōmemorant, quo videlicet à pluribus sapiēti accipiant, si non calamitosi modo, verum etiā dijs chari esse videantur. Porro ij, dum eas, quas in tectis tulerunt, tempestates referrēt, atq; immanes illas undas, quin etiā decumanos fluctus, & quemadmodum primum à litore soluerint mari tranquillo, quantumq; molestiarum perpetua navigatione sint perpassi, dum sitiunt, dum nauscant, dum salo perfunduntur. Deniq; quemadmodum infelici nauigio in cauenti quampiam sub undis latentem, aut in scopulum aliquem præruptum, & asperū illiso fractoq; miseri egre enatarint, nudi, cunctarumq; rerum inopes. Hanc unquam cum referrent, mihi qdem nisi sunt, multa, præ pudore subtrahere, uolentesq; ac scientes obliuisci. At ego etiā illa, præterea autem & alia nonnulla ex illorum narrationibus coniectans deprehēdi, quicquid erumnarum cum eiusmodi conuictibus coniunctum est. Quæ qdem oīa

hanc grauior, optime Timocles tibi percensere. Iam prius
dum enim mihi uideor animaduertisse, te de capeffenda
hac uitæ ratione cogitare. Nam olim cum his de rebus
sermo incidisset, mox ex ijs, qui præsentes erant, quispiam
(mercenarium hoc uitæ genus) laudare cepit, fortunatis-
simos eos affirmans, quibus contigisset, horum fami-
liaritate, qui apud Romanos essent optimates, tum con-
uiujs adesse opiparis, idque immunes, præterea splendi-
dis in ædibus diuersari, tum peregrinari omnigena cum
commoditate, uoluptateque alba interim in rheda, si for-
te libeat, resupinatos. insuper ob hanc amicitiam, obque
commoditates, quibus afficiuntur, etiam præmium ferre.
Id uero non mediocre uideri, istis enim hanc dubie cir-
tra se mentem, ac citra culturam, quod aiunt, cuncta pro-
uenire. Hæc igitur, atque id genus alia cum audires, ani-
maduertî, quemadmodum ad ea inhiaueris, quamque ani-
de ad ostentatam, imminentemque escam os porrexeris,
proinde ne quid mihi certe in posterum possis imputa-
re, neque ex postulare queas, quod cum te conspiceremus tam-
tum una cum esca deglutientem hamum, non corripuerim-
us, neque prius quam guttur deingereretur, reuulserimus,
neque præmonuerimus, uerum postea cessassemus, donec iam
adactis, atque infixo trahi iam, ac uiduam conspiceremus, tunc
cum nihil opis afferri possit, frustra adesse nos, atque illas
chrymari. Hæc inquam nequando possis dicere, quasi dicantur,
merito profecto dicantur, neque à nobis refelli possent,
quo minus peccasse uideremur, ut quod prius ista non idicas-
semus, audi nunc ordine omnia. Ac rete quidem ipsum cuius-
modi sit, quamque nullum habeat exitum, non intus medijs
in sinibus inolutus, sed foris intus, atque per omnem ante cunctas

plator, unci aris aculeum, reflexam hami aciem, ac tridentis cuspidem, manu tentans, malaque admotas experiens. Quod nisi uehementer acuta, nisi sic illigantia, ut efugiendi nulla sit facultas, nisi dira uulnera factura uideantur, acriter trahentia, et inexplacabiliter retinentia, nos quidem inter formidolosos, atque ob id etiam pauperes, famelicosque ascribito, ipse uero sumpta fiducia, uentum istum, si uideatur, aggredior. Lari in morem totam escam hiatu deglutiens. Atque in uniuersum quidem forsitan tua causa omnis hic sermo dicitur. Quanquam non solum de uobis philosophis, aut his, quicunque uitae institutum sibi delegerunt, cum uirtutis studio coniuncti uis, uerum etiam de grammaticis, rhetoricis, musicis, breuiter de omnibus, qui in doctrinae professione uersari, quae situmque facere proposuerunt. Ceterum, cum omnia sint inter istos communia, eademque prorsus accidant omnibus palam est, philosophorum conditionem non esse a reliquis eximiam. Immo hoc illis turpius ista contingere, cum sint cum alijs communia, si ij, qui conducunt, non alijs praemijs eos quam reliquos dignos indicet, nibiloque magis quam ceteros in honore habeant. Itaque cum re reperietur, id quod hac narratione recensetur, eius culpam potissimum in ipsos conferre par est, qui eiusmodi faciunt, deinde in eos, qui talia sustinent. Ego uero culpari non debeo, nisi forte ueritas, et libertas in commemorando reprehensionem mereatur. Ac reliquum quidem hominum uulgus, puta palaestricos quospiam, aut adulatores imperitor, sordidoque animo, ac suo apte ingenio humiles, et abiectos homines ne operarium quidem fuerit ab eiusmodi conuictu debortari, quippe nequaquam obtemperatur.

ros, neq; rursus æquum sit illis vitio uertere, qđ non relinquant suos conductores, etiam plurimis ab illis cōtū melijs affecti. Sunt enim ad eam uitæ rationē accōmodatī, factiq; neq; ea uidelicet indigni, p̄terea ne habeāt quidē aliud quippiam, ad quod se se conuertant, et in quo se se exercent, adeo ut si quis eam uitā illis adimat, ignaui ilico, consiliq; inopes, desidiosi, atq; inuāles reddantur. Quāobrem, nec ipsi rem indignam aliquam patiantur, nec illi contumeliose facere uideantur, si (qđ aiunt) in matellam imminxerint. Etenim ad eas ipsas contumelias iā inde initio p̄paratī, conferunt se se in familiā. Atq; hæc sola illis ars suppet, ferre, et ppeti qcquid acciderit. Cæterum eruditorum nomine, de qbus institueram loqui, in merito indignandum, enitendūq; ut q̄ maxime fieri potest, eos inde reuocatos, in libertatē uindictemus. Videor autem recte facturum, si qbus de causis se quidam ad hoc uitæ genus conferunt, eas causas excusifero, parumq; idoneas, atq; efficaces esse demonstrauiro. Siquidem eo pacto omnis illis præcipitur excusatio, summusq; ille titulus, quo suam spontaneam seruitutem solent obtexere. Iam igitur pleriq; paupertatem, & rerum necessariarum inopiam proponunt, atq; eam umbram satis idoneam existimant, qua suum factum prætexant, quod ultro ad eam uitam accesserint. Ac sibi sufficere credunt, cum aiunt, se quiddam ignoscendum facere, qui id, quod est in uita molestissimum, nempe paupertatem, studeant effugere. Postea in promptu Theognis, atq; illud plurimum in ore.

Nam quencunq; uirum paupertas illigat.

Et si qua alia terricula abiectissimi quiq; poetæ de pau-

De ijs, qui mercede

peritate sunt commenti. Eodem si uiderem ex huiusmodi conuictu paupertatis effugium aliqd uere contingere, non admodum anxie cum eis de uehementer amplectenda libertate disceptarem. At posteaquam eiusmodi quædam accipiunt, cuiusmodi sunt a grotantiū alimenta (quemadmodum egregius ille dixit orator) quæqueant effugere, quo minus in hoc ipsum parum recte sibi consuluisse uideatur, nimirum semper illis manente eodem uitæ illius argumento. Semper. n. manet pauper, semper accipiendi necessitas, nihil, quod seponatur, nihil superest, qd reseruetur. Verum quicqd datum fuerit, ut deat, ut uniuersim etiam capiatur, prorsus omne insumitur, ita tamen, ut ne id qdem in usus sufficiat. Rectius autem futurum fuerat, si nequaquam causas eiusmodi cōminiscerentur, quæ paupertatem seruant, aluntq; atq; eaternus duntaxat opitulantur, uerū q illam tandē aliquando tellant. Ac forsitan tibi hoc uolebas Theogni, cū diceret, eam in altum mare, ac præruptis de scopulis præcipitem dari oportere. Quod si quis semper pauper, semper egens, cum semper mercede conductus inereat, hoc ipso sese arbitretur aufugisse paupertatem, non uideo, qui fieri possit, quo minus hic ipse sese fallere uideatur. Rursum alij negant sese paupertatem formidaturos, si modo reliquorum hominum in morem possint suo labore, suaq; industria uictum suppeditare. At nunc sibi fractas esse corporis uires, seu senio, seu morbis, eoq; ad eam uitam mercenariam faciliem uidelicet, atq; commodam confugere. Age igitur, inspiciamus num uera prædicent, & num ea, quæ dantur ex facili illis suppetant neque maiore labore constent, quàm uulgo suis uictus.

Nam id quidem etiam uotis expetendum, ut citra laborem, citra sudorem, nullo negotio paratum argentum accipias. Verum quam hac absint à uero, istud profecto ut dignum est, ne dici quidem satis potest, tantum laborum, tantum sudorum in eiusmodi conuictibus ex hauriendum, ut ex eo tempore, cum pluribus etiam egentibus, tum praecipue bona ualitudine, quippe cum quotidie sexcenta non desint negotia, quae corpus conficiant, adque extremam usque defectionem delassent. Verum hac suo loco dicemus, cum etiam reliquas illorum incommoditates commemorabimus. In praesentia sat erit leuiter ostendere, qui se aiunt hac de causa in seruitutem addicere sese, ne istos quidem uerum dicere. Superest iam ut eam causam referamus, quae quidem ut est uerissima ita ab illis minime profertur. Nempe ipsos uoluptatis gratia, et amplis illis spebus incitatos ultro inuadere familias diuitum, auri, argenti que uim et copiam admiratos, praeterea quod felices sibi uideantur ob conuiuia, reliquasque eius uitae delicias, sperantes futurum, uti mox nemine uetante, assam auro sese proluant. Haec nimis sunt, quae illos adducunt, atque ex liberis seruos constituunt. Non rerum necessarium usus, quem praeterebant, sed rerum non necessarium cupiditas, atque ingentium illarum, et ampliarum opum admiratio. Enimuero quemadmodum miseros istos atque infelices amantes callidi quidam et ueteratores amasij receperant, et et fastidiēter ducunt, lectatque, uidelicet, quo iugiter amantes ambiat ipsos, atque in seruiat. Ceterum ex amoris fructu ne summo quidem osculo imperdunt. Intelligunt enim copia facta dissoluendum amorem. Id igitur ne fiat praet

De ijs, qui mercede
caveant, diligenterq; sui copiam subtrahunt. Alioqui spe
semper retinent amanti, metuentes, ne desperatio mi
nuat cupiditatis ardorem, amantiq; ab se alienet.
Proinde semper arident, pollicenturq; semper facturi
sunt, semperq; gratificaturi, semperq; magnificis de res
bus curæ haberi, donec imprudentes ambo repente se
nuerint, atq; utriq; iam præterierit ætas, huic ad amā
dum, illi ad dandum. Atque ita omni vita, nihil illis
peractum est, ultra spem ieram. Atqui voluptatis cu
piditate nihil non ferre, id quidem forsitan non usque
adeo viro vertendum, quin magis venia danda, si quis
voluptate capiatur, & hanc undeque confectur,
quo possit ea potiri, quanquam turpe forsitan, ac servile
si quis ea gratia senet in ius tradat alienum, propter
ea quod voluptas, quæ ex libertate picipitur, multo suavi
or est quam ea, quam ille libertatis iactura sectatur.
Attamen hoc quoque aliquo pacto ignoscendum illis
sit, si modo consequantur. Verum enimvero ob solam
voluptatis spem, multas perferre molestias, equidem et
deridiculum arbitror, & stultum maxime. cum videāt
labores certos esse, manifestos, & inevitabiles, porro il
lud, quod speratur, quod quidem nihil aliud tandē est
quam voluptas, ne tam longo quidem tempore contingi
se. Præterea autem, nec verisimile videri, ut contingat
aliquando, si quis modo rem recta reputet via. At Vlyss
is socij, dulci quadam gustata loto reliqua negligebāt,
ac præsentī voluptate delinīti honesta contemnebant, ut
non prorsus cum ratione pugnarit in illis honestatis ob
livio, nimirum animo voluptatis illius sensu occupato.
Verum si quis famelicus alij cupiam loto sese ingurgit.

tanti, neq; quicquam inde impertienti assistat, idq; solum ob spem, quod credat fore, ut & ipsi aliquando degustandum locum porrigat, assistat inquam ad hunc modum, recti atq; honesti oblitus, dii boni q̄ hoc ridiculum, planeq; verberibus quibusdam homericis dignū. Ergo quæ istos ad diuitum conuiuium adducunt, & quibus impulsī sese illis dedunt, ad quodcumq; libitum fuerit utendos, hæc sunt, aut his fermè simillima. Nisi siq; & illos commemorandos esse iudicat, quos hæc una res ad id commouet, quod gloriosum arbitrantur, cum illustribus, atq; opulentis uiris habere consuetudinē. Sunt enim qui hoc quoq; præclarum, ac magnificū, supraq; plebem esse existiment. Nam ego quidem, quod ad me proprie attinet, recusarim uel cum Persarum rege conuiuere dūtaxat conuiutorq; uideri, si nullus ex eo conuietui fructus ad me redeat. Cum itaq; causa eius uita suscipienda sic illis habeat, age iam consideremus apud nosmetipsos, primum cuiusmodi sint illis pferenda prius, q̄ admittantur, prius q̄ obtineant. Deinde cuiusmodi in ipsa iam uita constituti patiantur. Postremo si qua deniq; catastrophe, siq; fabulae exitus illis contingat. Neq; enim illud dicere possunt, hæc tametsi molesta sint, tamen assuesci facile, neque ad id multo opus esse labore. fat esse, si uelis modo, postea reliqua omnia factu fore facilia. Immo necesse est, ut primum diu sursum ac deorsum cursites, mane excitatus assidue pro foribus obuerseris, ut perdures, cum protruderis, cum excluderis cum improbus interdum, atq; importunus uideris iatnitori male syriissanti, cumq; tibi nomen inditur Cletori Libyco, cumq; nominis tui inenoriā mercede redi-

De ijs, qui mercede

mere cogeris, cum etiam uestitus tibi est apparandus
supra tua rei facultatem, pro dignitate eius, cuius con-
uictum ambis, deligendus color, quo ille potissimum
gaudeat, nā ne discrepes ne ne oculos illius offendas.
Postremo uti graviter affectere necesse est, uel antecedas
ponus à famulis protrusus, ac uelut pompam quandā
expleas. At ille interim complere is iam dies ne aspiciat
quidē te. Quod si quando res tibi felicissime uerterit, si te
respexerit, si accersuerit, dixeritq; qcqd illud fuerit qd
illi forte in buccā uenerit, tum deniq; tum plurimus sic-
dor tū singultus crebri, tum intēpestiua trepidatio, tum
sanē eorum, qui adsunt hāsitantiam tuam, ac perplexi-
tatem ridentium. Qua quidem non raro accidit, ut cū
oportuerit respondere, quis fuerit rex Achiorum, mil-
le naues illis fuisse respondeas. Atque id, si qui sunt mo-
desti, pudorem uocant, immodesti timiditatem nomi-
nant, improbi insciām. Ita fit, ut tu primam hanc
diuitis comitatem, tibi periculosissimam expernes, ita
discedas, ut tantam animi tui imbecillitatem ipse con-
demnes. Porro ubi multas iam noctes insomnes duxeris
ubi plurimos dies cruentos egeris, haud quidem Helenæ
gratia per Iouem, neq; ob priameia pergama, uerum
spe quinq; obolorum. Connigerit autem si deus quispiā
tragicus, qui tibi sit auxilio, iam illud restat, ut explore-
ris, excutiarisq; num litteras noris. Nā tuus conuictus
nō inuicundus est diuini, probat enim, ac felicem se red-
dit. At tibi uidetur, de uita ipsa, deq; omni fortuna certa-
men esse paratum, propterea qd tibi uenit in mentē idq;
merito futurum, ut alius nemo sit admissurus, si prius
ab hoc reiectus, ac repudiatu uideare. Interim in uas

rias curas distraharis oportet, partim dum inuides ijs, qui pariter ex æquo tecum aestimantur. Finge enim & alios esse, qui eiusdem fortunæ tibi sint cōpenitores, te uero tibi uideri cuncta parum absolute respondisse, metuentem interim, simul et sperantem, ac misere de illius uultu pendentem, qui, siquid parum probet eorum, quæ dixeris, peristi. Sin arridens auscultat, hilarescis, et spe bona fultus consistis. Porro consentaneum est, esse non paucos, quorum alij tibi aduersentur, maleq; cupiant, alij tibi sint oppositi uti refellant. Horum unusquisque clanculum uelut ex insidijs in te iaculat. Iam uero illud considera, quale sit uirum promissa barba, cana coma, examinari, nunqd bonæ rei didicerit, & alijs qdē didicisse uideri, alijs secus. Superior interim uita, et omnis contracta ætas tua curiosius disquiritur. Quod si quis aut ciuis inuidia, aut uicinus leui quapiā de causa provocatus, te deferat, & adulterium dicat, uel puerarij, is proñus, iuxta uetus illud proverbium, ex Ionis tabulis testis. Porro si pariter omnes bene de te prædicent suspecti leues, pactaq; salarij parte ad hoc ipsum redempti uidebuntur. Nam admodum omnia tibi constent oportet, Nihil prorsus sit, quod tibi queat obsistere. Alio qui nunquam obtinueris. Age sanè. Hoc quoque contingit, ac bona quapiam fortuna cuncta tibi feliciter cesserunt. Probauit ipse tuam orationem, non dehortantur amici, qui sunt præcipui, quibus ille huiusmodi in rebus plurimam habet fidem. Ad hæc uult etiam uxor, Non refragatur domus pfectus, neq; item dispensator. Nemo tuam infirmulauit uitam, dextra omnia, & omni ex parte bene promittunt sacra. Vicisti igitur ò fortis

nate, & coronatus es olympia. Quin Babylonē magis cepisti, aut Sardorum arcem occupasti. Habebis copiae cornu, & gallinaceum lac emulgebis, par est, ut aliquando praemia capias maxima uidelicet, & quae laboribus tantis respondeant, ne corona tua frondea diutaxat sit, simul ut merces haudquaquam contemnenda praestitatur, eaq; commode ad usum, citraq; negotium persoluantur, utq; reliquus item honos tibi praeter ministrorum uulgus suppediteat. Caterum à laboribus illis, à luto, à cursitationibus, à uigilijs in otium te recipias, ut id quod uulgo solent optare mortales, porrectis pedibus dormias, nihilq; iam facias praeter ea sola, quorum gratia primum receptus es, & in quae conductus. Ita enim consentaneum fuerat Timocles, neq; ingens malum erat futurum, si quis subdita cervice ferat iugum, leue nimirum, & portatu facile, quodq; omnium maximum, auro illitum. At qui longe secus res habet, immo nihil horum reperietur. Siquidem in medijs ipsis id genus conuictibus sexcentae res accidunt, uiro ingenue nequaquam toleranda, quae cum audieris, ipse tecum ordine reputato, num quisquam ea perpeti queat, cui quidem cum eruditione uel minimum commercij fuerit. Exordiar autem, si uidetur, à primo conuiuium. unde consentaneum est te consuetudinem illam conspiciaturum. Primum igitur, adest tibi quispiam, q te iubeat ad conuiuium accedere, famulus non incomis, qui tibi prius placandus datis in manum, ne uidearis inciuilis, ut minimum quinq; drachmis. At ille Accizans, seq; cum maxime cupiat, cupere dissimulans, Apage inqt, Ego ne quicquam abs te? Addit & illa, absit dij prohibeant

Tandem flectitur, atq; obtemperat, ac discedit, te didu-
cto ritu subsannans. Tu porro niūda sumpta ueste, mun-
dissimeq; cultus, lotus accedis, felicitus interim, ne pri-
or alijs aduenias. Nam id inurbanum, quemadmodū
postremum uenire, graue, proinde nudia inter utrūq;
obseruata opportunitate ingrederis, tēq; sanē quam ho-
norifice excipiunt, tum arrepta manu te quispiam iur-
bet accumbere, paulo infra diuitem, inter duos fermē
ueteres amicos. At tu perinde atq; in Iouis aedes uener-
ris, nihil non admiraris, & ad omnia, quæ geruntur, su-
spēsus inhiās, propterea quod noua tibi, atq; inuisa sint
cuncta. Interim familia te spectat, omnesq; qui præsē-
tes sunt, quid agas obseruant. Neq; uero ea res curæ non
est ipsi diuini, quippe qui famulis aliquot p̄monitis ne-
gotium dederit, ut oculis obseruent, quemadmodum te
geras in pueros, aut in uxorem, num subinde ex obli-
quo respectes. Ac reliqui quidem conuiuia, simulatq; te
uident, propter imperitiā ad ea, q̄ sunt attonitū, ac
stupēfactum, derident clanculum coniectantes te nun-
quam antea apud alium quenipiam cœnasse, nouimq;
tibi esse, ut manūle apponatur. Proinde, sicuti uerisimile
est, prae hāsitantia iudes oportet, ac neq; cum sitias, an-
deas potum poscere, ne uinosus uideare, neq; uarijs ap-
positis obsonijs, & in ordinem quendam extructis, sci-
re posses, cui prius, aut posterius manum admoueas.
Quare ad eum, qui proximus accumbit, respectes ne-
cessē est, atque eundem imitatus conuiuij rationem, &
ordinem discas. Alioqui anceps sedes, & uarians, ani-
moq; penitus perturbato, & ad omnia, quæ illic gerun-
tur, obstupescēs. Atq; interim q̄dem, diuitis admiraris

De ijs, qui mercede

felicitatem propter auri uim, & eboris, tantasq; delicias interim tuam ipse deploras infelicitatē, qui cū nulli us sis rei, tamen uiuere te credas. Nonnunq̃ & illud inuentem uenit, fore, ut admirandam, & expetendam quandā uiuas uitā, q̃ppe q̃ sis omnibus delitijs illis frui turus, cunctorūq; ex æquo futurus particeps. Arbitraris enim te semper bacchanalia festa celebraturum. Quin & adolescentuli formosi pramministrantes, ac silentio ar ridentes, suauius in posterū hoc uitæ genus pollicentur, ut Homericum illud nunq̃ desinas in ore habere.

Haud ināno uerū debet, si iroia pubes,
Armañq; simul Danaï, sub Marte, laborum
Pondera tanta ferant.

Ob tantam uidelicet felicitatem.

Accedunt ad hæc inuitatiunculae ad bibendum. Ac po stulato perquam ingenti scypho, quispiam præbabit tibi, præceptorem, aut aliud quiddam deniq; te appellās. At in recepto scypho, quid uicissim oporteat respondere, propter eiusmodi morum imperitiā ignoras. Iamq; rusticanus, & inelegans esse uideris. Cæterum ea propinatio multorum ueterum amicorum inuidiam in te concitauit, è quibus nonnullos iādudum tuus accubitus urebat, qđ modo cum adueneris, ijs antepondere, q̃ multorum annorum seruitutem exhausserint. Protinus itaq; talia quædam de te inter illos dicta feruntur. Illud scilicet malis nostris deerat, ut etiam ijs, qui nuper in familiam commigrarunt, posthabeamur. Et solis græculis patet urbs Romana. Et quid habent, quamobrem nobis debeant anteponi? Num mirificam quandam utilitatē adferre uidentur, cum uerbula quædam misera dicunt?

Rursum alius hac. An non vidisti, quantum biberit, quemadmodum cibos appositos auide corripit, ut denotarit? Homo inelegans, ac fame enectus, qui ne per somnum quidem unquam fuerit albo pane saturatus, multo minus aue numidica, aut phasiano, è quibus nobis nix ossa reliqua fecit. Porro tertius, fami inquit prius quàm quinque abeant dies, uidebitis hunc nihilo plus ris fieri, quàm nos. Nam nunc quidem non secus, atque calcei noui solent, in pretio est, & habetur charus, uerum ubi crebro iam fuerit calcatus, lutoque deformatus, tum misere sub lecticam abijcietur sit, quemadmodum nos, oppletus. Atque inter illos talia permulta de te iactantur. Ex quibus aliquot iam tum etiam ad calumniandum, insinuandumque te incitantur. Omne igitur illud conuiuium tui plenum, ac plerique de te sermones. Tu uero propter insolentiam, atque insuetudinem plus quàm sat est hauris uini tenuis, & acris, eo que iam dudum alio tibi cita, discruciaris, uerum neque decorum tibi, ante alios è conuiuiis discedere, neque rursum manere tutum. At producta interim in longum potatione, dum sermo alius ex alio nascitur, dum spectacula alia post alia proferuntur in conuiuium. (Nam uniuersum fortuna suæ strepitum tibi cupit ostentare) non mediocriter discruciaris, cui non liceat, neque uidere, quæ geruntur, neque auscultare, si quis uoce cytharæ canat egregie formosus adolescentulus. At laudas tamen inuitus, cæterum animo illud optas, ut aut terræ motus repens ortus ea cuncta discruciat, aut incendium aliquod renouetur, quo simul conuiuium tandem aliquando diuinatur. Habes amice pri-

De ijs, qui mercede
mum illud scilicet, & suauissimum conuiuium, quod
mihi quidem haudquaquam suauius sit cepis, cādidor
que sale, libere, cum uelim, ex ijs, & quantum uelim
edenti. Verum ut ne tibi cominimoreni ructus acidus, q
deinde sequuntur, ut ne nocturnos uomitus, mane uor
bis erit de mercede pacto transigendum quantum, &
qua anni parte te oporteat accipere. Ergo praesentibus
duobus, aut tribus amicis, accersito te, & considerare in
so, sic loqui incipit. Facultates nostrae cuiusmodi sint, iā
prospicere poniisti, quā nullus in his strepitus, aut
ostentatio, sed mediocria omnia, ac plebea. Sic autē ani
mum inducas uelim, ut existimes, omnia nobis fore cō
munia. Nam ridiculum profecto, si cum charissimam
possessionum inearum partem puta meam ipsius uitā,
aut per Ioueni, liberorum etiā (si fors illi liberi fuerint
erudiendi) tibi credam, non aliarum item rerum te me
cum ex aequo dominum, ac possessorem existimeni. Cae
terum quando cerā quippiam est praefiniendū, age con
sideremus, quid aptum, quidq; tuis moribus sit satis.
Atq; equidem intelligo non mercedis adductum spe, te
in nostram uenisse familiam, uerum aliarum gratia re
rum puta nostrae in te beneuolentiae causa, tum hono
ris, qui tibi praeter ceteros omneis continget. Attamen
praefiniendum est aliquid. Quin ipse magis, quod uide
bitur statuito, habita ratione, uir amicissime, munus
etiā illorum, quae quotannis festis diebus à nobis ac
cepturus uideris. Neq; enim uel ista nobis fuerint negle
ctui futura, etiā si nunc hac pactioe non complecti
mur. Scis autem complures per annum eiusmodi, mu
nerum occasiones incidere. Horū igitur habita ratione,
moderatus

moderatus nimirum primum nobis praescribas. Præterea decet etiam nos homines eruditos, pecuniā negligere. Hæc ille dicens, totūq; te uaria spe labefactans, miserem sibi, ac tractabilem reddidit. Tu porro, qui dudum talēta, ac multa numū millia seminaris, scilicet agros, et familias, sentis quidem tacitus apud te hominis serdes, ac parcimoniam, nihilominus blāditur tibi pollicitatio tamen, atq; illud communis futura, sunt omnia ratum, & uerum fore arbitraris, ignarus, eiusmodi dicta. Summis ē labijs, non imo ē corde profecta.

Tandem præ pudore ipse statuendi ius de fers, neq; ille facturum sese negat. Caterum ex amicis presentibus quēpiam in eo negotio ueluti mediū intercedere iubet, qui salarii modū pronunciet eī, qui neq; ipm grauet, ut cui plurimas, tum alias in res, magis his necessariis sumptus sit faciendus, neq; iustus ei, qui laturus est, sit oīno indignus. Atq; is seniculus quāpiam, diuitis æqualis, unā cum illo à pueris, adulando educatus. Eho tu inquit, nū inficias ire potes, quoniam unus sis, qui in hac urbe uiuunt, oīum fortunatissimus, cui primum contigerit, quod pluribus misere cupientibus, uix à fortuna dari possit, nempe, ut in huius hominis consuetudinem admittaris, ut cōmunes penates hēas, ut in familiam, inter Romanos primariam recipiaris? Id nimirum Cræsi talenta, tum Mida diuitias superat, si modo sapere didicisti. Eodem non paucos noui magni nominis uiros, qui cupissent, etiam si quid ultra dandum fuisset, gloriæ dūtaxat causa, cum isto uiuere, & familiares apud hunc, atq; amici uideri. Quapropter haud inuenio, quibus modis tuam predicem felicitatem, qui quidem ad hanc tam expetendam fortunā,

De ijs, qui inerte de

etiam p̄mio addito admittaris. Proinde, mihi satis esse videtur, nisi planè es insolens, si tantū accipias, simulq; pronuntiat, sanè minimum quiddam, p̄sertim ad spes illas tuas, attamen boni consulas necesse est. Neq; n. iam possis effugere, cum intra retia tenearis. Frenū igitur recipis, missitans, ac dissimulans, ac initio quidem nō magnopere illi reluctans, facileq; sequeris, ut quā non admodum te torqueat, neq; stringat, donec illi tandem paulatim assueveris. Tum vero ij, qui fortis sunt mortales, hoc ipso nomine tuam fortunā admirantur, quā te conspiciāt intra cancellos uersantem, ac nullo prohibente introeūtem, prorsusq; p̄claris illis opibus, delitijsq; domesticū quendam, ac familiarē esse factum. At ipse nequaquam videre potes, quam obrem illi te felicem existiment, nisi quā gaudes tamen, teq; ipse fallis, semper futura meliora fore existimans. Ceterum contra atq; speraris euenit, Et quem admodum adagio dicitur, iuxta Mandrabuli morem negotium procedit, in singulos (ut ita dixerim) dies, deterius, ac retro relabens. Vnde paulatim uelut in luce dubia, tum denum dispiciēs intelligere incipis, aureas illas spes, nihil aliud fuisse, q̄ ampullas quasdā inauratas, porro graues, ueri, inenitabiles, perpetuq; labores. Sed qui nam isti sint, subito in te rogabis. Neq; enim uideo inq̄es, quid in hac consuetudine sit adeo molestum, neq; intelligo ista, q̄ commemoras, graua, atq; intoleranda. Audi igitur uir egregie, non molestiā modo negotij perpendens, uerū scditatem, humilitatē, prorsusq; seruitutem, uel p̄cipue interim considerans. Principio memineris ex eo tēpore, te iam neq; liberū, neq; ingenuum posse uideri. Noueris. n. te hac omnia genus, li

bertatem, progenitores, ante limen relinquere, cum in
huiusmodi seruitutem tenet ipsum addicens in ades i gre
deris. Siquidem libertas tibi comes ire recusarit, ad uitā
tam indignam, tam humilē, te conferenti. Seruus itaq;
(tamen si nomine ipso grauius offenderis) seruus inquā;
uelis, nolis, futurus es, neq; unus seruus, uerum cōplu
rium, opamq; seruilem p̄stare cogeris, obstipō capite, à
diluculo in uesperam usq; idq; mercede uili, atq; indi
gna. Adde, qđ ne placebis qđem admodum, neq; domi
no satisfacies, neq; ab illo magni fies, ut qui non à puer
to fueris ad seruitutem institutus, sed serō didiceris, atq;
ætate multum aliena cœperis ad id erudiri. Excruciat
autem te pristinae libertatis memoria, animo recursans,
facitq; ut interdum resiliere conare, relucterisq;, atq; ob
id ipsum sit, ut seruitus tibi molestior accadat. Nisi forte il
lud tibi ad libertatē sufficere putas, qđ non fueris Pyr
rhia aut Zopyrione patre prognatus, aut qđ non sic, uti
Bythinicum aliqđ mancipium uociferante pracone di
uendaris. Atqui tuum uir egregie, cum instante nouilun
nio, Pyrrhijs, & Zopyrionibus immixtus, manum ita
deni, ut alij seruli protendis, capisq;, qđcunq; illud tan
dem est, qđ datur, hac uidelicet est auctio. Nam p̄cone
nihil opus erat homini, qđ ipse sui fuerit p̄co, quiq; ipse
ultro sibi multo tpe dominum ambierit, Age iam ò sce
lestē (cur. n. non dicā p̄seram in eum, qui se philosophū
esse dicat) siq; te pyrata inter nauigādum captum, aut
si quis prædo in seruitutem tradidisset, te ipsum deplorar
es, tanqđ indignam fortunæ iniuriam patientem. Aut si
quis manu iniecta, te duceret in seruitutē asserens, leges
inclamarēs, omnia faceres, acerbe ferres, et ò terra, ò dij

magno clamore uociferareris. Nunc uero, cū ipse te ob
 paucos obolos, id ætatis, in qua ēt si seruus natus esses,
 tamen tempestiuum fuisset iam ad libertatem aspirare,
 ipso uirtutis, ac philosophiæ titulo uendideris, nihil illa
 reueritus, quæ p̄ multa ab egregio Platone, Crisippo,
 Aristotele differuntur, cum libertatem laudāt, seruitutē
 dānant. An non te pudet, cum inter hoīes assentatores,
 & empiriōs, ac scurras uersans ex æquo cum illis æstū
 maris, cum in tanta Romanorū turba, solus pegrino in
 pallio uersaris, cumq; Romanā linguam p̄peram, ac
 barbare sonas, p̄terea, cum agitas cōiuiia, tumultuosa,
 magna hominum turba conferta, quorū pleriq; collecti
 tū qdam sunt, & improbi. Atq; inter hos laudas odio
 se, bibisq; p̄ter modum, deinde mane ad tintinabulū ex
 pergescētis discussa ab oculis dulcissima somni parte,
 unā sursum, ac deorsum deambulas, hesternō luto etiā
 dum tibijs adhaerente? Vsq; adeo' ne te lupini aut olerū
 agrestium tenuit penuria? Vsq; adeo tibi defuerunt fon
 tes frigida manantes aqua, ut per desperationem ad ista
 deuenires? Haud puto. Quin potius palām est, te nō fri
 gida aqua, neq; lupini, sed bellariorum, atq; obsoniorū,
 uiniq; odorati cupiditate captum eō uenisse, quæ dū lur
 pi piscis in morē auidius appetis, tuo merito euenit, ut
 hamus tibi fauces transfixeris. Itaq; in oculis sunt huius
 intemperātia, gulaq; authoramenta. Ac perinde atq;
 simia à trūco reuinctus, reliq; quidem omnibus risui es,
 at ipse tibi delitijs affluere uideris, cui contigerit, affar
 tim expleri caricis. Cæterū libertas, ingenuitas, unā cū
 ipsis gentilibus, ac tribulibus, hæc nimirū euanda cun
 cta, atq; istarum rerū ne memoria quidem ulla, quanq̃ hoc

quoque ferendum, si uita ista cum hac turpitudine dūtaxat esset coniuncta, quod est libero seruum uideri facit non labores etiam accederent, cum illa seruorum collumie communes. Sed uide, num quae tibi imperantur, leniora sint ijs, quae Dromoni, aut Tybio mandantur. Nam doctrinae quidem, cuius rei cupiditate simularat te in familiam suam accersisse sese, per quam exigua illi cura est. Quid. n. (ut dici solet) commercij asino cum lyra? An non uides uidelicet, quam misere macerentur immodico desiderio, uel homericæ sapientiae, uel demosthenicæ grauitatis, ac uehementiae, uel Platonicae sublimitatis? Quorum nehercle ex animis si quis aurum, argentum, atque harum rerum curas tollat, nihil fuerit reliquum, praeter fastum, molliam, lasciuiam, luxum, ferocitatem, impiam. Atque ad ista nihil prorsum opus te. Verum quoniam tibi barba ingens propendet à mento, quoniamque uultu ipso graue quiddam, et uenerandum praeter te fers, tum quia pallio graecanico decenter amictus es, noruntque iam omnes te grammaticum esse, seu rhetorem, seu philosophum, pulchrum ille sibi putat, ut et eiusmodi quassiam, antambulorum suorum populo permixtus esse uideatur. Futurum. n. habere, ut graecanicarum disciplinarum studiosus, reliquaque omnis doctrina, neque negligens, neque rudis esse putetur. Unde fit ut in periculum uir egregie uenias, ne non tam ob admirandas illas artes, quam magis ob barbam, palliumque conductus esse uideare, proinde ut perpetuus apud illum conspiciaris oportet, neque absis unquam, uerum ut diluculo relictis stratis, in famulino temet exhibeas conspiciendum, neque locum in acie deferas. Porro ille inierit nonnunquam tibi manu, quicquid forte in mentem in-

De ijs, qui mercede

cāderit, de hoc tecum nugatur, obuijs ostentās, q̄ ne p̄ uī
am q̄dēni ingrediens, incurius sit litterarū, q̄n ut illud
ipsū etiam ocium, q̄d inter inambulādum datur, in
re quāpiam honesta collocet. At tu miser interim, nunc
cursum, nūc gradatim, nunc scāsum plerūq; nunc descē
sum (Nam scis huiusmodi esse urbem) obambulas, tum
sudas, tum spiritum anhelus trahis. Deinde illo intus cū
amico quopiam, cū libitum fuerit confabulāte, cum tibi
interim locus desit, ubi uel assidere queas librū uideli
cet in manū sumis, quoq; fallas tedium, legis. Post ubi
ieiunū te sitientemq; nox occuparit, incommode lotus
intempestine, puta nocte feruē concubia ad cēnam ac
cedis. Haud perinde deinceps in p̄cio habitus, neq; cō
spiciēdus ijs, q̄ adsunt. Verum siq; aduenerit recētiōr tu
post tergum reijceris. Itaq; in angulū aliquē abiectissi
mum retrusus, accumbis, testis, dūtaxat, ac spectator
eorum, quæ apponitur canum rini ossa circūrodens, si
fors ad te pueniat, uel aridum maluæ folium, quo reli
qua corripuerint, si fastidiatur ab ijs, q̄ supra te accum
bunt, præ fame libenter arrepturus. Audi iam & aliud
contumeliæ genus. Quid, quod ne ouium q̄dēni soli tibi
apponitur. Neq; enim conuenit, ut tu semp eadem req̄
ras, quæ hospitibus, atq; ignotis ministrantur, quandoq;
dē hac tua sit insciētia atq; inurbanitas. Neq; auis eius
modi tibi apponitur, qualis alijs. Verum diuinū illi pin
guis & succulenta, tibi pullus dimidiatus, aut palum
bus aliq; aridus, atq; insipidus, non auis uidelicet, sed
manifesta contumelia, ludibrium. Neq; uero raro fit, ut
si q̄n desit alibi, minister repente, te inspectante, submo
uens ea, q̄ tibi erant apposita, alijs apponit, illud tibi ad

autem immurmurans, tu profecto noster es. Quod siquē
interim dissecetur, uel porca sceta, uel ceruus, aut structo
rem tibi modis omnibus propiciū habeas oportet. aut
certe Prometheus partem feres, nempe ossa adipe circū
tecta. Nam quod ei, q supra te accumbit, patina sinitur
ad stare, quoad satius repudiet, te contra tam celeriter
prætercurrat, quis tandem istuc ferat, q modo sit inger
nuus, cuiq; tantum insit bilis quantum uel ceruus ad
est? Atq; illud eqdem nondum dixi, qd reliquis suavis
simum, ac uetustissimum uinū bibentibus, tu solus ma
lum quoddam, & pingue bibis, proinde illud semper
curas, ut auro, argentō ne bibas ne colore prodente, pa
lām fiat, te usque adeo contemptum, neglectumq; esse
conuiuant. Quāquam bene tecum ageretur, si uel illud
ipsum ad satietatem usq; bibere liceret. At nūc, ubi cre
brius poposceris, minister audisse dissimulat. Adde iā
multas interim, & alias esse res, q te discruciet, immo
nihil esse feruē, qd non sit acerbum maxime, cum tibi
cinædus aliqu anteferatur, qn pluris te sit is, q saltandi
docet artem, qui iocos ionicos contexit, Alexandrinus
quispiam homunculus. Nam q tibi speres, tu ut in accu
bini æqueris ijs, qui uoluptates & amatoria submini
strant, qui litterulas in pectore gestant? proinde in ob
scuro quopiam conuiuij latibulo tectus, præq; pudore
abstrusus, suspiras nū coniectandum est. teq; ipsum des
ploras, ac feruam incusas tuā, q tibi ne paucillulum
qdem leporis, ac uenustatis asperserit. Ac prorsus ita ui
deris affectus, ut optes poeta fieri, ut amatorias conscri
bas cāñones, aut si id nō contingit, uel eam assequi facul
tatē, ut possis ab alijs conditas digne canere. Vides .n.

De ijs, qui mercede

quibus in rebus suum est, ut quod effertur, plurimumque fiat. Quin et illud ferre queas, ut magis quoque aut arioli personam (si necesse sit) in duas, ex horum genere, quod amplas hereditates, quod imperia, quod cumulas opes pollicentur. Quandoque hos quoque uides non mediocriter à diuitibus amari, plurimumque fieri. Eaque uel in quolibet horum fieri cupias, ut ne prorsus ridiculus, atque inuulgaris appareas. Atque ne ad ista quidem docilis es infelix, proinde submittas te oportet, niuissitesque, ac tacitus feras, claud apud te ploras, ac neglectui habitus. Et enim si te famulus aliquis susurro, deferat, quod solus omnium non laudaris, puerum heræ saltantem, aut cithara canentem, ista scilicet ex re non leue discrimen impendet. Quapropter terrestris in morem ranæ, sitiens uocifereris necesse est id operam dans, ut in laudantium numero insignis, ac principis appareas. Quin sæpicule silentibus reliquis, tibi ficta quidam laus proferenda, quæque multam sapiat assentionem. Tam uero magnopere ridiculum est, cum esurias interim sitiasque, unguentis colliri, ac uertice gestare coronam. Si quidem id temporis non dissimilis uidere, sepulchrali columna, uenisti cuiuspiam cadaueris, quod gestare solet ea, quod manibus inferuntur. Nam huic infuso unguento, impositaque corona, ipsi et bibunt, et edunt apparatus epulas. Porro si etiam Zelotypus quispian fuerit, sintque illi uel pueri formosi uel uxor puella, neque tua ætas adhuc omnino defloruerit, proculque abfuerit à rebus ueneris, profecto non satis tuta res, neque periculum negligendum, propterea quod regis plures sunt oculi, quod quidem non uera solum uident, sed semper ueris aliquid addunt ad cumulū ne conuincere uideantur. Quas ob res, nullam demisso tibi

est accumbendum, quemadmodum in Persicis conuiuijs fieri mos est, uerito, neq; eunuchus sentiat te, in concubinam aliquam coniiciētem oculos, moxq; alter eunuchus, cui iandudum arcus in manu tensus est, qd uideris, q uidere nefas, inter bibēdum, malam iaculo trāsfingat. Iam peracto conuiuiō, ubi dormieris. ad galli cantū expgefactus. O' me miserum inq; , ò infortunatum, cuiusmodi quōdam conuiētus, quos amicos reliqui, tum uitam trāquillam, & ocij plenam, somnū, quem ineapte paulisper cupiditate metiri soleo, deambulationes liberas, atq; ex his in quale barathrum me uel p̄cipitē dedi? Et deum immortalem, cuius tandem rei gratia? Aut quodnam istud magnificum p̄miūm? At ne fieri quidem posuit, ut mihi unquam alias plures commoditates suppetere, q̄ tum suppetebant. Tum autem accedebat libertas, atq; omnia pro ineopte arbitrio faciendi facultas. Nunc porrò iuxta id qd prouerbio iactatum est Leo chordula uinctus sursum ac deorsum circūferor. Quodq; omnium est miserrimū, maximeq; deplorādū neq; efficere possum, ut placam, neq; gratiam emereri queo, propterea qd harum rerum sum imperitus ac rudis maxime compositus, collatusq; cum ijs, q̄ hac uelut artem profitentur. Proinde inuicēdus sum, ac neūquā aptus conuiuijs, q̄ppe q̄ ne risum q̄dem concitare norim. Quineciam sentio me nō raro molestū esse, & importūnū, cum adsum, maxime cū ipse meipso festinior esse conor. Nā illi tetricus uideor. In summa nullā inuenio uia qua me illi accōmodē. Etenim si meā ipsius auctoritatē ac seueritatem tueri p̄go, inuicandus uideor, ac prope modum horrendus, ac refugiēdus. Contra si risero, mihi

De ijs, qui mercede

umq; q̄ possum maxime ad hilaritatem composuero, fā
fidit ilico ille, & auersatur. Ac prorsus tale qddā mihi
uidentur, quale sit, si quis in p̄sona tragica Comœdiam
agere tentet. Postremo quam tandem aliam uitam mi-
hi uiuam deuiens, posteaquam hanc p̄sentem alteri uixe-
rim? Dum hæc tecum loqueris, iam sonuit rīnābulū
iamq; ad eadem tibi redeūdum est, obambulandum,
standum, sed ceromate inunctis ante femoribus, popli-
tibusq; si modo uelis par esse certamini, p̄mioq; tollen-
do idoneus. Deinde conuiuium idem, & eadem appa-
ratum hora, iamq; adeo diuersa uiuendi ratio, sup̄ioriq;
contraria. tum insomnia, sudor, defatigatio, paulatim
quasi suffossis cuniculis inducunt uel tabem, uel pulmo-
nis exulcerationem, uel intestini tormina, uel egregiam
illam podagram. Reluctaris tamen sedulo, ac frequen-
ter, cum ualendo poscat uñ lecto decūbas, ne hoc qdē
licet, eo quod assimilari morbus, quo nimia, officiaq;
iusta defugias, existimatur. Hinc p̄ter omneis perpetuo
palles, sempq; iam iam morituro uidere similis. Et hactē-
nus qdē de ijs, q̄ domi ferenda sunt. Quod siqñ fuerit
peregrinandum (ut ne interim referam alia incommo-
da) sæpe fit, ut pluuio cælo, ubi postremus ueneris (Nā
is locus tibi sorte contigit) uehiculum opperiaris, donec
nullo iam reliquo loco ubi sedeas, proximæ coquū, aut
heræ comptorem te reclinant, ne stipulis qdē affatim
substratis. Neq; uero tibi referre grauabor, quod mihi
Thesmopolis iste stoicus narrauit sibi accidisse, rem pro-
fecto nimis q̄ ridiculam, quæ tamen eadem possit &
alijs cuius accidere. Conuinebat enim cum opulenta
quadam, ac delicata muliere ex illustribus istis, & uti

banis. Eam cum aliquando peregre proficisceretur (nam id primum aiebat sibi maximopere deridiculū accidisse) in curru sibi viro nimirum philosopho adiunxisse cinædum quempiam picatis cruribus, deasa barba, quem illa honoris (ut conijcio) gratia secum ducebat. Quin nomen quoque cinædi cōmemorabat. Aiebat enim Chelydonium vocari. Iam primum illud cuiusmodi fuerit vide, iuxta virum scuerum, tetricumque, tum senem, canoquē; mento, assidere nihili hominem, & effœminatū, picturatis oculis, lubrico vultu, fracta ceruice, non Chelydonem per Iouem, id est hirundinem, sed Vulturē magis, reuulsis barbæ plumis. Quod ni magnopere illum fuisset deprecatus, ne faceret, futurum fuisse, ut flamineum etiam in capite gestans assideret. Præterea autem perperuo hoc itinere molestias innumerabiles perulisse sese, illo cantillante, garrienteque, denique (nisi idem hominem coercuisset) in rheda etiam saltante. Addebat secundo loco tale quiddam sibi fuisse mandatum. Accersito illi mulier Thesmopoli inquit, ita tibi Dij benefaciant, magnum quoddam officium abste requiram, quod canere refuses, neque expectes, ut quicquam te sim rogatura studiosius. Atque hoc (ut est credibile) omnia se facturum pollicito, hoc inquit te rogo, quandoquidem video te virum probum, diligentem, & amantem Caniculam, quam nosti, Myrrinam, in vehiculum recipe, eamque mihi serua curans ne quid illi defit. Nam misera grāvida est, atque adeo propemodum iam propinqua partui. At isti scelesti, & immorigeri ministri, non dicam huius, sed ne mei quidem ipsius magnopere ratio-

neni habent in peregrinationibus. Quare ne te putes mihi mediocre beneficium facturum, si carissimam mihi, iucundissimamque Caniculam seruaris. Recepit Thesmopolis, cum illa tantopererogaret, ac propemodum etiam fleret. Porro spectaculum erat supra modum ridiculum, Canicula est pallio prominens, prospectansque paulo infra barbam, ac subinde imminens (Tamen si hac quidem Thesmopolis reuocuit) ac gracili uoce latrans (huiusmodi. n. castella iam in delitijs sunt) neque non philosophi mentum oblingens. maxime si quid pridiani iuris inhaereret. Porro cinædus assessor ille, cum non insulse super conuiuium dictoria quidam iecisset in eos, qui aderant, ac denique et ad Thesmopolim usque dicacitas peruenisset, de Thesmopolide (inquit) unum hoc possum dicere, eum est stoico cynicum iam nobis esse factum. Eadem audiui Caniculam etiam peperisse in Thesmopolidis pallio. Huiusmodi delitijs illudunt, uel (ut uerius dicam) huiusmodi contumelijs, ac ludibrijs tractant eos, qui cum ipsis uiuunt, paulatim eos ciues, ac mansuetos ad ferendas contumelias reddentes. Præterea autem et Carcharogoratorum nomen, qui iussus super cenam declamabat nequaquam inerudite per loqui. immo graviter et absolutissime, ac laudabatur interim ab illis bibentibus cum non ad aquam modum, sed ad uini amphoram oraret. Atque eam molestiam obducentas drachmas prope ferebatur. Verum hac quidem fortassis utcumque toleranda. Porro si diues ipse, aut poeticus fuerit, aut historicus, qui sua ipsius scripta in conuiuiis recitare gaudeat, tum uero maxime futurum est, ut discrucieris, ac diriparis. Nempe cum admirari cum assentari, cum novos quosdam laudandi modos con-

minisci necesse habes. Sunt autem q̄ & formæ nomine
studeant admirandi uideri. Eos nunc Adonidas nunc
Hyacinthos appelles necesse est, etiã si illis naris nõnun
quã cubitali hiet magnitudine. Quod ni laudaris pro
tinus in lapidicinas dionysiacas asportaberis, tãquã q̄
illi tum inuideas, tum insidieris, maleq; uelis. Ad hac
& sapiētes & rhetores sint necesse est. Quod si etiã ru
stice q̄piam dixerint, tum uero iuxta illud qđ dic solis
tum est, Atticæ atq; Hymetii plenam orationem uideri
uolūt, atq; in legem abire, ut deinceps ita loquātur ho
mines. Quãquam in his quoq; uiris forsam utcūq; fieri
queant. At uero mulieres (nam mulieribus etiã illud stu
dio est, ut doctos aliquot in suo conuictu conductiōes
habeāt, q̄q; sese mercede affectentur) qñquidem hoc quo
q; ad reliquum cultum, elegantiamq; p̄tinere putant, si
dicantur eruditæ, si philosophi, si carmina cōponere sap
phicis haud multo inferiora, ob hac eadem hæ quoq;
conductiōes rhetores, grammaticos, philosophos circum
ferūt. Hos autem adire solēt (id qđ ipsum est ridiculū)
tum temporis. cum uel comuntur, aut capillos in orbē
relegant, uel in conuiuio. Nam alias non suppenit illis
otium. Porro sæpenuero fit, ut interim dum philoso
phus, q̄piam differit interueniens ancilla literulas ab
adultero porrigat. Ac p̄clari illi de pudiciā sermones
intermittuntur opperiētes, donec illa rescripserit adulte
ro, atq; ita redeat ad audiōnem. Porro si qñ post mul
tum temporis instantibus saturnalibus, aut panathenæis
misera q̄piam umbella tibi mittatur, aut tunica sem
pitris, ac detrita, tum deniq; plurima missitentur ope
ret. Atq; aliq; qui statim subauscultarit heri id facere

De ijs, qui mercede

destinantem, præcurrit primus, adiensq; non exiguum præ-
tium aufert, qui renuntiavit. At mane plus tredecim te
adeunt idem reputantes nuntij, quorum quisq; comine-
morat, q̄ multa dixerit, quemadmodum submonuerit,
quemadmodum adhortās commodiora subiecerit. Oēs
itaq; donati p̄mio discedunt, at non sine murmure tñ, q̄
non plura dederis. Porro salarium ip̄m, sex ferme obo-
lorum. Idq; si tu postules, gravis, atq; importunus ha-
beris. Proinde quo illud aliquñ auferas. Primum ipsi he-
ro adulteris, supplexq; fias necesse est, deinde captandus
et dispensatoris fauor. Nam hoc quoq; quoddam ē ser-
uitutis genus. Neq; uero negligendus is, quem in confi-
lium adhibet, neq; item amicus. Deinde qđ acceperis,
iā dudum debebatur uel uestiario, uel medico, uel cerdo-
ni cuiuspiam. Unde fit, ut sera, atq; intempestua, eoq; in-
uilia præmia tibi accedant. Cæterum inuidia ingens.
Iamq; etiam calumniæ quædam paulatim struuntur
in te, apud hominem, qui iam non inuitis auribus acci-
piat, siquid aduersum te dicatur. Quippe qui perspicat
te laboribus assiduus iam detritū, et ad obeunda mu-
nia famulatus claudicantem, atq; obaudientem, ac po-
dagra subinde gravari. Proinde posteaquam id, quod
erat in te florentissimum decerpserit, cuiq; partem maxi-
me frugiferam, ac præcipuum corporis uigorem detri-
xit, iamq; te lacerum p̄aniculum reddiderit, tum mor-
dis omnibus circumspectat, in qđ sterquilinum te depor-
tatum abijciat, atq; alium perferendis laboribus idone-
um in tuum substituat locum. Ibi insinulatus uel qđ
pulsionem illius tentaris, uel quod homo senex uxoris an-
cillam uirginem uitiaris, uel alio quouis imposito crimine

ne, noctu obvolutus, ac p̄ceptis datus extruderis, discedisq; desertus ab omnibus, atq; omnium inopsterum optimam podagram unā cum senecta comitem ducēs Cum interim quæ quōdam sciueris, tanto tēporis spatio dediceris, tum uentrem culle reddideris ampliorem, tibiq; paraueris inexplabile quoddam, & intolerabile malum. Etenim gula ea, quibus assuevit, flagitat. Quæ cum negantur, indignatur. Adde quod p̄terea nemo te posthac recepturus est in familiam, utpote cuius iā p̄terierit ætas, quāq; similis euaseris equis senio affectis, quorum ne pellis quidem perinde ut aliorum animantium est usui. Quin ex hoc ipso, quod eiectus es, calumnia, quæ potest proxime ad uerisimilitudinem consistere, facit, ut aut adulter, aut ueneficus, aut aliud quippe tale uidearis. Nam accusatori uel tacenti fides habetur. Tu uero Græculus, moribus leuibus, & ad omne facinus facilis. Siquidem huiusmodi nos omnes esse dicunt, idq; in te optimo, uideor enim mihi causam aduertisse, quamobrem eiusmodi de nobis obtineant opinionem. Nam pleriq; qui in familias accedunt, propterea quod alioqui nihil bonæ rei didicerunt, diuinationem, ac maleficia profitentur, conciliationem amorum, immissiones in hostes, atq; id cum faciunt, doctos sese affirmant, pallijs amicti, barbisq; neuiquam contemnendis onusti. His rebus fit, ut non iniuria eandē de reliquis omnibus habeant opinionem, quando eos, quos præcipuos esse indicant, uideant tales. Maxime uero posteaquā animaduertirint quā sint in conuiuijs, reliquoq; conuictu aduiantes, quā ad lucrum humiles, ac seruales, deinde eiectos eosdem iā oderunt, neq; id iniuria, ac modis omnibus ad

De ijs, qui mercede
nitantur, ut eos funditus perdant, si quomodo possint.
Verentur enim, ne cuncta illa vita suae mysteria in vul-
gus efferant, quippe qui nihil non exacte norint, quiq;
illos nudos conspexerint. Ea res igitur illos male angit.
Omnes enim similes sunt pulcherrimis istis libris, quo-
rum aurei qui teni umbilici, purpurea foris membra-
na. Ceterum intus aut Thyestes est liberos in convivio
comedens, aut Oedipus matris maritus, aut Terens cū
duabus pariter sororibus rem habens. Eiusmodi sunt et
illi, splendidi, conspicuiq;. Porro intus sub purpura ma-
rias occulunt tragedias. Quorum unumquēq; si evor-
lueris, explicuerisq;, fabulam non mediocriter longam
reperies Euripidis cuiuspiam, aut Sophoclis. Contra
foris nil nisi purpura splendida, aureiq; umbilici. Ha-
rum itaq; rerum sibi conscij oderunt illos, atq; insidias
parant, si quis penitus ab illis defecerit, qui eos probe co-
gnitos depingat, qualesq; sint euulget. Iam uero libet
mihi Ceberis illius exemplo & imaginem quandā hu-
ius uitae tibi depingere, ut eam contemplatus scire que-
as, num ex usu tuo sit eam adire. Equidem magnopere
cupiam uel Apellen quēpiam, uel Parrhasiā, uel Etio-
nem, uel Euphranorem ad hanc depingendam tabulā
adhibere. Verum quoniam fieri potis nō est, ut aliquē
artificem tam egregium, atq; absolutum nanciscamur
in praesentia, teneam quandam promea uirili imaginē
adumbrabo. Ergo pingatur uestibulum sublime, atq; in-
auratum, neq; id humis situm in solo, uerum procul à
terra in edito collis fastigio. Praeterea inaccessum ferme
& abruptum, lubricoq; aditu, ita ut plerunq;, qui se iā
ad summum usq; ueracem penetrasse sperant, lapso
pede

pede præcipitati cervicem frangant. Intus autem opulētia sedeat, tota (sicut videtur) aurea, maiorem in modū formosa, atq; amabilis. Porro amator ubi nix tandē conscendit, iamq; ad fores accesserit, obstupescat, oculis in aurum defixis, deinde spes, quæ & ipsa specioso vultu est, ac versicoloribus amicta, manu prehensa introducat, mire iam ipso ingressu attonitum. Atq; ab eo quidē tempore spes usq; illum antecedit, ducatq; tum alie mulieres illum excipientes, puta fallacia, servitusq; tradant labori. At is miserum penitus nudatum tandē senectæ tradat, iam morbidum, coloreq; commutato. Postremo contumelia, arreptum illū ad desperationem pertrahat, & hoc quidē tempore spes avolās evanescat. Tum ille nō per aureū illud atrium, per qd ingressus fuerat, sed per pōsticū quoddam, & occultum exitum extrudatur, nudus, ventricosus, pallidus, senex, larva quidē pudorē occultans, dextra vero seipsum strāgulans. Occurrat autem exeunti pœnitudo frustra lacrymans, & miserum bis etiā conficiens. Atque hic quidē esto pictura finis. Caterum tu Timocles optime ipse consideratis singulis expende, num ē re tua sit, ut in hanc imaginem per aureas illas fores ingressus, per illas longe dissimiles tam turpiter excutiaris. Quicquid autem feceris inemineris sapientis illius, qui dixit, deū in culpa nō esse, verum qui sua sponte delegerit.

Erasmus

r

CNEMONIS, AC DAMIPPI DIA/
LOGVS, ERASMO IN/
TERPRETE.

Cnemon.

Oc scilicet est, quod vulgo dici consuevit, hinnulus leonem. Da. Quid.
h istuc est; quod tecum stomachare Cnemon? Cne. Quid stomacher rogas? Equidem heredem reliqui quendam, præter animi sententiã, videlicet astu delusus miser, ijs; quos maxime mea cupiebam habere, præteritis. Da. Sed istuc quinam euenit? Cne. Hermolauum nobilem illum diuitem, cum orbus esset, imminente morte captabam, assidens, atq; inserviens. Neq; ille grauius officium meum admittere. At interim illud quoq; mihi visum est scitum, consultumq; ut testamentum proferrem, ac publicare, quo illum rex mearum in solidum heredem instituerã, nimirum, ut ille vicissim idẽ faceret meo promeratus exẽplo. Da. At quid tandem ille? Cne. Quid ille suo in testamento scripserit, id quidem ignoro. Caterum ego repente, atq; insperato è vita cessi, tecti ruina oppressus. Et nunc Hermolaus mea possidet, lupi cuiuspiam in morem ipso hamo cum esca pariter auulso. Da. Immo non escam modo cum hamo, quin etiam te quoq; piscatorem simul abstulit. Itaq; technam istam, in tuum ipsius caput struxeras. Cne. Sic apparet, idq; adeo deploro.

ZENOPHANTÆ, ET CALLIDEMI
DÆ DIALOGVS EODEM
INTERPRETE.

Zenophantes.

*Tu Callidemides, quo pacto interisti?
Nam ipse quemadmodum Dinia par-
a rasitus cum essem, inmodica ingurgita-
tione præsocatus fuerim, nosti, ader-
ras enim morienti. Cal. Aderam
Zenophantes. Porro mihi nouum quiddam, atque inop-
pinatum accidit. Nam tibi quoque notus est Ptæodo-
rus ille senex. Zeno. Orbem illum dicis, ac dixis-
tem, apud quem te assidue uersari conspiebam? Cal.*

*Illum ipsum semper captabam, colebamque, id mihi
pollicens fore, ut in eo bono quamprimum moreretur.
Verum cum ea res in longum proferretur, sene uide-
licet uel ultra Æthonios annos uiuente, compendiarium
quandam excogitavi uiam, qua ad hereditatem perue-
niren. Siquidem empto ueneno, pocillatori persuase-
rā, ut simulatq; Ptæodorus potum posceret (bibebat
autem prolixius) præsentiū in calicem iniiceret, haber-
etq; in promptu, porrecturus illi. Quod si fecisset, iure
iurando confirmabam, in eum illum manumissurum.*

*Zeno. Quid igitur accidit? nam inopinatum quid-
dam narraturus mihi uideris. Calli. Vbi iam loci
uenissemus, puer duobus paratis poculis, altero Ptæo-
doro, cui uenenum erat additum, altero mihi, nescio*

quo modo errans, mihi uenenum Ptæodoro porrexit in
noxium. Mox ille quidē bibit, at ego pronus humi por-
rectim stratus sum, suppositum uidelicet illius loco su-
mus. Quid hac rides Zenophanta? Atqui non conuenit
amicis malis illudere. Zeno. Rideo profecto, nam ele-
gāter, ac lepide tibi hæc res euenit. Porro senex ille quid
interim? Cal. Primum ad casum subitum, atq; in-
expectatum, sanè conuulsus est. Deinde simulatq; in-
tellexit id, quod acciderat, puta pocillatoris errore factū
risit & ipse. Zeno. Recte sanè. Tametsi non oportu-
it ad compendium illud diuertere, siquidem uenisset tibi
populari, uulgataq; uia, tutius, certiusq;, etiam si paulo
serius.

MENIPPI ET TANTALI DIALO-
GVS EODEM ERASMO
INTERPRETE.

Menippus.
Vid eiulas ò Tantale, aut quid tuam
deploras fortunam, stagno imminens?
Tan. Quoniam sita enecor Menippe.
Me. Vsq; adeo piger es, atq; iners,
ut non uel pronus incubens bibere nor-
ris, uel caua uola hauriens? *Tan.* Nihil profecero, si
prociuibam. Refugit enim aqua, simulatq; me propi-
us admoneri senserit, quod si quando hausero, oriq; coner
applicare, prius effluxit, q̄ summa rigenti labia. Atque

inter digitos effluens aqua haud scio quomodo rursus
manuum meā aridam relinquit. Me. Prodigiousum
quiddam de te narras Tantale. Verum dic mihi, istuc
ipsum quorsum opus est bibere? cū corpore careas? Nā
illud, quod esurire poterat, aut sitire, in Lydia sepultum
est. Cæterum tu, cum sis animus, qui nam posthac aut
sitire queas, aut bibere? Tan. Atqui hoc ipsum sup-
plicij genus est, ut anima perinde quasi corpus sit, ita si-
nat. Me. Age hoc ita habere credimus, quandoqui-
dem affirmas te sitī puniri. At quid hinc acerbi tibi pote-
rit acēdere? Num metuis ne potus inopia moriari? At
quidem haud uideo alteros infirmos, si quis hoc relin-
quat, neq; locum alium, in quem morte demigret qui-
spiam. Tan. Recte tu quidem dicis. Verum hoc ip-
sum supplicij genus est, sitire, cum nihil sit opus. Me.
Desipis Tantale, Et uti uerum tibi fatear, non alio po-
tu uideris egere, quā ueratro uero. Nā diuersum qd-
dam pateris ijs, quos canes rabiosi momorderint, ut qui
non aquam, quemadmodum illi, sed sitim horreas.
Tan. Ne ueratrum quidem recusarim bibere Menipe,
si liceat modo. Me. Bono es animo Tantale, cer-
tum habens nunquam fore, ut uel tu, uel reliquorū ma-
nium quispiam bibat, neq; enim fieri potest. Quamquā
non omnibus, quemadmodum tibi, pœna adiudicata est,
ut sitiant, aqua illos non expectante.

MENIPPI, AC MERCVRII
DIALOGVS ERASMO
QVOQVE INTER/
PRETE.

Menippus.

Tibi nam formosi illi sunt, ac formosæ Mercuri? Ducto me, docetoq; ut potè recens huc profectum hospitem. Merui. Haud mihi licet pocius Menippe. q tu istuc ipse è loco dextrorsum oculos deflecte. Illic & Hyacinthus est, et Narcissus ille, et Nireus, et Achilles, & Tyro, & Helena, et Leda, breuiter quicquid est ueterum formarum. Me. Equidem præter ossa nihil uideo, caluariasq; carnibus renudatas, inter quæ omnia nihil sit omnino discriminis. Mer. Atqui hæc sunt, quæ poetæ cuncti mirantur, ac celebrant ossa scilicet, quæ tu uideris contemnere. Me. At Helenam saltem mihi commonstra. Nam ipse quidem haud quædam dignoscere. Mer. Hæc uidelicet caluaria, Helena est. Me. Et huius scilicet ossis gratia, mille naues ex uniuersa Græcia, ad hoc delectu sunt impletæ, tantaq; in Græcorum, tum Barbarorum multitudo confluit, tot urbes sunt euersæ? Mer. Caterum Menippe non uidisti mulierem hanc uiuam, quod si fecisses, forsitan diceres ne quoq; uicio dandum non esse.
Pro tali muliere diu tolerare labores.
Alioqui si quis flores etiam arefactos, maridosq; con-

templetur, postquam coloris decus abiecerint, deformes nimirum videantur. At iidem, donec florent, color renique obtinent, sunt speciosissimi. Menip. Proinde illud iam demiror Mercuri, si Græci non intellexerunt, sese pro re usque adeo momentanea, quæque tam facile enarcesseret, elaborare. Mercur. Haud mihi uideat tecum philosophari, quare delecto loco, ubicunque uelis, prosterne temet, ac recumbe. Mihi iam alia sunt traducenda umbræ.

MENIPPI AMPHILOCHI TROPHOMI DISCEPTATIO
EODEM INTERPRETE.

Menippus.

Os nimirum Trophome, atque Amphiloche, cum sitis mortui, tamen
haud scio quoniam modo, phanis istis donati, uatesque credimini, ac stulti mortales deos esse nos arbitrantur.

Tro. Quid? an nobis igitur impunitum, si per inscitiam illi de mortuis huiusmodi opinantur? Me. Atqui non ista fuissent opinati, nisi nos, tum cum uiueretis, eiusmodi quidam portenta ostentassetis, tanquam futurorum fuissetis præscii, quasi prædicere possissetis, si qui perconstarentur. Trophomus. Menippe, Noverit Amphilochus hic, ipsi pro sese respondendum

esse. Ceterum ego heros sum, nunciorq; , si quis ad me
descenderit. At tu videre nunquam omnino Lebadia
am adiisse, neque enim alioquin ista non crederes.
Menippus. Quid ais? Equidem nisi Lebadiam fuis
sem profectus, ac linteis amictus, offam ridicule manu
gestans, per angustum aditum in speciem irrepsissem,
nequaquam fieri pomisset, ut te defunctum esse cognos
cerem, perinde atque nos, scilicet praeigiatura reli
quos antecellere. Sed age per ipsam divinandi artem,
quid tandem est heros, neque enim intelligo. Tro
phomus. Est quiddam partim ex homine, partim ex
deo compositum. Menippus. Nempe quod ne
que sit homo, quemadmodum audio, neque deus, ve
rum pariter utrinque. Ergo dimidia illa tui pars quo
nunc recessit? Trophomus. Reddit oracula Me
nippe in Lebadia. Menippus. Haud intelligo
quid dicas Trophome, nisi quod illud planè video, te
totum esse mortuum.

133

CHARONTIS, AC MENIPPI DIA/
LOGVS EX EIVSDEM INTER
PRETATIONE.

Charon.

Edde naulum scelestē. Menippus. Vnde ferare, siquidem istuc tibi uoluptati est Charon. Charon. Redde inquam quod pro traiectione debes. Menippus.

Haudquaquam auferre queas ab eo, qui non habeat. Charon. An est quisquam, qui ne obolum quidem habeat? Menippus. Sit ne alius quispiam præterea, equidem ignoro. Ipse certe non habeo. Charon. Atqui præfocabo te per Ditem, impurissime, ni reddas. Menippus. At ego illi fo baculo tibi comminuam caput. Charon. Num ergo te tam longo traiectu gratis transuexero? Menippus. Mercurius meo nomine tibi reddat, ut qui me tibi tradiderit. Mercurius. Belle mecum agatur per Iouem, siquidem futurum est, ut etiam defunctorum nomine persoluam. Charon. Haud omittam. Menippus. Quin tu igitur hac gratia perge, ut facis, nauim trahere, quanquam quod non habeo, qui nam auferas? Charon. At tu nesciebas, quid tibi fuerit adportandum? Menippus. Sciebam quidem uerum non erat. Quid igitur? num ea gratia erat mihi semper in uita manendum? Charon. Solus ergo gloriaberis, te gratis fuisse transuectum? Menippus.

*pus. Haud gratis, ò præclare, siquidem & sentinā
exhausi, & remum arripui, & uestorum omnium
unus non eiulavi. Charon. Ista nihil ad nautum
obolum reddas oportet. neq; enim fas est, secus fieri.
Menippus. Proinde tu me rursum in uitam reuehe.*

*Charon. Belle dicis, nimirum ut uerbera etiam
ab Aeaco mihi lucrificiam. Menippus. Ergo mo-
lestus ne sis. Charon. Ostende, quid habeas in pe-
ra. Menippus. Lupinum si uelis, & Hecata cœ-
nam. Charon. Vnde nobis hunc canem adduxi-
sti Mercuri? tum qualia garriebat inter nauigandum,
uestores omnes irridens, ac dieterijs incessens, unusque
cantillans, illis plorantibus. Mercurius. An igno-
ras Charon, quem uirum transuexeris, planè liberum
cuique nihilominus cura sit? Hic est Menippus.
Charon. Atqui si unquam post hæc te recepero.
Menippus. Si receperis ò præclare, ne possis quidem
iterum recipere.*

AD GVLIELMVM COPVM MEDICORVM
Eruditissimum Erasmi Rotterodami
Sacrae Theologiae professoris, de Senectute
subrepente, deq; reliqua
uita, Christo, cui totum de
beatur, dicando
Carimen.

Nica nobilium medicorum gloria Cope,
 Seu quis requirat artem,
 Siue fidem spectet, seu curam, in quolibet
 horum
 Vel iniquus ipse nostro
 Praecipuos tribuit Gulielmo linor honores.
 Cedit, fugitq; morbi
 Ingenio genus omne tuo. teterrima porro
 Senectus, morbus ingens
 Nullis arceri ne potest, pelli ne medelis,
 Quin derepente oborta
 Corporis epotet succos, animiq; vigorem
 Hebetet, simul trecentis
 Hinc, atq; hinc stipata malis, quibus omnia carptim
 Vellitq; deteritq;
 Commoda, quae secum subolescens uexerit aetas,
 Formam, statum, colorem,
 Partem animi in memorem, cum pectore lumina, somnos,
 Vires, alacritatem,
 Authorem uitae igniculum decerpit, & huius
 Nutritum liquorem.
 Vitales adimit flatu, cum sanguine corpus,

DE SENECTUTE

Risus, iocos, lepores.

Deniq; totum hominem paulatim subripit ipsi

Neque de priore tandem,

Præterquam nomen, titulumq; relinquit inanem.

Cuiusmodi tuenur

Passim marmoreis insculpta uocabula bustis.

Vtrum hæc senectû quæso,

An mors lenta magis dicenda est inuida fata, &

Impendiomaligna,

Vt quæ deteriora labantis stamina uitæ,

Pernicitate tanta

Accelerare uelint, rapidisq; allabier alis,

At floridam iuuentam

Vsq; adeo male præcipiti decurrere filo,

Vt illius prius quàm

Cognita sat bona sint, iam nos fugiua relinquant.

Et citius atque nosmet

Planè uiuere senserimus, iam uiuere fracti

Repente desinamus.

At cerui, uolucres, & cornix garrula uiuunt

Tot sæculis uigentq;

Vni porrò homini post septima prodiit, idq;

Vix dum peracta lustra

Corporeum robur cariota senectû fatigat.

Neque id satis, sed ante

Quam decimum lustrum uolitans absoluerit ætas

Tentare non ueretur

Immortalem hominis, ductamq; ex æthere partem.

Et hanc laccessit audax,

Nec timet ingenij sacros incesse neruos,

Sua si fides probato
Constat Aristoteli, sed quorsum opus obsecro tanto
Authore, quando certam
Ipsa fidem, heu nimium, facit experientia certam.
Quam nuper hunc Erasmum
Vidisti media viridem florere iuventa?
Nunc is repente uersus
Incipit urgentis senij sentiscere damna,
Et alius esse tendit,
Dissimilisq; sui, nec adhuc phœbeius orbis
Quadrages reuexit
Natalem lucem, quæ bruma inuente calendas.
Quinta anteit nouembres.
Nunc mihi iam raris sparguntur tempora canis,
Et albicare mentium
Incipiens, iam præteritis uernantibus annis,
Vita monet cadentis
Aduentare hyemeni, gelidamq; instare senectam.
Eheu fugacis, ohe
Pars uelut melior, sic & properantior æui,
O sæculi caduci
Flos nimium brevis, & nulla reparabilis arte,
Tenera ò uiror iuuenta,
O dulces anni, ò felicia tempora uitæ,
Ut clanculum excidistis,
Ut sensum fallente fuga, lapsuq; uolucris,
Errant auolastis, ohe.
Haud simili properant undosa relinquere cursu
Virides fluenta ripas.
Impete nec simili fugiunt caua nubila, siccis

DE SENECTUTE

Quoties aguntur Euris.

Sic sic effugiunt tacita uaga somnia noctis,

Sinul axolante somno,

Quæ desyderium, curas & præter inanes

Sui nihil relinquunt.

Sic rosa, quæ teneto modo nuptice tincta rubebat,

Tenui senescit austro.

Atq; ita (ine miserum) nuâbus diu ludo puellus,

Dum litteras Ephebus

Ardeo, dum scrutor, pugnasq; uiasq; sophorum,

Dum rhetoricum colores,

Blanda; melliflua de amo figmenta poësis,

Dum necto syllogismos,

Pingere dum meditor tenui sine corpore formas,

Dum sedulus per omne

Authorum uoluo genus impiger, undiq; carpō

Apis in modum Matinæ

Pedias solidum cupiens absolvere cyclum

Sine fine concitanti

Singula correptus dum circumnector amore,

Dum nil placet relinqui,

Dumq; profana sacris, dum iungere græca latinis,

Studeoq; moliorq;

Dum cognoscendi studio, terraq; mariq;

Volitare, dum nixosus

Cordi est, & iuuat, & libet ereptare per alpes,

Dulces parare amicos

Dum studeo, atq; uiris iuuat innotescere doctis,

Furtim inter ista pigrum

Obrepsit senium, & subito se gnescere corpus,

Mirorq; ,senſioq;
Vixq; mihi ſpatium iam defluxiſſe ualentis
Perſuadeo inuentæ.
Cur adeo circumſpecte, parreq; lapillis,
Cur purpuris, & oſtro
Mortales uantur, & ætas aurea, tanto
Preſoſior lapillis
Et quoniam auro, quoniam preſoſior oſtro
Prodigitur, inq; nugis
Conteritur miſeris, nullo recorditer uſu?
Siniturq; abire fruſtra?
Adde quod illa que ant ſarciri perdita, Craſſos
Speres tibi licebit,
Et Lydos ſperes Cræſos, iam Codrus, & Ius.
Sed quod ſemel ſcnera
Penſilibus fuſis Cloſho deuoluerit ænium,
Id nec uenena Circes,
Nec magicum Maia nati geſtamina, ſceptrum
Neq; dira Theſſalorum
Medæa ſuccis reuocare preſamina poſſint.
Non ſi uel ipſe diuum
Neſtare te ſaturet pater, ambroſioq; liquore.
Nanq; his alii inuentam
Arctri ſenium ſcripſit nugator Homerus.
Non ſi tibi efficaci
Rore riget corpus Tithoni luthea coniux.
Non ſi ter octiesq;
Phaon per ſiculas Venerem tranſuexeris undas
Non ſi tibi ipſe Chiron
Omneis admoſeat, quas tellus proſerit, herbas.

SUB REPENTE

Nec anulus, nec ulla
 Pharmaca cum nervis annos remorantur evites.
 Atqui ferunt magorum
 Monstrifico sisti torrentia flumina canni,
 Iisdem ferunt relabi
 Præcipes amnes verso in contraria cursu,
 Et Cinthiæ volucres.
 Et rapidas Phæbi sisti, figiq; quadrigas.
 Sed ut hæc stupenda possint
 Carmina, non speres tamen improbus, ut tibi quodam
 Aut iam peracta vitæ
 Sæcla iterum referunt, aut prætereuntia sistant.
 Sol inergitur, vicissimq;
 Exoritur novus, & nitido redit ore serenus.
 Exincta luna rursus
 Nasctur, inq; vices nunc decrescente minuta
 Sensum senescit orbe.
 Nunc uegeta arridet tenero iuueniliter ore.
 Redit ad suam iuventam
 Bruma ubi consenuit, Zephyris redeuntibus annus,
 Et post gelu, nivesq;
 Ver nitidum, floresq; reuersa reducit hirundo.
 At nostra posteaquam
 Feruida præterijt sæclis labentibus æstas,
 Vbi tristis occupavit
 Corpus hyemis, capitisq; horrentia tempora postquam
 Nive canuere densa.
 Nulla recursuri spes, aut successio heris.
 Verum malis supremum
 Imponit mors una, malorum maxima, finem.

More

More Phrygium inter ista
Incipimus serò sapere, & dispendia vitæ
Incogitantes actæ
Ploramus miseri, & consumptos turpiter annos
Horremus, execramur.
Quæ quodam heu nimium placere, & quæ uehementer
Mellita uisa dudum,
Tum tristi cruciant recolentia pectora felle.
Frustraq; maceramus
Tam rarum sine fruge bonum fluxisse, quod omni
Bene collocare cura
Par erat, & nullam temere disperdere partem
At nunc mihi oscitanti
Qualibus heu nugis, quanta est data portio uitæ.
Satis hætenus miselle
Cessatum, satis est dormitum, pellere somnos
Nunc tempus est Erasme
Nunc expergisci, & tota resipiscere mente.
Velis dehinc, quisq;
Et pedibus, manibusq;, & totis deniq; nervis
Nitendum, ut anteacti
Temporis, ut studio iactura uolubilis aui
Vigilante sarciantur,
Dum licet, ac dum tristis adhuc in limine primo
Consistimus senectæ.
Dum noua canicies, & adhuc numerabilis, & dum
Pilis notata raris
Tempora dumtaxat spatium effluxisse uirentis
Iam clamat iuuentæ,
Nec tam præsentem iam testificantur adesse,
Erasmus

Quam nuntiant, citatum
Ferre gradum, & sterilē procul aduentare senectam.
Cuiusmodi uideatur
Tum rerum facies, cum autumnī frigore primo,
Iam uernus ille pratis
Decessit decor, ac languescunt lumina florum.
Iam iam minus nitentes
Herbas, affirmes, Boreasq; geluq; nocentis
Iam prætinere brumæ
Ergo animus dum totus adhuc, constatq; uigetq;
Et corporis pusillum
Detrimēta nocent, age iam ineliora sequamur.
Quicquid mihi deinceps
Fata aut superesse uolunt, id protinus omne
Christo dicatur uni.
Quo cui uel solidam decuit sacrarier, ut cui
Bis terq; debeat
Principio gratis donata, hinc reddita gratis,
Totiesq; uindicata,
Huic saltem pars deterior, breuiorq; dicatur.
Post hac ualete nugæ,
Fucæq; uoluptates, risusq; iocūq;
Lusus, & illecebræ
Splendida nobilium decreta ualete sophorum,
Valete syllogismi.
Blande Pegasides, animosq; trahentia Pithus
Pigmenta, flosculiq;
Pectore iam soli toto, penitusq; dicato
Certum est uacare Christo.
Hic mihi solus erit studium dulcesq; camæna,

Honos, decus, voluptas
Omnia solus erit, neq; quicquam ea cura (quod aiunt)
Mouebit Hippoclyden,
Terrea si moles, compagoq; corporis huius,
Marcescet obsolescens,
Mens modo pura mihi, scelerumq; ignara per illum
Niteatq; floreatq;,
Donec summa dies pariter cum corpore mentem
Ad pristinum reuocata
Coniunctum reuocabit, & huic iam uere perenni
Pars utraq; fruatur.
Hæc facito ut rata sint, uitæ exorabilis author,
Vitæq; indicator.
Quo sine nil possint unquam mortalia nota, &
Vires labant caducæ.

ERASMI ROTERODAMI IN DIALO-
GOS LVCIANI RECENSITVS
VERSOS PRÆFATIO.

HIERONYMO BUSLIDIANO PRÆ
posito Arienſi Conſiliario regio Eraſ-
mus Roterodamus. S.P.D.

Vmor iam pridem hic perſeuerat acer-
bior, q̄ ut uerum eſſe libeat credere, ſed
conſtantior tamen, q̄ ut uanus credi poſ-
ſit, Philippum principem noſtrum e ni-
uis exceſſiſſe. Quid querar mi Buſlidia-
ne, quid uociſerer, quem incaſem hominum'ue deum-
ue? Quæ cōploratio, Tragica, quæ huic tam atroci uul-
neri ſufficiat? Nimio, heu nimio conſtitisti Hiſpaniæ,
quæ quidem primum Franciſcum Buſlidianum Archi-
epiſcopum Byzontinum nobis ademiſtiſti, neq; tantū ui-
ri iactura contentæ, principem etiam eum abſorbuistiſti,
quo (ſi uiuere inodo licuiſſet) nihil unquam habuit hic
orbis neq; maius, neq; melius. Quanquam quid quaſo
ſupererat etiam adoleſcenti, niſi ut iam ipſe ſeſe ſuperar-
et? Sed ò dirum fortunæ ludum. O' nouam fatorū in-
uidentiā, ò mors q̄ iniqua, tam etiam inuida, ut ſem-
per præſtantiſſima quæq; quamocyſſime tollis è medio
mixq; oculis oſtenſa proſtratus ſubducis. Cuius ego uicem
hic poſſimum deplorem? Maximiliani'ne patris, qui
tali ſit orbatuſ filio, quem unum multis etiam imperi-
is anteponebat? An liberorum magis, quibus ætate tã
immaturo, tam pius ſit ereptus pater? An patriæ poſſi-

us, cui de charissimo principe tam ferum gaudium, tam
 præproperus contigerit luctus? An orbis demum uni-
 uersi? cui tam singulare lumen sit ademptum? id quod tam
 ante diem. Hoc nimirum hoc tempestas illa fatalis, qua
 medio est cursu in Britanniam depulsus est, portendebat,
 uidelicet fati illi palam ab Hispania reicientibus.
 Equidem panegyrico qualicumque laudauimus inueni. Tamen
 autem bone deus, quot mihi panegyricos, quam copiosos pol-
 licebar? Et en repente commutatis rebus epitaphium pa-
 ro miser. Eamus nunc nos hominuli, et fortunulis no-
 stris fidamus, cum eos etiam pro sua libidine mors rapi-
 at, quos quamdiutissime uiueret tantopere omnium reser-
 fert. Sed quid ego mihi Hieronymie, dum meo indulgeo
 dolori, tum exulcero? Quod reliquum est precor, ut
 superi propitij liberis paternam quidem felicitatem, sed
 cum diui Federici uiracitate copulatam largiantur. Ti-
 bi item in moderandis illis fraternos successus, sed uita
 fraterna diuturniorem. Litteris his, ne ad tantum, tamque
 doctum amicum nullo litterario munusculo comitata
 ueniret dialogos aliquot Luciani comites addidi, quos
 pauculis his diebus, dum obsidionis meum Florentiam
 profugeremus, latinos feci, hoc nimirum agens, ne ni-
 hil agerem. Nam in praesentia quidem in Italia mire fris-
 gent studia, feruent bella. Summus pontifex Iulius belli
 geratur, uincit, triumphat, planeque Iulium agit. Vale
 et amplissimo patri Nicolao Ruterio episcopo Atreba-
 tensi etiam atque etiam Erasmi commendato Bononi-
 a. XV. Cal. Decemb. M. D. VI.

CRATERIS. AC DIOGENIS.

Crates.

Maerichum diuitem noueras ne Diogenes, illum inquam supra modum diuitem, illum Corintho profectum, cui tot erant naues onustae mercibus cuius consobrinus Aristas, cum ipse quoque diues esset Homericum illud in ore solebat habere.

Aut me confice tu, aut ego te.

Diog.

Cuius rei gratia sese captabant inuicem Crates? Cra. Hereditatis causa, cum essent aequales, uterque alterum captabat. Iamque testamenta publicauerant ambo in quibus Maerichus (si prior inoreretur) Aristan omnium rerum suarum dominum relinquebat. Maerichum uicissim Aristas, siquidem ipse prior euita decederet. Haec igitur cum essent in tabulis scripta, illi inter sese captabant Et alter alterum adulationibus, obsequiisque superare contendebat. Porro diuini, haud scio utrum ex astris, id quod futurum sit coniectantes, an somniis, quemadmodum Chaldaei faciunt, quin Et Pithius ipse, nunc Aristem uictorem fore pronuntiabat, nunc Maerichum, ac trumina quidem interim ad hunc, interim ad illum propendebat. Diog. Quid igitur tandem euenit? Nam audire est operae pretium Crates. Crat. Eodem die mortui sunt ambo. Caeterum hereditates ad Eunomium, ac Thrasyclem deueniunt, quorum uterque cognatus illis. Atque de his nihil praedixerant diuini futurum, ne

tale quippiam accideret. Etenim cum Sicyone Cirrham
 uersus nauigarent, in medio in cursu, obliquo orto lapige
 eò sunt depulsi. Dioge. Recte factum. At nos, cum
 nos essemus in uita, nihil eiusmodi alter de altero cogi-
 tabamus. Neq; enim ego unquam optabam, ut morere-
 tur Antisthenes, quo nimirum baculus illius ad me re-
 diret heredi (habebat autem egregie ualidum) quē
 ipse sibi parauerat oleaginum, neq; tu Crates opinor de-
 syderabas, ut me mortuo, in possessionum meam suc-
 cessionem uenires puta doli, ac peræ, in qua quidem lupinæ
 chænicas inerant duæ. Cra. Neq; enim mihi quic-
 quam istis rebus erat opus. immo ne tibi quidem Dioge-
 nes. siquidem quæ ad rem pertinebant, quæq; tu Antisthenē
 succedēs accipisti, deinde ego succedens tibi, ea nimirum
 multo sunt potiora, multoq; splendidiora, q̄ uel Persarū
 imperium. Dioge. Per Iouem memini me in istius-
 modi opum hereditatem Antisthenē, successisse, tibiq;
 eas longe etiam maiores reliquisse. Cra. Verum reli-
 qui mortales hoc possessionum genus aspernabantur, ne-
 que quisquā nos ob spem potiūdæ hereditatis obsequijs
 captabat, sed ad aurum omnes intendebant oculos.
 Diog. Nec iniuria. Neq; enim habebant, quo facultates
 eiusmodi à nobis traditas acciperent, quippe rimosi iā
 uitæq; delitijs, non aliter quàm uasa carie putria. Quo
 fit, ut si quando quis in illos infundat uel sapientiā, uel
 libertatem, uel ueritatem, effluat ilico, p̄stilletq; fundo
 quod immissum est continere non ualente. Cuiusmodi
 quiddam & Danaï filiabus aiunt accidere, dum in
 doliū pertusum haustam aquam important. At
 ijdem aurum dentibus, & unguibus, omniq; ui seruat

bant. Crates. Proinde nos hic quoque nostras possidebimus opes. Illi simulatque huc uenerint, obolum duntaxat secum ferrent, ac ne hunc quidem ulterius, quam ad portitorem.

NIREI THERSITAE, AC MENIPPI

Nireus.

Ostremus uel Menippus hic index erit,
uter nostrum sit formosior. Dic Menippe,
an non tibi uideor forma praestantior?
Menip, Immo quinam sitis prius arbitror indicandum. Nam hoc opinor, scito est opus. Ni. Nireus, ac Ther sites. Me. Uter Nireus, uter Ther sites? Nondum enim uel hoc satis liquet. Ther. Iam unum hoc uinco, quod tibi sum similis, neque tantopere me precellis, quam opere te caecus ille Homerus extulit unum omnium formosissimum appellans. Quam ego fastigiato uertice, rarisque, et impexis capillis ille, nihilo te inferior uisus sum arbitro. Iam uero contemplate Menippe, utrum altero formosior existimes. Ni. Mirum nime Aglaia, Charopeque progenium, Qui uir pulcherrimus unus. Omnibus est Graiis priameia ad pergama ueni. Menippus. Atqui non item sub terra opinor, pulcherrimus uenisti, quippe qui reliquis quidem ossibus, alijs appareas assimilis. Porro caluaria hoc uno insigni a Ther site caluaria dignosci possit, quod tua delicata est, ac molliscula. quandoquidem istuc habes effeminatum, ac neutrum.

*quam uiro decorum. Ni. Attamen Homerū percō
 stare, qua specie tuum fuerim, cū inter Græcorū copias
 militarem. Me. Tu quidem somnia mihi narras. At ego
 ea specto, quæ uideo, quæq; tibi adsunt in p̄sentiā. Cate
 rum ista norunt, q id temporis uinebant. Ni. Quid
 igitur tandem? An non ego huic formosior Menippe?
 Me. Neq; tu, neq; quisquam alius formosus hoc loco.
 Siquidem apud inferos æqualitas est, paresq; sunt om
 nes. Therisit. Mihi quidem uel hoc sat est.*

DIOGENIS, AC MAVSOLI.

Diogenes.

He tu Car, quare tandem insolens es, si
 biq; places, ac dignum te credis, qui
 unus nobis omnibus antepotare? Mau
 solus. Primum regni nomine. O tu Sio
 pensis, quippe Caria imperauerim uni
 uersæ, præterea Lydia quoq; gentibus aliquot. tum autē
 et insulas nonnullas subegerim, Miletum usq; peruenie
 rim, plerisq; Ionia partibus uastatis. Ad hæc formosus
 eram, ac procerus, ac bellicis in rebus præualidus. Por
 stremo, quod est omnium maximum, in Halicarnasso
 monumentum erectum habeo, singulari magnitudine
 quantum uidelicet defunctorum alius nemo possidet,
 neq; pari enī pulchritudine conditum, uiris scilicet,
 atq; equis pulcherrimo è saxo, uiam formam absolutis
 simo artificio expressis, adeo ut uel sanum aliquod simē
 le haud facile quis inueniat. Num iniuria tibi uideor

bas ob res mihi placere, atq; efferri? Diog. Nū ob imperium ais, ob formam, atq; ob sepulchri molē?
Mau. Per Ionem ob hæc inquam. Diog. Atqui o formose Mausole neq; uires iam illæ, neq; forma tibi iam adest. Adeo ut si queni arbitrium de formæ præcellētia delegerimus, haudquāq; dicere potis sit, quobrem tua caluaria mea sit anteferenda, siquidem utraq; pariter tum caluaria, tum nuda, utriq; dentes prominulos pariter ostētarimus, pariter oculis orbati sumus, pariter naribus simis, ac sursum hianibus deformati. Cæterum sepulchrū, ac saxa illa præciosa Halicarnassēis forsitan iactare licebit, et hospitibus gloriæ causa ostentare, tanquā qui magnificam quandam apud se structuram habeant, uerum quid hinc commoditatis ad te redeat uir egregie, nequaquā uideo, nisi forsan illud cōmodum uocas, quod plus ueneris atq; nos sustines, sub tam ingentibus saxis pressus, ac laborans. Mau. Itā ne nihil illa mihi conducunt omnia? planeq; pares erunt Mausolus, ac Diogenes? Dioge. Immo haud pares inquā. Nam Mausolus discruciabitur, quoties earum rerum in mentem ueniet, quibus in uita florere consuevit. At Diogenes interim eum ridebit. Atq; ille quidem de suo illo monumento, quod est in Halicarnasso, memorabit ab uxore Artemisia, atq; sorore parato, contra Diogenes, ne id quidem suo de corpore nouit, nunquid habeat sepulchrum. Neque enim illi res ea curæ est, uerum apud uiros excellētissimos sui memoriam, famamq; reliquit, ut qui uitam peregerit uiro dignam tuo monumento Carum abiectissime, celsiorem, ac tutiorem in loco subtraham.

Simylus.

Enisti tandem & tu Polystrate ad nos
cū annos uixeris haud multo paucio
rescentū opinor. Poly, Nonaginta
oſto Simyle. Simy. Sed quam tri-
ginta iſtos annos egisti, qbus mibi fue-
ras ſupſtes, nam ipſe perij te fermè ſeptuagenario. Pol-
lyſt. Quam ſuauiſſime proſeſto, etiam ſi hoc mirum
tibi uidebitur. Simy. Mirum uero, ſiquidem tibi primū
ſeni, deinde inualido, poſtremo etiam orbo q̄cquā pote-
rat eſſe in uita ſuaue. Poly. Principio nihil erat, qđ
non poſſem. præterea pueri formoſi cum plures aderant
tum mulieres nitidiſſimæ, unguenta, uinum mire fra-
grans, poſtremo menſæ, uel ſiculis illis lautiores. Simy-
lus. Noua narras. Nam ego te planè ſordidum, ac par-
ciſſimum eſſe ſciebam, Poly. Atqui uir præclare ex
alienis arcis opes mibi ſuſcitebant. Tum diluculo pro-
ſtans quamplurimi mortales ad fores meas uenitabant
ſimulq̄ ex omni rerum genere, quæ terrarum ubiuis
pulcherrimæ reperiuntur, munera deportabantur,
Simylus. Num me deſuncto regnum geſſiſti? Poly.
Minime, uerum amantes habebam innumeros?
Simy. Non poſſum non ridere, Tu ne amantes, tantus
nati cum eſſes, uixq̄ tibi dentes ſupereſſent quatuor.
Polyſtra. Habebam per Iouem equidem optimates
ciuitatis. Cumq̄ eſſem tum ſenex, tum caluus, ſicuti ui-
des, præterea lippiens etiam, ac ſenio cacutiens, poſtre

mo naribus mucosis, tamen cupidissime mihi inservie-
bant, adeo ut is felix videretur, quencumq; vel aspexis-
sem modo. Simy. Num tu quoq; quem admodum
Phaon ille, Venerem aliquam è Chio transuexisti, ut
ob id optanti tibi illa dederit, rursus ad iuventam redi-
re, ac denuo formosum, atq; amabilem fieri? Poly.
Haudquaquam. Quin magis cum talis essem, qualē
dixi, tamen supra modum adamabar. Simy. Aeni-
gmata narras. Poly. Atqui notissimus est hic amor
cum vulgo sit frequens. nempe erga senes orbos, ac divi-
tes. Simyli. Nunc tua forma, unde tibi profecta fue-
rit intelligo vir egregie, nimirum ab aurea illa Venere
Poly. Verū tamen non parum multas commoditates
ab amantibus tuli Simyle, propemodum etiam adora-
tus ab illis. Porro sæpius etiam quasi prociis illis illude-
bam, excludens interdum nonnullos eorum. Interim
illi inter sese decertabant, & in ambiēdis primis apud
me partibus, alium alius antire nitebatur. Simylus.

Sed age de facultatibus tuis quid tandem statueras?
Polystratus. Palam quidem affirmabam, me unum
quemq; illorum relicturum heredem. Idq; illi cum cre-
derent futurum, certatim se quisq; obsequentiorem, atq;
adulantiorem præbebat. Caterum alteras illas veras
tabulas, quas apud me servaveram reliqui, in quibus
omnes illos plorare iussi. Simylus. At postrenia illæ
tabulæ, quem pronuntiabant heredem? Num è cognat-
is quempiam? Polystratus. Non per Ionem, immo
novitium quendam ex formosissillis adolescentulis, na-
tione Phrygeni. Simylus. Quot annos natum Poly-
strate? Poly. Viginā ferme. Simylus. Iam in

telligo quibus obsequijs ille te demeruerit. Polyst.
 Attamen multo illis dignior, qui scriberetur haeres, etiam
 si barbarus erat ac perditus. Quem iam ipsi etiam
 optimates colunt, captantq;. Is igitur mihi exstitit haeres.
 Iamq; inter patritios numeratur, subasci mento, barbaroq;
 cultu, ac lingua. Quin et Codro generosiorē, Nireo
 formosiorē, Ulyssē prudentiorē esse praedicant.
 Simy. Non laboro, vel totius Graeciae sit imperator, si
 libet, modo ne illi ponantur haereditate.

VENERIS, ET CUPIDINIS.

Venus.

q Vid tandem in causa est Cupido, ut cum
 reliquos deos omnes adortus expugna-
 ris, Iouem ipsum, Neptunum, Apollinē
 Innonem, me denique matrem, ab una
 Minerva temperes, utq; aduersus hanc
 nec ullum habeat incendium tua fax, Et iaculis uacua
 sit pharetra, tum Et ipse arcu careas neq; iaculari nor-
 ris. Cupi. Equidem hanc metuo mater. est enim for-
 midabilis, truculentoq; aspectu, ac ferocitate quadā sur-
 pra modum uirili. Proinde si quando tenses arcu petam
 illam, galeae cristam quatens expanefacit me, moxq; for-
 midine tremere occipio, sic ut arma mihi e manibus ex-
 cidant. Venus. Atqui Mars non erat hac formidabilis-
 lior? Et hunc tamen superatum exarmasti. Cupi.
 Immo ille cupide me recipit, atq; ultro etiam inuitat.
 Verum Mi uerus semper adductis supercilijs obseruat.

Quin aliquando temere ad illam aduolavi faciem propius admonens. At illa siquidem ad me accesseris iquit, per parentem Iouem quouis modo te confecero, aut lancea te transfigam, aut pedibus arreptum in tartara dabo præcipitem, aut ipsa te discerpam, plurima item id genus comminabatur. Ad hæc acerbis obmetur oculis, postremo & in pectore faciem quandam gestat horrendam, niperis capillorum uice comatam. Hanc nimirum maximopere formido. Territat. n. me, fugioq; quoties eam aspicio. Venus. Esto sanè. Minervam memis, ut ais, atq; huius gestamen Gorgona reformidas, idq; cum Iouis ipsius fulmen non formidaueris. Cæterum Musæ quæ ob causam abs te non feriuntur, atq; à tuis iaculis tutæ agunt? Num & hæc cristas quatunt, aut Gorgonas prætendunt? Cupido. Has quidem revereor mater. Sunt enim uultu pudico, ac reuerendo, præterea semper aliquo tenentur studio, semper cædionibus animum intentum gerunt. Quin ipse etiam non raro illis assisto, carminis suauitate delinitus. Venus. Esto nec has adoraris, propterea quod sint reuerendæ. At Dianam quæ tandem gratia non uulneras? Cupi. Ut breuiter dicam, hanc ne deprehendere quidem usquam sum potis, quippe perpetuo per montes fugitantem. Ad hæc alterius cuiusdã sui Cupidinis illa tenetur cupidine. Venus. Cuius ò gnate. Cupi. Nempe uenati ceruorum, & hinnulorum, quos insectatur, ut capiat, ac iaculo figat. Ac prorsum tota rerum huiusmodi studio tenetur. Tametsi fratrem eius, qui nimirum arcu ualet & ipse, feritq; eminus. Venus. Teneo gnate, eum sæpenumero sagitta uulnerasti.

Mars.

Vdistin' Mercuri cuiusmodi nobis minas
 tus sit iupiter? quàm superba, quàmq; di-
 ctu absurda? Ego inquit, si uoluerò, cathe-
 nam ex æthere demittam. Vnde si nos su-
 spensi me ui detrudere conemini, inseritis operam. Nun-
 quam enim me deorsum trahetis. Contra si ego uos uel-
 lim in altum attrahere, non uos modo, uerum etiã a-
 terram ipsam, tum mare pariter subuectum in subline
 sustulero. Ad hæc alia permulta, quæ tu quoq; audisti.
 At ego siquidem cum uno quolibet singulatim confera-
 tur, ita præstantiorem eum esse, uiribusq; superiores,
 haudquaquam negauerim, uerum unum tam multis
 pariter in t'm antecellere, ut eum ne pondere qdem uin-
 cere queamus, etiã si terrã, ac mare nobis adiunxerim-
 us, id neminẽ crediderim. Mer. Bona uerba Mars.
 Neq; n. sat uicium est ista loqui, nequid forte mali nobis
 hæc petulãtia conciliet. Mars. An uero credis apud
 quenilibet hæc dicturum me? Immo apud te solum id
 audeo, quem linguæ continentis esse sciebam. Sed quod
 mihi maxime ridiculum uidebatur, tum cum hæc mini
 tantem audirem, haud quẽã apud te reficere, et nimis me
 mineram, cum non ita multo ante Neptunus, Iuno, ac
 Pallas, mota aduersus eũ seditione machinarentur com-
 prehensum illum in uincula conijcere, quantope firmã
 darit, atq; id treis dũtaxat deos, qd ni Thetis misericor-
 dia cõmotã, Briareum Centimanum illi auxiliatum ac

ceruissset, ipso pariter cum fulmine, ac tonitru uinctus erat. Hæc reputanti mihi videre libebat, eius magniloquentiam, iactantiamq;. Mercur. Tace. Bona uerba. Neq;. n. unum est ista uel tibi dicere, uel audire mihi.

MERCURI, ET MAIÆ

Mercurius.

e St uero mater deus quisquam in cælo me
miserior? Maia. Caue ne quid istiusmo
didixeris Mercuri. Mercur. Quid non
dicam, qui quidem tantum negotiorum
seclus sustineam, quibus de lassor, in tam multa ministeria distractus? Nam mane protinus surgendum est mihi, statimq; uerrandum cœnaculum, ubi dii compotant. Tum ubi curiam, in qua consultant, undiq; strauero, ac singula ita, ut oportet, composuero, Ioui necessum est assistere, ac per ferendis illius mandatis toto die sursum, ac deorsum cursitare, insuper cum redeo, puluerulentus adhuc ambrosiam apponere cogor. Porro prius q̄ nouissus iste pocillator aduenisset, ego nectar etiam ministra bam. Quodq; est omnium indignissimum, soli omnium ne noctu quidem agere quietem licet, uerū id quoq; temporis necesse habeo defunctorum animas ad Plutonium deducere, manumq; gregi uæ ducem præbere, tū autem & tribunalibus assistere. Neq; enim mihi sufficiebant scilicet diurna negotia, dū uersor in palæstris, dū in concionibus præconis uices ago, dū oratores instruo, nī hæc quoq; provincia accedat, ut simul etiam
umbrarum

umbrarum res disponam? Atqui Leda filij alternis inter ipsos vicibus apud superos, atq; inferos agitant. Mihi necesse est quondie tum hoc, tum illud pariter agere. Deinde duo illi Alcmena, ac Semele misceis progeneri mulieribus, otiosi in convivijs accumbunt, at ego Maia Atlantide progenitus illis ministro scilicet. Quin nunc cum recens à Sidone Cadmi filia reuersus essem (nam ad hanc me legarat, visum quid ageret puella) prius quàm respirassem, & adhuc anhelum de via rursus ad Argos emadavit visurum, qui cum Danae ageretur. Rursus inde in Bæoniam profectus inquit, obiter Anäopam visito. Adeo ut planè iam pariturum me negarim. Quod si mihi licuisset, lubens profecto fecissem, id quod solent ij, qui in terris duram seruiunt seruitutem. Maia. Missa fac ista gnate. Decet enim per omnia morem gerere patri, cum sis iuuenis. Ac nunc quò iussus es, Argos contende, Deinde in Bæoniam, ne, si cessaris, fuerisq; lenior, plagas etiam auferas. Nam iracundi sunt, qui amant.

Erasmus

t

VENERIS, ET CUPIDINIS.

Venus.

C Upido Gnate, uide quæ facis flagitia.
Non iam de ijs loquor, quæ te impulso
re mortales in terra uel in se quisq;, uel
inuicem alij in alios faciunt, uerum de
ijs ago, quæ apud superos quoque desi-
gnas, qui quidem Ioueni ipsum cogis uarias assumere for-
mas, in quocumq; tibi pro tempore uisum fuerit, eum uer-
tens. Tum Lunam è cælo deuocas, quin & solem ali-
quoties compellis lentum apud Clymenen cessare auri-
gandi muneris oblitum. Nam quicquid iniuriæ in me
matrem etiam committis, audacter, ac tamquam tutò fa-
cis. Verum tu quidem ò deorum omnium confidentissi-
me. Rheam insuper ipsam iam animum, præterea deorum
tam multorum parentem, eò ppulisti, ut puisionem ad-
amet, atq; in Phrygium illum adolescentulum depere-
at, ac tua iam opera insanit, iunctisq; leonibus, adhi-
bitis iteni Corybantibus, quippe qui & ipsi furore quodam
sunt afflati, per Idæum montem sursum, ac deorsum ober-
rat, ipsa quidem Atis amore eiulans. Cæterum Coryban-
tum, alius suum ipse penem ense desecat, alius dimissa
coma per montes fertur insanus, alius cornu canit, ali-
us tympano tonat, alius cymbalo perstrepat, breuiter ois
undequaq; Ida tumultus, atq; insania plena est. Proin-
de cuncta timeo. Memone tale quid accidat, quandoqui-
dem te produxi, malum ingens, ut si quando resipiscat
Rhea, uel potius, si pergat insanire, Corybantibus imper-

ret, ut te correptum discerpant, aut leonibus obijciant.
 Hic me scilicet metus, quod uideam tibi periculū im-
 minere. Cupido. Otioso animo esto mater, siquidem
 leonibus etiam ipsis iam familiaris sum factus, ita ut sæ-
 penumero conscensis eorum tergis, prehensaq; iuba, eq-
 uis rursus insidens illos agitē. At uero illi interim mihi cau-
 dis adblandiuntur, ac manum ori insertā receptant, lā-
 buntq; deinde mihi reddunt innocuā. Porro Rheæ ipsi
 quādo tandem uacauerit, ut me ulciscatur, cum in Ate
 sit tota? Postremo quid ego pecco, cum res pulchras, ut
 sunt, offero, ac demonstro? nos ne appetite res pulchras.
 Quare his de rebus ne in me crimē conferte. Nū uis ipsa
 tu mater, uti neq; tu posthac Martem ames, neq; ille te
 Venus. Ut es pernicax, & nulla in te nō superas. At
 tamen horum, quæ dixi, fac in posterum memneris.

DORIDIS, ET GALATÆ.

Doris.

Ormosum amantem Galatæa, nempe si-
 culum istū pastore, diuine amore tui de-
 sperire. Gala. Ne ride Doris, etenim
 qualis q̄lis est, Neptuno patre proge-
 tus est. Do. Quid tum postea, si uel
 Ione ipso sit progenitus, cum usq; adeo agrestis, atq; his-
 pidus appareat, qd̄q; est omnium deformissimū, inno-
 culus. An uero credis genus illi qd̄q; profuturum ad for-
 mam? Galat. Ne istuc quidē ipsum, quod hispidus
 est, atq; agrestis, ut tu uocas, illum deformat. Quin uī-
 tile magis est. Porro oculus me dia in fronte decet etiā,

quo quidem nihilo segnius cernit, quàm si duo forent.
Doris. Videris Galatea non amanti habere Polyphenum, sed illum potius adamare, sic hominem prædicas. Galatea. Equidem haud adamo, sed tamen insignem istam uestram insultandi, opprobrandiq; petulantiam ferre non queo. Ac mihi nimirum inuidentia quadam istuc facere uidemini, propterea quod ille, cum forte aliquando gregem pasceret suum, nosq; è litorali specula ludentes cerneret, in prominentibus Ætne pedibus, qua uidelicet inter montem, & mare litus sese in longum porrigit, nos ne aspexerit quidem, at ego omnium una uisa sum formosissima, eoq; in unâ me coniecero oculum. Ea res uos male habet. Nam argumentum est, me forma præstantiorem esse, ac digniorem quæ amet. uos contra fastiditas esse. Doris'. An istud tibi putas inuidendum uideri, si primum pastori, deinde lusco formosa uisa sis? Quanquam quid aliud ille potuit in te probare, præter solum candorem? Is illi placet opinor, quod caseo, & lacti affueuerit, proinde quicquid his sit simile, id proinus pulchrum indicat. Alioqui ubi libebit scire, qua sis facie, de scopulo quopiam in aquam, si quando tranquilla steterit despectans, te metipsam contemplare, uidebis aliud nihil, nisi perpetuum candorem. Vex is quidem non probatur, nisi rubor admixtus, illi decus, illi iunxerit. Galat. Atqui ego illa immodice candida, tamen eiusmodi habeo amante. cum interim è uobis nulla sit, quam uel pastor, uel nauis, uel portitor aliquis miretur. Ceterum Polyphemus, ut alia ne dicam, etiam canendi peritus est. Dor. Tace ò Galatea. Audimus illum canentem, cum nuper

per pruriret in te. Sed ò sancta Venus, Asinum rudere dixisses. Nam lyrae corpus simillimum erat ceruino capiti, ossibus renudato, tum cornua perinde quasi cubiti prominabant, ijs colligatis, inductisque fidibus, ne sinui quidam lyram admonens agreste quiddam, atque insuauiter canillabat, cum aliud interim ipse uoce caneret, aliud illa succineret. Ita ut temperare nobis nequierimus, quin rideremus amatoriam illam canionem. Si quidem lyrae sonitus adeo loquax, ac garrulus erat, ut nollet illi balanti respondere. Immo puduisset, si uisa fuisset stridulum illius, & ridiculum cantum imitari. Ad hæc gestabat in uulnibus amans iste delicias suas, urfi canulum, pilis hirtis, ipsi non dissimilem. Quis autem non inuideat tibi amicum istum Galatea? Galat. Quin tu igitur tuum ipsius amicum nobis comonstra, qui meo sit formosior, quæque doctior, ac melius uel uoce canat, uel cithara. Doris. Mihi quidem nullus est amator, neque, in hoc nomine iactans, quasi sim uehementer amabilis uerumtamen istiusmodi amicum, qualis est Polypheus, nempe totus hircum olens, tum crudis uictans carnibus, & hospites, si qui appulerint, deuorans tibi habereas, eumque tu mutuum ames.

Diogenes.

9 Vid hoc creies Alexander? Itane, defunctus es tu quoque perinde atque nos omnes? Alexander. Vides nimirum Diogenes. Tamen si mirandum non est si homo cum fuerim, defunctus sim.

Dioge. Num ergo Iuppiter ille Ammon mentiebatur, cum te suum filium esse diceret. An uero tu Philippo patre prognatus eras? Alexan. Haud dubie Philippo. Neque enim obiissem si Ammone parente fuisset progenitus. Dioge. Atqui de Olympiade etiam consimilia quaedam ferebantur, puta Draconem quendam cum ea fuisse congressum, uisumque in cubiculo. Ex eo gravidam peperisse te. Porro Philippum errare, fallique, qui se tuum patrem esse crederet. Alexan. Inaudieram quidem. Et ipse ista, quemadmodum tu, at nunc uideo, neque matrem, neque ammonios illos uates sani quicquam, aut ueri dixisse. Dioge. Attamen istud illorum mendacium Alexander, ad res gerendas haudquaquam tibi fuit inuile, propterea quod uulgus te uerebatur, metuebatque, cum deum esse crederet. Sed dic, cui nam ingens illud imperium moriens reliquisti? Alexan. Id eundem ignoro. Celerius enim euita submouebatur, quam ut esset otium de illo quicquam statuendi, praeter id unum, quod moriens Perdiccae annulum tradidi. Sed age, quid rides Diogenes? Dioge. Quid non rideam? An non meministi, quod Graeci fecerint, cum nuper tibi arrepto imperio adulari

tur, principemq; ac ducem aduersus Barbaros deligerent? Nonnulli uero in duodecim deorum numerum referrent, ac fara constituerent, deniq; sacra faccrēt, tanquam Draconis filio? Sed illud mihi dicito, ubi te sepelirūt Macedones? Ale. Etiam in Babylone iaceo, terram iam diem. Porro Ptolemæus ille satellites meus si quando denir oīum ab his rerum tumultibus, q nunc instant, pollicetur in Aegyptum deportaturum me, atq; inibi sepulturū, quo uidelicet unus fiam ex dijs ægyptijs. Diog. Non possum non ridere Alexander, qui quidem te uideam etiam apud inferos desipientem, sperātemq; fore, ut aliquādo uel Anubis fias, uel Osiris, quin tu spes istas omittis ò diuinissime, neq; enim fas est reuerti quēquam, q semel paludem transmiserit, atq; itra specus hiatum descēderit, propterea qd neq; indiligēs est Aeacus, neq; contēnendus Cerberus. Verū illud abs te discere puelim, quo feras animo, quoties in mentem redit, quanta felicitate apud superos relicta, huc sis profectus, puta capitis custodibus, satellinibus, ducibus, tum auri tanta ui, ad hoc populis, q adorabāt. Præterea Babylone, Bactris, immanibus illis belluis, dignitate, gloria, deinde qd eminebas cōspicuis, dū uestareris, dum amiculo candido caput haberes reuinctum, dū purpura circumamictus esses? Nunquid hæc te discruciant quoties recurfant animo? Quid lachrymas stulte? An non id te sapiens ille docuit Aristoteles, ne res eas, quæ à fortuna proficiantur, stabiles, ac firmas existimares? Alexan. Sapiens ille, cum sit assentatorium omnium perdiūssimus. Sine me solum Aristotelis facta scire, quā multa à me peñerit, quæ mihi scripserit, deinde

quemadmodum abusus sit mea illa ambiōe, qua cupie-
bam erudiōe ceteris praeſtare, cum mihi palparetur
interim, ac predicaret me, nunc ob formam, tanquam
& ipſa ſummi boni pars quaedam eſſet, nunc ob res ge-
ſtas, atq; opes. Nam has quoq; in bonorum numero col-
locandas eſſe cenſebat, ne ſibi uitio uerteretur, quod eas
acciperet. Planè præſtigioſus uir ille quidē erat, ac fran-
dulentus ò Diogenes. Quanquam illud fructus ſcilicet
ex illius ſapientiā fero, quod nunc perinde quaſi ſumi-
mis de bonis extruāior, ob iſta, quæ ut paulo ante com-
memoraſti. Dioge. At ſcin quid faciēs? Oſtendam
tibi moleſtiæ iſtius remedium. Quandoquidem his in
locis ueratrium non prouenit, fac ut Lethæi fluminis
aquam auidis faucibus attrahens, bibas, iterumq; ac ſæ-
pius bibas. Atq; eo paſſo deſine de bonis illis Ariſtote-
licis diſcruciari. Verum enim Cleum etiam illum, &
Caliſthenem uideo, cumq; his alios complures rapiam
huc ſeſe ferentes quo te diſcerpant, pœnasq; ſumant, ob
ea quæ quondam in illos commiſiſti. Quare fac in
alteram hanc ripam te conſeras, & crebrius (ut di-
xi) bibas.

Menippus.

*Quidem inaudiui Chiron, te, deus cū
esses, tamen optasse mortem. Chi.*

*e Vera nimirum sunt ista, q̄ audisti Menippe, planeq; mortuus sum, sicuti uir
des, cum mihi licuerit immortalē esse.*

*Menip. At quæ nanq; te mortis cupido tenebat, res uir
delicet, quam uulgus hominum horreat? Chi. Dicam, apud te, uirum neūquam stultum, atq; imperitū
Iam mihi desierat esse iucūdum immortalitate frui.*

*Menip. Quid? An iniucūdum erat te uiuere, luceniq;
tueri? Chi. Erat inquam Menippe. Nam qđ iucū
dum uocant, id ego neūquā simplex, sed uariū qddā
esse arbitror. Verum cum ego semp uiuerem, atq; iisdē
perpetuo rebus uter, scilicet, luce, cibo, tūc horæ eadē
recurrerent, reliqua itē omnia, quæcūq; contingunt
in uita, reciproco quodam orbe redirent, atq; alijs alia
per uices succederent, sicutas uidelicet eorum me cepit
Neq; enim in eo voluptas est sita, si perpetuo fruaris iisdē
sed omnino in pmutando posita est. Menip. Probe
loqueris Chirō. Cæterum hac, q̄ apud inferos agitur,
uita, q̄ nam tibi procedit, posteaquam ad hanc tanquā
ad posteriorem te conuulisti. Chiron. Haud insuauiter
Menippe, Siquidem æqualitas ipsa quiddam habet ad
modum popolare. Nihil autem interest utrum in lu
ce quis agat an in tenebris, præterea neq; sitiendum est
nobis quēadmodū apud superos, neq; esuriendum, sed*

*eiufmodi rerum omnium egentia uacamus. Menip.
Vide Chiron ne teneat ipse inuoluas, ne ne eodem tibi re
adatoratio. Chiron. Quamobrem iftuc ais? Men
rippus. Nempe, fi illud tibi faftidio fuit, quod in uita
femper iisdem, fimilibusq; rebus utendum erat, cū hic
iisdem fimilia fint omnia, eundem admodum parient
faftidium. At de integro tibi quaerenda erit uitae cōmu
tatio, atq; hinc quopiam aliam in uitam demigrandū
id quod arbitror fieri non poffe. Chiron. Quid igit
ur faciundum Menippe? Menip. Illud nimirum
nō sapiens, cum fis, queniadmodum opinor, & uulgo
praedicant, praefentibus rebus fis contentus, neq; quicquā
in his effe putes, quod ferri non queat.*

MENIPPI, ET CERBERI.

Menippus.

h *Eus Cerbere, quandoquidem mihi ter
cum cognatio quadam intercedit, cū
& ipfe fim canis, dic mihi per stygiam
paludem, quomodo feſe habebat Socr
tes, cum huc accederet? Verifimile eſt
autem te, deus cum fis, non latrare modo, uerum etiam
humano more loqui, ſiquando uelis. Cerberus Cū
procul adhuc abeſſet Menippe, uifus eſt conſtanti, atq;
interrito adire uultu, perinde quaſi mortem nihil omni
no formidaret, ac tanquam hoc ipſum uellet iſs, q pro
cul à ſpecus ingreſſu ſtabant, oſtendere, uerum ſimul
latq; deſpexit in hiatus, uiditq; profundum, atq; atrū*

antri recessum, sinuq; ego contantem etiam illum, aconito mordens pede correptum detraherem, infantium riu eiulabat, suosq; deplorabat liberos, nihilq; non faciebat, in omnem speciem sese conuertens. Menippus Num igitur fucate sapiens erat ille, neq; uere mortem contemnebat? Cerberus. Haud uere. Caterum ubi uidit id esse necesse, audaciam quandam præ se ferebat, quasi uero uolens id esset passurus, quod alioqui uolenti nolenti tamen omnino fuerat ferendum, uidelicet quo spectatoribus esset miraculo. Equidem illud in totum de uiris istiusmodi, uere possim dicere, ad fauces usque specus intrepidi sunt, ac fortes, porro intus cum sunt. nihil mollius, neque fractius. Menippus. Caterum ego quo nam animo tibi uisus sum subisse specum? Cerberus. Unus mortalium Menippe sic mihi uisus es subire, ut tuo dignum erat genere, Et prior te Diogenes, propterea quod nequaquam adacti subieritis, aut intrusi, uerum tum ultronei, tum ridentes, atque omnibus plorare renuntiantes.

PRÆFATIO, SEV HERCVLES GAL
LICVS LVCIANI ERASMO
INTERPRETE.

b *Erculem Galli lingua gentis uerna
cula Ogmium uocant. Porro deum
ipsum noua quadam, atq; inusitata
figura depingunt. Senex apud illos
est, ad extremū usq; occipitiū recal
uus, reliq; capillis, siqui reliqui sunt
canis, cute rugosa, & in aterrimum exusta colorem,
cuiusmodi sunt nautæ isti senes. Charontem potius, aut
Iapetum quempiam ex ijs, qui apud inferos uersantur,
diceret. In summa, quiduis potius q̃ Herculem esse conij
ceret ex imagine. Atq; tali specie cum sit, tamen Hercu
lis ornatum gerit, ut qui tum leonis exuium indutus
sit, tum clauam dextra teneat, tum pharetram humer
is aptatam portet, tum arcum laua prætendat. Deniq;
modis omnibus Hercules est. Hæc equidem arbitrabar
in Græcanicorum deorum contumeliam pperam face
re Gallos, cum eum eiusmodi fingerent effigie, quo ni
mirum illum talibus picturis ulciscerentur, quod olim
in regionem ipsorum incurfasset, prædas agens id tem
poris, cum Geryonis armenta uestigans occidentalium
gentium plerasq; regiones peruastaret. At non dum eti
am dixi id, quod erat in imagine maxime nouum atq;
mirandum. Siquidem Hercules ille senex in gentem ad
modum hominum multitudinem trahit, omnibus ab
aure reuinctis. Porro uincula catenulae tenues auro,*

electro ne confecta. pulcherrimis istis monilibus adsi-
miles. Atq; cum uinculis usque adeo fragilibus ducantur,
tamen neq; de fugiendo cogitant, cum alioqui com-
mode possint, neq; prorsus obnituntur, aut pedibus ad-
uersus trahentem obtendunt sese resupinantes, uerū alac-
res, ac læti sequuntur, ducentem admirantes, ultro fer-
stantes omnes, & laxatis funiculis, etiam antevertere
studentes, perinde quasi grauitatē latenti, si soluerentur uin-
culis. Ne illud quidem pigebit referre, quod mihi uidebatur
omnium absurdissimum. Et nūc cum non inueniret
pictor unde catenularum summās ansas neceret, uideli-
cet dextra iam clauam, laua arcum tenentē summam
Dei linguam perterebrauit, atq; ex hac religatis cater-
nulis eos trahi fecit. Ipse nimirum ad eos, qui ducebantur,
uultum, & oculos conuertebat, arridens. Hæc ego
cum diutius assistens essem contemplatus, admirans, hæ-
sitans, indignans Gallus quispiam, qui propius astabat
nostrarum litterarum non indoctus, id quod declarauit,
cum græcicam linguam absolute sonaret, philo-
sophus opinor, ex eo genere philosophorum, quod apud
illos esse fertur. Ego tibi hospes inquit, pictura istius anig-
ma explicabo, nam uidere uehementer ad eam attoni-
tus, ac stupefactus, orationē nos Galli nequaquam arbi-
trari esse Mercurium, quemadmodum nos Græci, ue-
rum Herculi illam tribuimus, propterea quod hic Mer-
curio longe robustior extiterit. Nam quod senex fingitur
nihil est quod mirere. Siquidem una facundia consuevit
in senecta demum absolutum uigorem ostendere, si mor-
do uerum uestri dicant poeta.

Obdura iuuenum densa caligine pectus.

Contra senectam posse quiddam dicere

Rudi inuenta melius, ac praeclarius.

Hinc uidelicet apud nos & Nestoris lingua inelle profuit. Et Troianorum concionatores liria essan edunt uocem, uidelicet floridam quandam uocem. Nam liria, si satis conueniunt, flores appellantur. Proinde quod ab auribus uinctos, ad linguam trahit senex hic Hercules qui non aliud, quam ipse est sermo, ne id quidem debes admirari, qui quidem non ignores linguæ cum auribus esse cognationem. Neq; uero ad contumeliam illius illud pertinet, quod ea perussa est. Nam memini inquit, & iambicos quosdā uersiculos ē comedijs apud uos discere.

Siquidem uiris loquacibus

Extrema lingua perforata est omnibus.

Quin de eodem hāc habemus opinionem, ut quicquid egit, id oratione, facundiaq; confecisse putemus, utpote uirum sapientem, ac persuadendo pleraq; sibi subegisse. Iam tela illius nimirum rationes sunt, acutæ, missiles, ceteræ, atq; animum sauciātes. Vnde perigera dicta uos quoq; nominatis. Hactenus Gallus. Ac mihi quidem cū huc me conferens uicem inter eundem perpenderem, num decorum iam esset, ut tam grandis nati, quiq; iā pridem ab his doctrinæ certaminibus meimet abdicasset, rursus me tam multorum iudicium calculis exponerem iudicandum, in tempore subiit animum meum eius picturæ recordatio. Nam antehac uerebar, ne cui nostrum uideret hāc admodum pueriliter agere, quasiq; præter ætatem iuuenari. Proinde nequis Homericus adolescensulus, illud mihi impingeret dicens.

Ætas iam perijt tua.

Tum illud.

Ac te corripuit cariosa senecta, minister
 Inuaidusq; tibi, & segnes, tardiq; caballi,
 Videlicet eo scommate pedes meos notans. Verum quo
 ties senex ille Hercules recurrit animo ad quiduis addu
 cor, ut faciam, neq; me pudet hac audere, cum sim ipsi
 æqualis imaginì. Itaq; robur, celeritas, ferma, & si qua
 sunt alia corporis bona, ualeant, cumq; his tuus ò Teie
 uates, Cupido, ubi memento subcano uiderit, auro rui
 lanabus alis, si uidebitur, uel aquilas prateruolet, neq;
 laborabit Hippoclides, immo nunc uel maxime tempe
 stiuum fuerit, facundia repubescere, florere, uigere, &
 quàm licet plurimos ab amicis ducere, ac sæpius arcu
 ferire, quandoquidem periculum non est, ne quando q;
 præter spem pharetram inanem reperiat. Vides quibus
 modis ætatem meam, meamq; senectutem ipse consoler,
 animemq;, adeo ut non sim ueritus, nauim iam olim
 in terram subductam denuo reuellere, suisq; instructa
 armis, in diuum in pelagus demittere. Contingant au
 tem à nobis ò dii, afflatus secundi, quando nunc uel ma
 xime præsentè bono, atque amico uento nobis est opus.
 Quod si digni modo uidebimur. in nos quoq; dicat ali
 quis Homericum illud.

Quos profert senior pannis è uilibus armos.

EUNUCHVS, SIVE PAMPHILVS
LVCIANI ERASMO IN
TERPRETE.

*N*de nobis aduenis Luciane? seu quid
nam rei rides? Semper tu quidem et ali
as consueuisti nobis hilaris, ac festiuus
occurrere, uerum istuc maius aliquid
solito uidetur esse, de quo risum nec com
pescere queas. Lucianus. E' foro tibi adsum o Pam
phile, porro innox efficiam, ut tu quoq; mecum rideas, si
mulatq; audieris cuiusmodi litis adfuerim actioni duo
bus philosophis inter sese contendentibus. Pamphil.
Iam istuc ipsum profecto ridiculum est, quod ais, philo
sophos inuicem lites agitare. Nam etiam siquid magni
fuiisset negotij, inter ipsos modesta, citraq; pugnam, con
trouersiam compositam oportuit. Lucia. Quid ais?
Tranquille componant illi, qui quidem solida plaustra
conuitijs onusta alter in alterum effuderint, uociferan
tes, mira q; peruicacia contendentes? Pamphi. Vide
licet de disciplinis, atq; opinionibus, ita ut assolent, dis
sentiebant, quod erant diuersæ factionis. Lucia. Im
mo aliud quiddam erat hoc, de quo dissidebant. Nam
eiusdem sectæ erant ambo, eiusdemq; scholæ. Et tamen
orta inter eos lis erat. Porro iudices, qui cognoscebant
primates erant huius Reip. natuq; maximi, ac sapientis
simi. Breuiter, quos habere quis gaudeat, siquid parum
concinne, parumq; modulate sonuerit, non autem si ad
tantam, tamq; insignem impudentiam, ac sceditatem
labamur.

labatur. Pamph. Quin tu igitur litis argumentum
exponis, quo videlicet ipse etiam cognoscam, quæ res ti-
bi tantum risum concitarit. Lucianus. Scis Pamphi-
le Salarium, idq; nunquam exiguum ab imperatore
fuisse constitutum, singulis philosophorum generibus,
puta, Stoicis, Platonis, Epicureis, cumq; his etiam Peri-
pateticis, ita ut unicuique sectæ præmiū esset æquale.
Ceterum de mortuo ex his quopiam, alius aliquis in eius
locum subrogandus est, qui sit optimatum calculis pro-
batus. Porro præmiū illud, neq; bucula erat quæpiā,
geniū admodum ait poeta, nec hostia, verum singulos
in annos decies mille dracmæ, quas accipiunt, uti cum
adolescentulis habeant cōsuetudinem. Pamph. Me-
mini quidem ista. Quin aiunt nuper ex illis diem obij-
se quempiā, alterum ni fallor è Peripateticis. Lucia.
Hæc ipsa Pamphile Helena, propter quam illi inter sese
singulari certamine conflictabant. Et hætenus quidē ni-
hil etiam ridendum erat in illis præter hoc, quod cum
philosophos esse se profiterentur, ac pecunias pro nihilo
ducere, tamen earum grātia perinde atq; pro patria in
discrimen adducta, pro religione maiorum, pro monu-
mentiis progenitorum, decertarent. Pamph. Atqui
Peripateticorum istud est decretum, non admodum eē
negligendas pecunias, verum eas in tertio quodam bo-
norum ordine esse ponendas. Lucia. Recte dicis. Vi-
cunt hæc illi. Proinde bellum hoc ex maiorum iudicio,
sententiāq; illis exitit, verum quæ postea consecuta sint,
iam ausculta. Primum complures quidē alij in defun-
cti illius funeribus ludis decertabant, sed inter hos præ-
cipue duo, viribus pares, puta Diocles ille senex, nosti

queni dicam contentiosum illum inquam, præterea Bagoas, qui quidem ea specie est, ut Eunuchus esse videatur Inter hos in initio de doctrina, deq; philosophia decretis, atq; opinionibus est decertatum, & utraq; sui specimen, ac documentum dedit, quod esset Aristotelicæ factionis, quodq; eius placita sequeretur ostendit. At per Iovem in hoc certamine, neuter altero superior erat. Lis igitur huc deflexit. Diocles desinens iam eruditionis suæ periculum, ac specimen ostendere, ad Bagoam descendit, ac uitam illius in primis carpere est aggressus. Bagoas indeni huius uitam uicissim taxabat. Pamph. idq; merito Luciane. Siquidem eius rei magis erat habenda ratio. Proinde si ego forte iudex causæ sedissem, magis in hoc, ut mihi uideatur, futurus eram occupatus, potiusq; spectassem, uter moribus esset præstantior, q̃ uter ad disputandum, ac dicendum promptior, atq; illi potius q̃ huic uictoriam adiudicassem. Lucianus. Equidem isti nunc sententiæ uerum & ipse calculus addo. Verum ubi iam conuiuijs, ubi maledictis essent satiati, tandem Diocles illud aiebat nefas esse, uel conari, aut proponere Bagoam, uñ cum philosophiæ studio, cumq; præstantissimis eius professoribus commercium haberet, qui quidem Eunuchus esset. Immo hoc hominum genus, non solum ab eiusmodi contubernio secludi oportere, uerum ab ipsis etiam sacris, ac uasis puris, breuiter ab omnibus publicis cœtibus eijs, ostendens inauspicatum quoddam, et occursum infaustum spectaculum fore, si quis mane domo egressus, uel uideat istiusmodi quippiam. Atq; hac de re multis uerbis differebat, affirmans Eunuchum neq; uirum esse, neq; mulierem, sed quiddam utrinq; compo-

fitum, & conflatum, planeq; monstrum ab hominum natura, specieq; alienum. Pamph. Novam accusandi rationem nobis narras Luciane. Iamq; & ipse ridere compellor, crimen audiens tam inauditum. Sed alter ille quid? Num obſtebat? An vicissim & ipse quidam ausus est ad ista respondere? Lucianus. Inſano quidem pudore, ac metu (nam id est istis familiare) diutius obſtebat, erubescens interim, palamq; præ se ferens, quod laboraret, tandem autem tenuem quandam, ac muliebrem edens vocem, negabat æquum facere Dioclem, qui se, quod Eunuchus esset, ob id à philosophia secluderet, cum qua sceminis etiam esset commercium. Allegabantur Aspasia, Dionima, Thargalia, quæ causam illius adiuvabant. Præterea Academicus quidam Eunuchus natione gallus, qui paulo ante nostram ætatem maxime nominis floruisse. Porro Diocles etiam illum ipsum, si quidem extaret, ac simili negotio sese misceret, prohibiturum sese respondit nihil expauescitur opinione, quæ apud vulgus obtinebat. Ad hæc cum ipse quædam diſſectia in illum iaciebat, tum referebat in eum q̄ à stoicis, maximeq; cynicis dicta ad risum concitandum erant idonea de corpore mutilo, atq; imperfecto. Hæc in re iudicium cognitio versabatur. Deniq; totius causæ iam illud caput esse cœpit, nū Eunuchus idoneus esset censendus, q̄ ad philosophiā admitteretur, q̄q; inuenibus p̄fici postularet, cum alter interim formam etiam, ac corporis integritatem, in philosopho regendam esse diceret. Maxime uerontē barbā altā, ac promissam gerat, quo uidelicet ijs, q̄ discēdi cupidi aduenirent, uir grauis appareat, & is cui fides hēri debeat, neq; indignus videatur

tur decē illis drachmarum millibus, quæ forent ab imperatore capienda. Cæterum eunuchorum conditionē etiam q̄ spadonum esse uiliorem. Nam illos aliquando uirile quiddam expertos fuisse, at hunc ab ipso statim ortu fuisse exectum, planeq; animal esse quoddam uarium, atq; anceps nō aliter q̄ cornices, quæ neq; inter columbas, neq; inter cornos numerari queant. Alter contra responderet eo iudicio non de corporis agi figura, uerum de animi uirtute, proinde mentis qualitatem expendi oportere, deq; dogmatum cognitione querendū esse. Eius rei testis citatus Aristoteles, qui quidem Ermeā eunuchum Atarne oriundum tyrannum supra modū sit admiratus, adeo ut illi perinde atq; dijs sacra fecerit. Ausus est & illud addere Bagoas, multo magis idoneū esse eunuchum, cui adolescentes erudiendi credantur, quod ab hoc nulla in illos calūnia possit habere, neq; socraticum illud crimen in hunc competat, quod adolescentulos corrumpat. Deinde quæ ille potissimum in mentem imberbe fuerat caxillatus, ea hic facete, ut ipsi quidem uidebatur, reiecit. Et enim si ē barbæ prolixitate inquit, philosophos æstimare conuenit, nimirum hircus ante omnes primas tenebit. Hic tertius quidā assistens (nomē hominis filebitur) Atqui iudices inquit, hic malis leuibus, ac feminea uoce, reliquoq; corporis habitu eunicho adsimilis. Siq; uestes detrahat, egregie uir esse uidebitur. Alioqui mentuntur, qui ferunt cum aliquando in adulterio deprehensum, membra in mēbris, ut legum tabulæ loquuntur, habentem, atq; id quidē temporis ad Eunuchum confugisse, eaq; reperta latebra absolutum fuisse, cum iudicibus crimen persuaderi non

posset, ut qui è specie hominem iudicarent eunuchum.
 Atq; nunc mihi palinodia cantaturus uidetur, idq; pro-
 pter ostentatum præmium. Hæc cum diceretur omni-
 bus, ut par erat, risus est obortus. Porro Bagoas magis
 etiam perturbabatur omnem in speciem sese uarians, at-
 que in innumerabiles uersus colores, tum frigido sudor-
 e fluens, ac neq; decorum sibi existimabat adulterij cri-
 men agnoscere, neq; rursus eam accusationem inutile
 ad præsens certamen arbitrabatur. Pampb. Profer-
 esto deridicula sunt ista Luciane, neq; uulgarè uobis uti
 coniectandum est, uoluptatem præbuerunt. Verum quò
 tandem res euasit? Et quid super his pronuntiarent iu-
 dices? Lucia. Non erat eadē omnium sententia. Ver-
 rum alijs quidem uisum est uti nudato illo, quem admo-
 dum in enipit? s; seruis fieri consuevit, inspicere nuda
 in ijs, quæ ad penem pertinent, philosophari posset. Alij
 uero sententiam dixere, multo magis etiam hac ridicu-
 lam, nempe, ut accersitis è lustris mulieribus aliquot,
 iuberent illum cum illis congregari, ac uiri officio fungi,
 astante interim è iudicibus quopiam, qui quidem esset
 natu maximus, fideq; spectatissima, qui inspiceret num
 philosophum præstaret. Hæc ubi oium risu eent excepta,
 neq; quisquam adesset, cui non uenter doleret risu distor-
 tus, statuerunt, ut causa utriusq; in Italiam reijceretur.
 Ac nunc alter (ut aiunt) quo possit ea, quæ dixit, docere,
 semet ad causam exercet, atq; apparat, summoq; in-
 genio accusationem meditatur. Iamq; adulterij crimen
 labefactat, ut quod sentiat sibi maxime aduersari, idq; fa-
 cit iuxta pestilentiam istorum oratorum, morem ex ipso
 colligens accusatione, quo aduersarium refellat. Contra

Bagoas diuersa affert, causam, ut uidebatur omnibus uiri agit, ac negotium præ manibus habet. Postremo uincere litam sperat, si modo docere possit, se nihilo deteriore rem esse equis inuentibus asinas. Siquidem rem amare uisam est optimum philosophiæ documentum, unaque probatio, cui non possit contradici. Proinde optauerim ut filius, qui mihi est adhuc admodum adolescens, non animum & linguam, sed penam haberet ad philosophiam idoneum.

DE SACRIFICIIS.

Nimvero si quis recensere uelit, quæ stultissimi mortales faciliunt, in sacris, in festis diebus, in adendis, salutandisque diis, tum quas res ab illis petant, quæ uota faciant, cuiusmodi sint quæ de illis sentiunt, statuuntque, equidem haud scio sit ne quisquam animo curis ita confecto, usque adeo mæsto, quin risurus sit, ubi prouiderit negotiis tum absurditatem, tum amentiam. At umilo ante quam ridere incipiat opinor, secum illud expendet, utrum pios istos appellari conueniat, an contra diis inimicos, atque infelices, ac gemios malos, qui quidem nuinen ipsum rem usque adeo humilem, atque abiectam existiment esse, ut humanis egeat obsequiis, utque adulatione capiantur, ac gaudeat, rursum ut stomachetur, atque iracunde ferat, si negligatur. Nam Aetolica illa mala. simulque Calydoniorum calamitates, totque hominum cades, ad hæc et Meleagri interitum, hæc omnia à Diana authore profecta esse pradicant, quæ uidelicet

ret grauit̃ ferret, quod ab Oeneo non eſſet ad ſacrifi-
cium adhibita. Vſquadeo nimirum alte dolor hic ani-
mo illius inſederat, quod ſacris epulis eſſet fruſtrata.

Quin illam iam mihi uidere uideor, ut erat id tempo-
ris, in cælo ſolitariam, reliquis dijs ad Oenei conuiuiũ
proſectis foras, miſeris modis gerentem ſeſe ac miſera-
biliter eiulantem, quod ab eiſmodi feſto eſſet abſutura

Contra Aethiopes illos formidatos, ac multis modis fe-
lices quis dixerit, ſi modo Iupiter meminerit huma-
nitatis, ac benignitatis illorum quam in initio poema-
tis homerici in ipſum exhibuerant, duodecim perpetuo-
ſos dies epulis acceptum, idq; cum reliquis etiam dijs
comitatus ad conuiuium ueniret. Vſque adeo nihil, ut
apparet, quicquid faciunt illi, gratis faciunt, uerum ſua
bona uendunt mortalibus, atque enere quidem ab illis
licet omnia, puta bonam ualentinem, bucula, diui-
tias bobus quatuor, tum regnum bobus centum, Præ-
terea ſoſpitem ab Troia in Pylum reditum, tauris no-
ueni. iam ex Aulide ad illum traſmittendi facultate
tem, regia puella. Nam alius quidam, ne id tempo-
ris urbs caperetur, à Minerva mercatus eſt bobus duo-
decim, ac peplo. Veriſimile eſt autem eſſe præter
ea quædam, quæ uel gallo, uel corolla, uel ſolo thure
ab illis redimi queant. Hæc igitur cum non igno-
raret, opinor, Chryſes ille, ut pote tum ſacerdos, tum ſe-
nex, diuinarumq; rerum egregie peritus, poſteaquam
re infecta redyſſet ab Agememnone, tanquam qui pri-
us Apollini munus dedyſſet beneficiũ, ita nunc
imputat, ac repoſcit recompenſam, quin conuiſatur
etiam propemodum, nempe cum ſic ait. Equidem

Apollo egregie, templum tuum, cum id temporis adhuc esset incoronatum, sæpenumero coronis ornavi, deinde tam multas tibi in aris adolevi coxas taurorum pariter, atq; caprarum. At tu contra me negligis, cum huiusmodi patiari iniurias, proq; nibilo ducis hominē bene de te meritum. Qua quidem oratione intantū ille pudesctus est, ut proñus arepto arui, ac supra navii stationem sese collocans pestem in Græcorum copias iacularetur, ne mulis quidem et canibus intactis. Sed quoniam de Apolline incidit mentio, referam de eodē & alia, quæ de illo sapientes isti tradunt, non illa quidem, quoties quā infeliciter amarit, non Hyacinthi eadem, neq; Daphnes superbiam, verum queniadmodum damnatus etiā fuerit, et ob Cyclopes interfectos in exilium exactus. Vnde factum, ut è cælo in terram demitteretur, humana iam sorte usus, nostrisq; malis factus obnoxius. Præterea autem queniadmodum in Thessalia mercenariam operam suam locavit apud Admetum, tum item in Phrygia apud Laomedontem, atq; apud hunc quidem haud solus, verum cum Neptuno, cum ambo propter egestatem lateres componerent, inq; cōstruendis mœnibus operam præstarent. Ac ne mercedem quidem solidam à Phryge illo tulerunt, verū debebat illis adhuc de summa, ut ferunt, plus triginta drachmas Troiani nomismatis, Quid enim? An non hæc in deorum honorem fabulantur poetæ? atq; his etiā multo diuiniora de Neptuno, de Prometheo, de Saturno, de Rheæ, deniq; de universa fermè Iovis familia, idq; invocatis, ut adsint canentibus, in exordio poematū Musis, à quibus tandem velut affici numine, id quod

apparet, huiusmodi quædam cantant, quemadmodum Saturnus, ut primum cælum patrem suum excuisset, ipse in eo regnauerit, deinde liberos suos deuorarit, siquæ tamen ferunt fecisse. Et Argiuium illum Thyestem. Deinde quemadmodum Iuppiter furum occultatus à Rhea saxum pueri loco subijciente in Cretam sit allegatus, atque inibi à Capella nutrice sit alitus, in idem uidelicet, ut Telephus à cerua, Cyrus Persa, is, qui prior regnauit, à cane narratur enutritus. Postea quemadmodum expulso patre, atque in uincula coniecto, ipse potius sit imperio. Duxerat autem uxores complures, quodam aliis, sed postremo loco Iunonem germanam, idque iuxta Persarum, Et Assyriorum institutum. Tamen autem quod esset in amores propensus, atque in uenerem effusus, facile cælum liberis expleuerit. Quorum alios ex sua sortis deabus creauit, alios contra nothos, ex mortali, terrestrique genere susceperit. Cum interim generosus ille, nunc autem, nunc in taurum, nunc in cygnum, aut aquilam uerteretur, ac in summa plures sibi formas assumeret, quæ, uel Proteus ipse. Porro Mineriam è suo ipsius capite progeniuit, hanc planè sub ipso cerebro complexus. Nam Bacchum, ut aiunt, è matre etiam dum conflagrante surreptum, in suum femur illatum defodit, deinde urgente partu, excuit. Nec his dissimilia, de Iunone etiam canunt. Nempe hanc citra uirilem congressum, subuentaneo conceptu gravidam puerum edidisse Vulcanum, atque eum quidem non admodum fortunatum, uerum excussorem ac fabrum ararium, quiq; perpetuo tum in ignem tum in fumo uersetur, ac scintillis oppletum, quippe ca-

ius ars informacibus exerceatur. Tū autem ne pedibus
quidem integris, claudicare. n. è ruina, cū à Ioue præceptū
datus esset è cælo. Quod mi Lēnij pro sua bonitate eñ,
dum adhuc ferretur in aere, suscepissent, perierat nobis
Vulcanus, non aliter q̃ Astyanax è turri deiectus. Quā
quam q̃ de Vulcano narrant, toleranda uideātur. Cate
rum de Prometheus, cui non cognitum est, q̃ atrocia sit
passus, propterea qđ supra modum humanæ gentis as
mans fuerit. Siqđem hunc Iupiter in Scythiam depor
tatum, sup Caucasum montem cruci suffixit, adhibita il
li Aquila, q̃ lecur illius assidue circūderet. Hic itaq;
pœnas pendit. Porro Rheā (nam sunt hæc quoq; simul
referenda) an non indecore, atq; indigne faciūt? Tam
anus cum sit & ætate exacta, ijsq; rebus intempestiva,
deinde tam multorum mater deorum, dum pueros ad
huc adamat, eosq; Zelotypia prosequitur, dñq; Atten
ipsum leonibus secum circumuectat, p̃feram cum iam
utilis esse non queat. Itaq; quinam posthac uisio uertat
aliquis, uel Veneri, quod adulteretur, uel Dianæ, quod
ad Endymionem frequenter medio è cursu diuertēs de
scendat. Sed age missas faciamus has fabulas, atque ip
sum cælum conscendamus, poetico illo more subnolan
tes, ea nimirum uia, quam unam pariter cum Homer
ro Hesiodus commonstrat, contemplaturi queni in mo
dum singula apud illos sint ordinata. Ac primum qui
dam quod forinsecus sit ferreum, uel ab Homero, qui
id ante nostram ætatem dixit, audiuimus. Quod si sur
perans, ac sublato paulum capite sursum aspexeris, ac
plane in ipsum quasi dorsum peruenieris, ibi simul &

lumen apparet candidius, & serenior Sol, & astra fulgentiora, nihilq; usquam oculis occurrit nisi clarus dies, ac solum undiq; aureum. Caterum introgredienti primo loco mansitant horæ, quippe quæ portas seruant. Post eas Iris, ac Mercurius, utpote ministri Iouis, et interuentij. Deinde Vulcani fabrilis officina, omnigena referta artificio. Postea deorum ædes, ac Iouis ipsius regia, quæ quidem omnia Vulcanus pulcherrime fabricatus sit. At uero dii iuxta Iouem assidentes (conuenit enim opinor, ut in supernis illis sedibus magno strepitu, fastuq; uiuantur) in terram despicunt, & quoquo uersum intento capite, circumspectant, sicunde subuolant è ignem uideant, aut nidorem in æra surgentem, circaq; fumum rotantem sese. Quod si quis forte sacrum faciat, epulantur omnes fumo inhiantes, ac muscarum in motem sanguinem exuentes circum aras effusum. Alior qui si domi cibum capiant, nectare, atque ambrosia uielitant. Nam olim homines etiam ab illis in conuiuio sunt adhibiti, unaq; cum eis potarunt, nempe Ixion, ac Tantalus, uerum illi quoniam uim, & raptum pararent, essentq; fures, & garruli, ob id in hunc quoq; diem pœnas luunt. Porro reliquo mortalium generi cœlum iam inaccessum est, atq; occultum. Et in hunc quidem modum uiuitur à dijs. Proinde uidelicet, & iam mortales ipsi in colendis illis consimilia qdam, atq; istis consentanea moliuntur. Nam primò lucos illis attribuerunt, tum & montes dicarunt, p̄terea aues consecrarunt, deinde suam cuiq; arborem assignarunt. His factis, per regiones illos distributos colunt, eosq; uelut in ciuita

tem suam receperant. Nempe Apollinem Delphi, Delū/
q̄; Minervam Athenienses, quæ quidem Græcis Ather/
na dicta, vel ipso vocabulo se ei Reip. familiarem esse te/
statur. Argivi Iunonē, Mygdonij Rheā, Venerē Paphij.
Rursum autem Cretenses Ioueni affirmant non modum
xisse apud sese, nutritumq̄; fuisse, verum etiā sepulchrū
illius ostendunt. At nos scilicet interim tam multis iam
seculis fallimur. qui quidem opinemur Iouem tonare,
pluere, reliquaq̄; omnia peragere. Et illud nos latuit,
eum iam olim fuisse defunctum, & apud Cretenses se/
pultum. Deinde uero fanis in honorem illorum erectis
ne tectis uidelicet, aut penatibus careant, formas illo/
rum exprimiunt adhibito ad id uel Praxitele, uel Poly/
cleto, uel Phydia. At ij quidem artifices, haud scio ubi/
nam uisameorum effigiem representant. Ac Iouem qui/
dem barbatum fingunt, Apollinem uero semper puer/
rum. Mercurium iam pubescentem, primamq̄; du/
centem lanuginem. Neptunum nigro capillatio, cæsijs
oculis Minervam, Attamen qui templa ingrediuntur,
non iam arbitrantur sese uidere uel ebur ab Indis adue/
ctum uel è Thraciæ uenis effossum aurum, uerum ip/
sum Saturni, Rheaq̄; filium à Phydia in terram hospi/
tem adductum, iussimq̄; Pisanorum in solitudine custo/
dem, ac speculatorem assistere, idq̄; hoc contentum præ/
mio, boni consulentem si intra quinque perpetuos annos
dum Olympiæ celebrantur, interim obiter illi sacrificet
aliquis. Tum autem constitutis aris, designatis sacro/
rum septis, pueris nasus collocatis, uictimas offerunt, bo/
uem aratorem agricolæ, agnū opilio, capram capræ

rius. est q̄ thus, est q̄ placentulam offerat. At siq̄s pauper, is ita deo litat, ut dexteram dñtaxat illius ex osculetur. Iam uero cum immolant (nam ad illos redeo) primum fertis coronant pecudem, multoq̄; ante explorāt, num legitima sit, et sacris idonea, neq̄ forte mactent, ex ijs, q̄ religio repudiat, deinde ad aram applicāt, ac sub oculis dei ingulant. flebile q̄ddam emugientē, bene q̄; sicut licet conijcere, ominatum iamq̄; uoce submissio resonans, quod ad rem diuinam sit accommodatum.

Quis uero non facile coniectet gaudere deo; cū ista spectant? Quin ante sacrum denunciationem aiunt fieri, neq̄ intra pura uasa cōsistat, qui manibus sit impuris. Atq̄ sacrificus ipse, sanguine scedatus, neq̄ aliter quā Cyclops ille pecudem incidit, intestina educit, cor reuel lit, cruorem aræ circumfundit. Ecq̄ tandem nō obiens, peragensq̄; q̄d ad pietatem, sacrorumq̄; ritum p̄tineat? Post omnia denum, incenso igni, capram ipsa pariter cum pelle deportatam imponit, ipsam item cum lanis oueni. Nidor interim ille sacer atq̄; diuinus sursum fertur, atq̄; in ipsam usq̄; cœlum subuectus paulatim diffunditur. Iam uero Scythæ reliq̄s omnibus hostijs omis sis, ut quas uiles, atq̄; humiles existiment, ipsos homines mactant Artemidi, atq̄; eo ritu deam placant. Verum hac fortassis modesta uideantur, cūq̄; ijs ea, q̄ facilius Assyrj, q̄ Phryges, q̄ Lydi. Verum si in Aegyptū profiscaris, ibi denū, ibi uidebis p̄multa religiosa, planeq̄; cœlo digna. puta Iouem arietino uultu, Mercuriū illum optimū facie canina. Panem uero totum bircum. Ad hæc alium Ibim, alium Crocodilum aliū etiā Simi am. Quod si his quoq̄; de rebus.

Quo planè pernosse queas, didicisse libebit,
Complureis sophistas audies, tum scribas, ac prophetas
invento raso, qui tibi narrent. Sed prius (ut dici solet.)
Foras ab itote profani.

Queniammodum uidelicet quondam ea seditione territi,
quã mouerant hostes, atq; gigantes in Ægyptum deuenerint,
ut illic in posterum tuã ab hostibus latitarēt.
Et ob eam causam alius hircum induerit, alius arietē,
nimirum præ formidine, alius feram, alius auenī. Atq;
hinc esse, ut dii nunc etiã eas obtineant formas, quas
id temporis assumpserant. Nam hæc diligenter mandata
litteris, idq; ante annos plus decies nulle in adytis illo-
rum reposita seruātur. Porro factorum peragendorū
idem fermè apud illos ritus, nisi quod hostiã luctu prosequuntur,
iamq; mactatæ circumfusi membra laniant.
Sunt qui sepeliant dūtaxat, posteaquã occiderint. Nā
Apis ille, qui quidem deus apud illos est maximus, si
quando moriatur, quis usque adeo magni faciat Cæsari
em suam, qui non eam detondeat, ac nudo capite luctū
præ se ferat, etiã si uel purpureã nisi comam habuerit?
Est autem hic Apis deus ex armento iam ante a suffragiis
designatus, ut pote multo formosior, ac uenerabilior
reliquis illis priuatis, & gregariis bubus. Hæc igitur
cum sic habeant, & tamen à uulgo uera, seriaq; credantur,
mihi quidem postulare uidentur, non qui reprehendat,
sed uel Heraclyum potius aliquem, uel Democritum,
quorum hic auertentiam eorum rideat, ille deplorat
inscientiam.

LUCIANI CONVIVIUM, SEU
LAPITHÆ ERASMO IN
TERPRETE.

PHILON LUCIANVS.

Philon.

Quam quidam, & uariā uitæ faciem Lu
ciane, uariumq; ceterū nobis fuisse nar
rant sup cœnā apud Aristanetum, tum
philosophicas quasdā disceptatiōes ha
bitas, summamq; inter ipsos contentio
nem exortam fuisse. Quod uī inuentus est Charinus,
etiam ad uulnera usq; res processisse. Deniq; sanguine
conflictum fuisse diremptum. Lucia. Atqui undenā
Philon ista rescuit Charinus? neq; enim is nobiscū ad
erat in conuiuiō. Philon. E' Dionico medico aiebat
audisse sese. Porro Dionicus etiam ipse ē conuiuariū nu
mero fuit opinor. Lucia. Fuit maxime. Verum ne is
quidem ab initio rebus oib; fuit p̄sens, sed serius aduene
rat, media ferme pugna, pauloq; ante uulnera. Proinde
demiror, siquid conperī, cerā ne referre potuit, qui non
ordine spectarit illa, unde inter illos natalis, postea ad
sanguinem usq; deducta est. Philon. Verum hinc
adeo Luciane Charinus etiam ipse, si rem cōperāus uel
lem cognoscere, & quo singulamodo sint gesta, doceri,
te adire iussit. Nam Dionicum etiam ipsum fassum
fuisse, ne se quidem toti negotio præsenti adfuisse. Te
uero quicquid esset actum, id omne cōperto, certoq; sciri

re, tum etiam quæ dicta inter illos fuerint, munisse,
quippe qui eiusmodi non obiter, neque neglectim audire, sed
per omnem, atque attente auscultari solitus. Proinde nunquam
effugies, quin nos hoc suavissimo accipias epulo
quo mihi quidem haud scio, an ullum possit accidere
iucundius, praesertim, quod sobrii per omnem tutò, ac ci-
tra sanguinem, extraque teli (quod aiunt) iactum consti-
tuti, sumus epulaturi. Sive senes aliquid super cenam
sunt debacchati. Sive etiam iuvenes à mero compulsi sunt
quæ neutiquam fas erat tum dicere, tum facere. Luc-
ianus. Iuuenilis tu quidem Philon, atque inconsulta-
ris hæc nos iubes in vulgus efferre, eaque referre, quæ in-
ter pocula ab ebrijs sunt acta, cum hæc magis oporteat
oblivioni tradere, eaque omnia Baccho deo velut auctor
ri imputare, qui quidem haud scio, an quenquam suis
non afflatum orgijs, et Bacchanalium expertem præ-
terierit. Proinde uide ne hominis sit parum bene mora-
ti, eiusmodi admodum exquirere, quæ rectius erat in
convivio reliquisse, atque ita discedere. Siquidem odi (sic
ut inquit uersus poeticus) memorem compotorem. Ne
à Dionico quidem recte factum, qui hæc apud Charinam
effunduerit, immodicamque, et pridianam dissiparet
mulentiam hominum philosophorum. Ceterum ego
absit, ut istiusmodi quippiam sim dicturus. Philon.
Nugas agis Luciane, cum ista dicis. Quanquam haud
quaquam oportebat ad istum modum apud me præser-
tim agere, ut qui certo sciam, te multo cupidiorum esse
narrandi, quam ego sim audiendi. A deo ut mihi uidearis, si
desint, qui te audiant, uel ad columnam aliquam, aut
statuam libenter accessurus, quò cuncta pariter euomas,
quod

quod si nunc coner discedere, non fines, ni te prius audie-
 to, abire, verum ultro aderis, confectabere, rogabis. At
 tum ego te vicissim lusero. Iamq; adeo, si ita vis, abimus
 ex alio quopiam hac eadem audituri. Tu vero ne dica-
 to. Lucia. Age nequid succenseas. Equidem dicam,
 quandoquidem usque adeo cupidus es audiendi, verum
 heus ea lege, ne passim in vulgus efferas. Philon.
 Ni prorsus ignoro Lucianum, tute istuc potius feceris.
 Nam prior ipse denarrabis omnibus, ut me quidem ad
 id nihil futurum sit opus. Sed illud mihi primo respon-
 de loco. Aristanetus num filio Zenoni dabat uxorem,
 atq; ita in nuptiis eius nos accepit? Lucianus. Non,
 immo filiam suam elocavit Cleanthideni, idq; Eucriti
 numularij filio, qui philosophia dat operam. Philo.
 Formoso admodum per Iovem adolescentulo, tamen si te
 nero adhuc, & uxoria rei non admodum maturo. Lu-
 cianus. Verum, at non inveniebat alterum generum
 magis idoneum. Hunc igitur, qui tum modestus vide-
 retur, tum ad philosophia studium propensus, praeterea
 ante unicus Eucriti divitiis ex omnibus delegit filiae suae
 maritum. Philon. Causam neutiquam leuem dixi-
 sti, nempe quia dives sit Eucritus. Verum heus Lucian-
 ne, qui nam erant convivia? Lucianus. Reliquos il-
 los quorsum attinerit tibi recensere? Vex e philosopho-
 rum numero, ac litteratorum, quos potissimum opi-
 nor, audire cupis, Zenothemis erat, senex ille stoicus,
 unaq; cum hoc Diphilus, cui cognomen Labyrinthus,
 & hic quidem, quod esset Aristaneti filio praeceptor.
 Deinde Peripateticae factionis Cleodemus, nosti homi-
 nem, nempe dicacem illum, & argutum, atq; ad refel-

lendum instructum. Discipuli gladium, ac bipennem.
nominant. Quin & Hermion aderat Epicureus, uerum
huic, cum ingrederetur, Stoici toruis obtinebantur ocu-
lis, & auersabantur, palamq; perinde quasi Paricidam
quenipiam, atq; impium, ac finestum detestabantur.
Et hi quidem tanquam Aristaneni ipsius amici, familia-
resq; fuerant ad cenam uocati, quos comitabatur et Ister-
aeus grammaticus, & Dionysodorus rhetor. Iam uero
propter sponsum Cheream unam cum illo ad conuiuium
accesserant, Ion ille Platonicus, quod is iuueni preceptor
esset, uir uenerandus aspectu, ac maiestatis quiddam prae-
se ferens, multumq; dignitatis ipso ostendens ore. Vnde
nonnulli propter animi constantiam, ac rectitudinem
regulam illum appellant. Huic simul ut ingrediebatur
assurgebant omnes, ac uelut praecipuum quendam, ac
primarium hominem comiter, atq; officiose exceperunt,
adeo, ut planè nimen aliquod praesens esse uideretur,
cum adesset Ion admirandus ille. Tandem uero, cum
iam omnes ferme conuiuae praesentes eent, tempus erat,
ut discumberetur. Itaq; ad dextram ingressus totam illam
spondam mulieres (erant autem complures) occupa-
bant. Inter quas erat & sponsa, summo studio culta,
hinc atq; hinc stipata seminis. Porro ex aduerso ostij,
altera turba, pro cuiusq; dignitate locis distributis. Por-
rò è regione mulierum, primo loco accumbebat Eucry-
tus, secundo Aristanetus. Sub hac ambigi cœptum, utrū
altero priori oporteret accumbere Zenothemin ne
Stoicum, quippe senem, an Hermonem Epicureum.
(Nam hic erat Castoris, ac Pollucis sacerdos) uerum
eam basitationem sustulit Zenotemis, si me inquiens

Aristanete minoris ducis Hermone, viro videlicet isto, ut nequid aliud malidicam, Epicureo, discedo, totumque conuiuium vobis relinquo. Et puerum proinus aduocat, discedere parans. Tum Hermon. Immo habeto inquit, tibi priores partes Zenothemi. Quamquam etiam si nihil aliud uel hoc nomine mihi par erat concedi, quod sacerdos sim, ut planè contemnas Epicurum. Rideo inquit Zenothemis, sacerdotem Epicureum, simulque cum dicto accumbebat. Post hunc tamen Hermo. Deinde Cleodemus Peripateticus, ponè hunc Ion. proxime hunc sponsus, post eum ego, iuxta me Diphilus, huic assidebat Zenon discipulus. Postremo Rhetor Dionysodorus cum Istiae grammatico. Philon. Patre Luciane musarum conuentum quendam mihi narrasse istud conuiuium, quippe plurimis sapientibus, ac doctis uiris refectum. Ego uero laudo Aristanetum, qui, cum optatissimam illam, ac splendidissimam solennitatem celebraret, præ cæteris sapientissimos viros adhibere uoluerit, idque adeo delectis ex unaquaque philosophiæ secta præcipuis non hos aduocans, illos præteriens, uerum promiscue uocans omnes. Lucianus. Is uero nequaquam est è uulgarium istorum diuitum numero, uerum et litterarum est studiosus, ac maximam uitæ partem in his rebus uersatus est. Cærenabamus. igitur inuicem quidem taciti, et quiescentes, uariisque erat apparatus, et omniungus. Neque enim arbitror operæ pretium, ut numero recenscam etiam illa condimenta, cupedias, aromata, atque id genus illectamenta. Cuncta siquidem assatim suppeditabant. Inter hæc Cleodemus ad Ionis aurem ore, non uides inquit, senem il-

lum Xenotheniū dicebat (subauscultabam enim) ut
se obsonijs ingurgitat, utq; iure uestem oppleuit, tum
quā multa puero à tergo stant porrigit putans inter
rim se aliorum oculos fallere, neque quid se deceat me-
mor. Hæc igitur fac & Luciano commonstres, quo testis
esse possit. Mihi uero nihil Ione monstratore opus erat,
quippe qui hæc multo ante limis iam oculis prævide-
ram. Hæc simulatq; dixisset Cleodemus, irruit in con-
uiuium & Alcidas Cynicus, atq; is qdem inuoca-
tus uulgarum illud festiuitatis gratia præfatus de Mene-
lao, qui ultro ad fratris conuiuium accessisset. Itaque
plerisq; turpiter, atq; impudenter uisus est fecisse, & qd
cuiq; tum forte in mentem ueniebat, in eum torquebat
alius illud.

Infans Menelea. Alius rursus.

Verum Agamemnoniæ menti non ista placebant.

Ad hæc alia, quæ pro tempore falsæ, lepideq; dici pote-
rant, in eum obmurmurabant. Nam palam nullus au-
debat quicquam dicere, propterea quod mererent Alci-
damantem, utpote conuiuiatorem egregium, unumq;
è Cynicis omnibus clamorissimum. Quæ quidē re adeo
uisus est reliquis antecellere, ut nulli non esset formidan-
dus. At Aristænetus collaudatum illum, quod inuoca-
tus aduenisset, iussit accepta sella, iuxta Istiæm, ac Dior-
nysodorum accumberet. At ille Apage inquit, mulier
bre qddam, ac molle dicis, ut in scamno, aut sella sede-
am, quæ admodum facitis nos mollibus in stratis penè
supini recumbentes, purpura circumfulsi. Quin ego tibi
uel stans cœnauero in ipso interim conuiuio et obambu-
lans. Quod si defatigatus fuero, tū humi substrato pallio

cubito innixus cubuero, qualem uidelicet Hercule pī-
 gnit. Ita fiat inquit Aristænetus, siqdē istuc manus. Sub
 hac Alcidas in orbem conuiuii lustrans, cœnabat,
 Scytharum ritu, ad uberiora pascua subinde sese trans-
 ferens, unaq; cum ijs, qui inferebant edulia, circūiens,
 atq; obambulans. Atq; interim tamen, dum cibum ca-
 peret, haudquaquam negotio uacabat, de uirtute obiter
 de uino differens, tum in aurum atq; argentum dictæ-
 ria iaculans, iamq; Aristænetum percunctabatur, qd
 nam sibi uellent tam multa, tam magna pocula, cū nō
 minus usui possent esse fictilia. Verum Aristænetus iam
 oburbantem, molestumq; esse pergentem, in p̄sens qui-
 dem compescuit, nūnistro innuens, ut in gentem calicē,
 infuso meracissimo uino, illi porrigeret. Ac sibi qdem uī-
 sus est rem uāilissimam fecisse, nō dum etiam intelligēs,
 quātorum malorum is calix esset author futurus. Hūc
 igitur ut accepisset Alcidas, aliquantisper silentium
 agebat, ac solo sternens sese cubabat seminudus, quē ad-
 modum facturum sese fuerat pollicitus cubito humi fir-
 xo innitens, simulq; dextra Scyphum sustinens, qualē
 Hercule apud Pholūm pīctores effingunt. Iam uero
 & inter alios calix assidue circūagebatur, tum inuita
 tūcula ad bibendū, & confabulationes ortæ, demū
 & lucernæ illatæ. Interim ego cū puerū, q iuxta Cleo-
 demum adstabat (erat autē is pocillator egregie formo-
 sus) subridētē uidissem (nam arbitror, qcqd obiter iter
 cœnandū obligit, cōmemorari oportere, maxime, siquid
 sit elegātiūs, ac scite factū) iam admodum attentus ob-
 seruare cœpi, qd nam reirideret. Ac paulo post, accede-
 bat puer, tanq̃ calicē à Cleodemō recepturus. At ille fir-

mul & dig̃itum illius substringebat, et drachmas duas
unā cū calice tradebat. Porro puer, ad substrictū dig̃itū
transus aridebat. Caterū, de pecunia, cū nō sensisset opi
nor, eoq; non reciperet, in terrā delapsis drachmis, stre
pitus est cōcitatus, mox ambo pariter rubore suffunder
bantur, idq; ita palām, ut nemo non animaduertēret.
Ambigebatur igitur inter eos, q proxime sedebāt, cuius
nā essent illi numi, cū & puer negaret à se proiectos, et
Cleodemus itē, iuxta quem strepitus acciderat sibi exā
disse dissimularet. Verū ea res tum neglecta est, ac con
nienter omīssa, propterea qd id, quod acciderat, nō ita
multi uidissent, p̃ter unū (ut mihi qdē n̄sum est) Aris
tanetum. Nam is paulo post puerum loco mouit, clan
culum ablegans, & alij cuidam innuit, ut Cleodemo
pocillator assisteret. uidelicet ex exoletis illis, ac robu
stis milioni, aut eqsoni auipiam. Ad hūc modū ea res
utrinq; abiit. Summum alioqui illatura pudorē Cleo
demo, si qdē ad omnes permanasset, ac non protinus oc
cupans Aristanetuseam sepelisset, petulantiam cūiliter
commodeq; ferens. Caterum Alcidas (iam enim po
tus erat) p̃contatus, quodnam esset nomen puellae uir
benti, tum clara uoce indicto silentio, simul & ad fēmi
nas conuerso uultu, præbibo inquit, tibi Cleantē, Hercu
le duce, atq; auspice. Sub hac cum risissent omnes, Ri
detis inquit, sacrilegi, quod sponsæ Herculis dei mei no
mine propinauerim. Immo illud scito opus est, ni scy
phum à me traditum accipiat, nunquam futurum, ut
illi filius obtingat talis, qualis ego sum, uirtute interritus
animo liber, tum corpore adeo robusto. simulq; cum di
cto sese magis etiam renudabat, etiam usq; ad illa, quæ

sunt maxime pudenda. Ad ea cum iterum arrisissent con-
uiuia, indignatus ille surrexit, toruis iam, atque efferatis
obtuens oculis, uulnūque ipso testans iam neque pacem, ne-
que quietem acturum amplius. Quin ilico baculum illi
fisset alicui, nisi commodum id temporis placenta prae-
grandis fuisset illata. Nam hanc simulatque conspexit, le-
nior, ac minor esse coepit, ac stomachari desijt, obambu-
lans interim, ac placentam auide uorans. Iam uero ple-
rique temulentū esse coeperant, et clamoribus undique per-
strepebat conuiuium. Nam et Dionysodorus rhetorem
illic agens, orationes quasdam pronuntiabat, laudaba-
turque a ministris, qui a tergo assistebant. Et Isthicus gram-
maticus uicissim, qui post illum accumbebat, uersum cen-
tones quosdam recitabat Pindari, Hesiodi, et Anacre-
ontis carmina simul contexens, atque confarcinans ita, ut
ex omnibus unicam redderet canēlenam, oppidō quā
ridiculā, In primis autem illa, perinde quasi nācinans
de ijs, quae postea acciderunt.

Commisere simul clypeos.

Тум illud quoque.

Тум uero clamorque uirum, luctusque coortus.

At uero Zenothemis, libellulum queniāpiam minutis
conscriptum litterulis, a puero acceptum legebat. Verū
cum ij, quorum partes erant edulia inferre, aliquan-
tisper, ita ut solent, cessarent, morarenturque, Aristane-
tus, sedulo curans, ne uel id interea temporis, aut ocio-
sum esset, aut uoluptatis expers, accersitum intro mor-
tionem, iussit ridiculum aliquid uel dicere uel facere, quo
magis etiam exhilararentur cōuiuia. Moxque ingressus de for-
mis quidam, de raso capite, pauculos capillos in uernice ge-
stans, eosque cristae in morem erectos, hic saltabat, atque

inter saltandum quo maiorem concitaret risum, rotata
se se circumagebat, distorquebatq; . Tum cymbalo concus-
so, sonabat interim quiddam imitans Aegyptiorum, po-
stremo differia quaedam iaculabatur in eos qui aderat
Ac reliqui scommate tacti ridebant. Verum ubi & in
Alcidamantem simile quiddam torsisset, casulum illū
in delitijs habendum appellans, indignatus ille (iā du-
rum autem prae se ferebat, quod inuideret illi, dū pro-
baretur, ac conuiuiarum oculos retineret) abiecto pallio
ut secum luctaretur, provocauit. Quod ni faceret, hunc
inquit baculum tibi impingam. Atq; ita miser ille Saty-
rion (nam id erat Morioni nomen) congressus cum eo,
pancratio decertabat. Erat id spectaculi, multo iocun-
dissimum, quippe cum uiderent hominem philosophum
cum Morione compositum, cum ferire, tum uicissim fe-
riri. Proinde q; aderant parū tacti gaudebant, parū
ridebant, donec iam ictus Alcidamas, pugnam detre-
ctaret ab hominione omnium plausu comprobato cer-
tamine superatus. Hac igitur cum essent non mediocri
risu excepta, ibi tandem ingressus & Dionicus inedi-
cus haud multo post pactam concertationē. Aiebat autē
in mora fuisse, Polyprepum tibi canē, dū hunc phrenesi
corruptū curandi gratia uiseret. Ac planē quiddam risu
dignum, commemorabat. Dicebat. n. in ades illius ue-
nisse sese ignarum etiam hominem iam eo morbo tene-
ri. At illum proñus surrexisse, foribusq; occlusis, ac nu-
dato gladio, tibi ipsas sibi tradidisse, ijsq; nū caneret
iussisse. Deinde ubi id nō posset, illū percussisse, scutū subla-
ta manu gestantem. Sese porro in tanto piculo tale qd-
am fuisse cōmentum. Nempe ad canendi certamē pro-

uocasse hominem, idq; ea lege ut uictus p̄scriptū, certū
q; plagarum numerum acciperet. Ac sese priorem cecī-
nisse, prae, atq; imperite, deinde traditis illis ūbijs, sci-
tum ab illo recepisse, gladiū autē ex templo p̄ fenestras
in aream abiecisse. Dein cum minore iam discrimine
cum illo luctaretur, auxilio aduocasse uicinos. Eos tenu-
isse belluam, atq; ita illorum opera seruatum sese. osten-
debat autem & plagarum uestigia quaedam, nonnul-
laq; in facie tubera liuentia. Ergo cum Dionicus ob hu-
iusmodi fabulam non minus placuisset, quā Morio ip-
se, proxime Istiaem reclinans sese, de reliquijs cœnabat,
atque hic quidem haud absq; numine quodam nobis
aduenerat, immo prorsum usui futurus ad ea, quae po-
stea contigerunt. Nam prodians in medium conuiuium
puer quidam, qui se ab Etæmocle Stoico uenire diceret
epistoliū quoddam adferens, aiebat ab hero sibi man-
datum, ut eo palam omnibus audientibus perlecto, rur-
sus domum sese reciperet. Hic igitur permittente Aristæ-
neto admotus ad lucernam legebat. Philon. Num
orationem Luciane in sponsae laudem compositam aut
carmen nuptiale, quod genus p̄multa faciunt. Lucia.

Quin nos quoq; istiusmodi quiddam facere consueui-
mus. Verum nihil his rebus simile, siquidem in litteris
ita scriptum erat.

Etæmocles philosophus Aristaneto. Quam non mouer-
ar conuiuijs omnis antea cta uita mea fuerit testis. Qui
quidem cum quotidie mihi complures ea causa molesti
sint, te multo ditiores, tamen haud unquam adduci qui-
uerim, ut illuc me conferrent, ac cœnis me dederent per-
pendens, nimirum, quantum sit in eiusmodi compotas

201
nonibus tumultus, quantum licentia, petulantiaq; ue-
rum aduersus unum te mihi uideor meo iure stomacha-
urus, qui, cum tantum temporis à me officiosissime cul-
tus, & obseruatus, tamen indignum habueris, quē uel
inter reliquos amicos tuos numerares, sed solum ex om-
nibus praterieris, quodq; cum uicinus essem, proinde
tua causa magis discrucior, qui quidē te tam ingratum
prabueris. Nam ipse felicitatem nequaquam in hoc sta-
tio, si quis mihi imperat uel sueni syluestrem, uel lepo-
rem, uel placentam, quæ mihi affatim contingunt apud
alios, qui quid cuiq; competat. norunt. Quandoq; deni-
etiam hodie cum apud discipulum Pammaneni cœna-
re mihi licuerit, opiperam (ut uocant) cœnam, non an-
nui tamen uehementer obsecrant, tibi scilicet demens
ego meimetipsum reseruans, At tu nobis prateritis, alios
accipis conuiuium. Idq; merito facis. Neq; enim illo mo-
do potes, quid sit rectius dignoscere, nec apprehensam
illam phantasiā habes. Caterum haud sum nescius,
unde mihi ista sint profecta, nempe ab egregijs istis
philosophis tuis Zenothemide, ac Labyrintho. Qui-
bus equidem (absit inuidia dicto) uel unico syllogismo
mihi uideor os proñus obturare posse. Alioqui respon-
deat istorum aliquis, quid sit philosophia, aut hæc, quæ
inter elementa traduntur, quid habitio differat ab habi-
tu, ut nequid interim de pplexis illis rogañonibus pro-
ponam, quid sit syllogismus cornutus, quid acernalis,
quid metuens, Verum tu quidem istis fruaris licet.
Nam ego, qui solum in bonis ducam, quod sit hone-
stum, facile tulerō contumeliā. Atqui ne possis post
hæc ad istam excusationem confugere, ut dicas te mei

oblitum fuisse, nimirum in tanto rerum strepitu, tan-
tisq; occupationibus, bis te hodie sum allocutus, pri-
mum mane domitiae, deinde rursus in Castoris, ac
Pollucis templo, rem divinam facientem. Ac his quidem
de rebus haec responderim. Quod si tibi videre cœnæ gra-
tia succensere, quid Oeneo acciderit cogitato. Videbis
nimirum ipsam etiam Dianam indignantem, quod
ille se solam non adhibuerit ad sacrificium, cū reliquos
deos omnes acciperet convivio. Nam hac de re sic ali-
cubi meminit Homerus.

Sen quia non norat, seu non succurrerat illi.

At dedit ingentes animi socordia clades.

Item Euripides.

Calydon quidem hac pelopeij regio soli,
Qua parte sævum spectat adversa fretum
Agros habens tum dixites, tum fertiles.

Rursus Sophocles.

Immanis apri, triste monstrum, in Oenei

Immisit agros gnata Latonæ dea

Docta enim missis ferire spiculis.

Hæc tibi è plurimis pauca proposuerim, ut intelligeres
cuiusmodi præterito viro, Diphilum ad cœnam adhibe-
as, cui & ipsi filium commiseris tuum. Idq; recte, Est
enim iucundus adolescens, & ita cum eo vivit, ut place-
at, atq; obsequatur, atq; adeo mihi turpe dictum fuerat
addidissim & aliud quiddam. Quod quidem, si li-
bebit, è Zopyro eius pedagogo verum esse cognosces.
Verum non convenit obturbare in nuptiis, neq; accusa-
re quenq;, præsertim criminibus usque adeo scædis, ac
pudendis. Tamen si Diphilus dignus, in quem id facer

rem, quippe qui duos iam discipulos à me traxerit, ego
tamen ipsius philosophiæ causa reticebo. Porro famulo
huic mandavi, ut siquam ipsi partem dare velles vel æ
pri, vel cerui, vel placentæ mihi deportandam, ut isto
pacto te mihi de cœna purgares, ne reciperet, ne ad hoc
ipsum à nobis missus fuisse videatur. Hæc amice cum le
gerentur, sudor interim undiq; mihi manabat præ pu
dore, simulq; iam illud, quod vulgo dici solitum est, op
tabam, ut terra mihi dehisceret, cum uiderem eos, qui
præsentes aderant, ad singulas epistolæ partes inter se
ridentes, potissimum autem hos, qui noverant Etæmoc
lem virum canum, quiq; tantum severitatis, ac mode
stiæ præ se ferat. Admirabantur igitur quod eiusmodi
vir esset, hætenus fugisse sese, barba videlicet, ac vultus
austeritate deceptos. Ceterum Aristænetus mihi quiden
baud videbatur hominem contempti, negligentia ne p
terisset, verum quod desperasset, si fuisset invitatus, un
quam adduci posse, ut annueret, utq; ad eiusmodi res se
morigerum præberet. Eoq; ne tentandum quidem esse
putasse. Ergo posteaquam puer iam legere desisset, uni
versum convivium in Diphilum, ac Zenonem torque
bant oculos, quod hi iam mentis trepidi sederent, ac pal
lidi, ipsaq; vultus inconstantia, ac perplexitate, crimen
agnoscentes, ab Etæmocle intentum. Porro Aristæne
tus, quanquam esset sanè perturbatus, vehementerq; con
sternatus animo, tamen nos iubebat bibere, conans nimis
humid, quod euenerat, commode uertere, subridens in
terim, ac puerum redire iussit, respondens, ea sibi curæ
fore. paulo autem post, surgens & Zeno clanculum se
se subduxit è convivio, submonitus à paedagogo, ut disce

deret innuere, idq; tanquam patris iussu. Ibi uero Cleodemus, qui iandudum occasionem quaeritabat. Nam gestiebat omnino cum stoicis conflictari, uerum dirimpebatur, quod non reperiret causam ad id satis idoneam tum igitur, ansam praebeante epistola, Huiusmodi inquit facit egregius ille Chrysippus, & Zenon ille mirabilis, neque non Cleanthes, uerbula misera, neque quicquam praeinterrogantiumculas, & umbras duntaxat philosophorum. Ceterum Etæmocles sunt quàm plurimi ut uidetis, quàm sine seniles epistolae scilicet postremo Aristenetus hic Oeneus est. Etæmocles Diana. Dij boni, quàm bene auspiciata omnia, quàmq; congrua celebranda festiuitatè. Ita per Ionem inquit Hermon supra hunc accumbens, inaudierat autem, ut opinor, aprium quendam Aristeneto paratum, ut in conuiuium proponeretur eoque putabat non intempestiue factam mentionem apri illius Calydonij, per lares Aristanete fac quàm primum sacri partem mittas, ne senex interim ille fame pereat, tanquam Meleager tabefactus. Tamen si nihil queat acerbum accidere, quandoquidem Chrysippus hac indifferentia censet esse, Itane uos Chrysippum nominatis inquit Zenotheniis? erigens sese, maximaq; uoce intonans, aut ex uno homine, qui non legitime philosophiam exerceat, nempe praestigiatore isto Etæmocle Cleanthem, ac Zenonem inestimabili uiros sapientes? Atqui tandem estis ipsi uos, qui hac dicatis, an non tu Hermon Castoris, & Pollucis caesariem, quam habebant auream circumtondisti? Cuius quidem facti poenam dabis carnisici traditus. Tu porro Cleodeme, non ne Sofstran discipuli tui uxorem stuprast? Non ne in adulterio eo des

prehensus nefandissima passus es? An non igitur silebitis, cum huiusmodi dedecorum nobis sitis conscij? At qui non sum mea ipsius uxoris leno, Cleodemus inquit, quemadmodum tu, neq; discipuli diuersantis apud me inanicum sustuli, eoq; facto rapuisse me per caniciem deriderans abnegavi, neq; quaternis drachmis scæuro, neq; discipulos obtorto collo in uincula duco, nisi in tempore mercedem perscluerint. Verum illud inquit Zenothemis, haudquaquam possis inficias ire, te Critoni uenerum, quo patrem necaret, ministrasse. Hac cum diceret forte bibebat, quicquid autem erat in calice reliquum (erat autem ferme semiplenus) in duos illos profunderbat. Porro conspersus est pariter & Ion, idq; premij tulit, quod illis uicinus accumberet, alioqui eo malo non indignus. Hermon igitur demisso uertice merum è capite depluebat, eos interim, qui præsentes erant, attestans, qd id genus contumelijs esset affectus. Cleodemus autem cum non haberet calicem, inuadens primum conspuebat Zenothemidi, deinde laua comprehensum à barba, plagam in tempus erat illisus, ac senem fortasse necasset, ni Aristanetus dextram sublatam retinisset. Is innox trāscēsc Zenothemide, iter utrūq; in medius assedit, ut eo uelut muro diremptā, pacem inter ipsos agerent. Hac igitur dum gerebantur Philon, eadem uaria meo cum animo uoluebā. Primum illud statim occorrebat, nullum esse operæptum, siq; disciplinas p̄discat, ni simul & uitæ rationes, ad id, qd est op̄imum, accommodet, atq; componat, cum uiderem illos, qui uerbis alios antecellerent, q̄ factis ipsis sese ridiculos exhiberent. Deinde & illud ueniebat in mentē, ne forte uerum esset,

quod vulgo plerique dictarent, videlicet eruditione à recta ratione, bonisque institutis abducere istos, qui solos libros spectarent, quique solitudine, curaque, quam illi adferrent, perpetuo tenerentur. Quandoquidem cum ibi tam multi praesentes essent philosophi, ne casu quidem ullum erat cernere à peccando immuni. Verum alij faciebant turpia, alij dicebant turpiora. Neque enim iam poterant eorum, quae fiebant, culpam vino auctori imputare, necum reputans, cuiusmodi essent, quae Etæmocles neque cibo, neque potu etiam dum gustato scripserat. Itaque rerum vices praeposteræ, atque inuersæ videbantur, siquidem vidisses idiotas illos, summas, cum modestia conuiuium agitantes, neque vino perulantes, neque indecore sese gerentes. At ridebant duntaxat, et iam damnabant eos opinor, quos dudum suspexerant, ex habitu iudicantes eos alicuius esse pretij. Contra sapientes illi, et in libidine ferebantur, et conuiuijs certabant, et supra modum sese potu, cibisque explebant, postremo uociferabantur, et ad manus usque conferendas rapiebantur. Ceterum admirandus ille Alcidas etiam meiebat sub oculis omnium, nihil reueritus scæminas. Ac mihi quidem, si quis hæc, quæ in eo conuiuium gerebantur, rectissime uolisset conferre, simillima videbantur ijs, quæ de Eride dea poeta fabulantur. Nempe hanc, quod non esset ad Pelei nuptias aduocata, malum in medium conuiuium abieciisse, ex quo tam ingens apud Troiam bellum fuerit ortum. Idem Etæmocles mihi uisus est, epistola illa, quasi malo quopiam in medium proiecta, non minus malorum, quam Ilias habeat, excitaesse. Neque enim finem contentionis faciebant Zenothemis, ac Cleodemus, quam

in mediis inter utrumq; intercesserat Aristanetus. Age inquit Cleodemus, in praesentiarum quidem sat est, si literas nescire convincamini, sed crastino die vos ulciscar quibus conveniet modis. Responde mihi Zenothemi, vel tu, vel elegantissimus iste Diphilus, quatenus gratia pecuniae possessionem inter indifferentia ponendam esse censes, nisi quod ex omnibus nil aliud spectatis quam ut ipsi quamplurimum pecuniae possideatis? Atque ob id causa, semper apud divites haeritis, sceneratis, atque usuris incumbitis, neque non mercede docetis. Rursum cum voluptatem detestamini, atque hac de causa Epicureos in ius vocetis, cum ipsi voluptatis gratia, turpissima, tum facitis, tum patimini indigne ferentes, si quis vos non vocarit ad cenam, rursum si vocemini, non sat est tantum vocare, ut cibo turgeatis, nisi et famulis tantum donetis. Atque haec cum diceret, pariter et linteaminem vellere conatus est, quod Zenothemidis puer tenebat, omni carnium genere refectum, planeque futurum erat, ut apertum illud, ac solutum medium in solum abijceret, nisi quia puer omittebat e manibus graviter aduersus trahentem retinens. Hic Hermon, Euge Cleodeme, respondeant qua gratia damnent voluptatem, cum ipsi supra ceteros omnes studeant voluptati? Quin magis inquit Zenothemis, tu Cleodeme respondeo, quamobrem divitias inter indifferentia numeres. Immo tu potius, atque hunc admodum diutius est altercatum, donec Ion capite tandem in apertum prolato, desistite inquit. Ego, si libet, sermonum argumenta proponam in medium convivio, nuptijsque digna. Vos porro citra contumaciam micissim et dicite, et auscultate, quemadmodum et apud

Et apud Platonem nostrum alternis dicendi vicibus res ut plurimum agitantur. Id dictum probabant cum oēs, qui aderant, tum in primis Aristaneus, atque Eucritus, nimirum in spe erecti fore, ut eo pacto ab odiosis illis contentionibus discedi posset. Et Aristaneus prior rem in locum sese recepit, iam partam esse pacem ratus. Iamq; nobis inferebatur ea conuiuij pars, quā secundas mensas uocant singulae singulis cines, carnes apruigna, pulpa leporina, piscis Tagenicus, placenta, breuiter illa quaecūq; liber est seu uelis in alium condere, seu domum asportare malis. Apponebatur igitur non suacuiq; quadrula, uerum Aristaneto, atq; Eucrito eadem in parte inensa, una ambobus communis, ita ut de sua utriq; parte, quae se spectaret, esset edendum, aut tollendum. Deinde altera Zenothemidi Stoico, Et Hermoni Epicureo, Et his item inter ipsos communis. Deinceps Cleodemo, atq; Ioni. Post hos sponso, ac mihi. Porro Diphi duo rum pars apposita, propterea quod Zeno iam discesserat. Hac facto Philon, uti memoria teneas, nam paulo post, ad intellectum narrationis erunt usui. Philon. Meminero. Lucia. Tum Ion, primus igitur exordiar inquit, siquidem uideatur. Deinde ubi paulisper intersiluisse, Conueniebat inquit fortassis, ut apud eiusmodi uiros de Ideis, atq; incorporeis substantijs, deq; animi immortalitate sermo haberetur, uerum ne mihi contradicant ij, qui diuersam philosophiae sectam sequuntur, de nuptijs dicam ea, quae congruunt. Atque illud quidem optimum fuerat futurum, si nuptijs opus non haberemus, sed Platonis, ac Socratis dogma secuti à feminarum commercio nos penitus abdicaremus. Etenim

qui ita fecissent, ij demum ad absolutam illam virtutē
perungere possent. Quod si uiris omnino ducenda sint
uxores, ut eas iuxta Platoniam sententiam inter com-
munes habeant, uidelicet, quo Zelotypia uacemus. Hæc
cum essent risu excepta, ut quæ nimis intempestiue dice-
rentur, Tum Dionysodorus non tu desines inquit, barba-
rica ista nobis occinere? Nam ubi Zelotypiam istam res-
perias, aut apud quem? At tu etiam hiscere audes in-
quit, sterquilinum? Ad hæc Dionysodorus iam erat con-
uicta, quæ cōueniebat, re gesturus, uerum grammaticus
Isticus uir optimus ille, Desinite inquit. Ego uobis epis-
talamion recitabo, simulq; cœpit legere. Erant autē ele-
giaci uersus hi, si satis memini.

Nuper Aristaneni in adibus unica summo
Nutrita est studio diua Cleanthia hera.
Virginibus cunctis reliquis præstantior una,
Vel potior Phœbe, uel potior Venere:
Salue & tu inueniunt ualidissime sponse ualentum,
Nereo prior, ac fortior Eacida.
At rursum uobis hoc carmen sæpius olim
Commune ambobus coniugiale canam.

Hæc ita, ut est consentaneum, risus est consecutus. Reli-
quum erat, ut cibi tollerentur. Iamq; tollebant Aristane-
tus, atq; Eucritus ex ijs, quæ sibi fuerant proposita, suā
utrq; partē. Tum ego quæ mihi, & Chereas item quæ
sibi erant proposita. Eundem ad modum Ion, & Cleo-
demus. Porro Diphilus etiam Zenonis digressi partem
tollere parabat, affirmās uni sibi ea fuisse proposita, atq;
hac de causa cum ministris dimicabat, ac uicissim iter
se se trahabant manibus utrinq; in aures iniectis, non

aliter q̄ Patrocli cadaver hinc, atq; hinc attrahere con-
nantes. Postremo iacit ille, atq; abstulit, plurimum inter-
rim risum præbens conviviis. Maxime cum eam ob rē
postea graviter stomacharetur, perinde quasi atroci affe-
ctus iniuria. Iam vero Zenothemis, atq; Hermon, qui
pariter, ut dictum est, accumbebant, alter superius, pu-
ta Zenothemis, alter infra hunc, reliqua quidem, quor-
um equalia fuerant apposita, citra pugnam sustuler-
ant. Cæterum avis, quæ iacebat ad Hermonis parie-
tem, erat altera paulo pinguior, idque ita casu evenie-
rat, opinor, ianque suam uterque sublaturus erat. Ibi
Zenothemis (sed tu mihi nunc quam maxime fac ani-
mum advertas, iam enim ad ipsum negotij caput per-
uenimus) Zenothemis inquam, omissa ea, quæ sese spe-
ctabat, eam, quæ ante Hermonem iacebat, tollere est ag-
gressus, quæ quidem (ut iam diximus) erat pinguius-
cula. At ille contra nitens retinebat, hand sinens, ut ea
in re potiores ferret. Inter hæc clamore coorto, utrique
in alterum irruentes ipsis avibus facies nimio cader-
bant, ac barbis invicem prehensis, auxilio aduoca-
bant, hic quidem Cleodemon, puta Hermon, ille ve-
ro, nempe Zenothemis, Alcides, ac Diphilum.
At cæteri quidem ad partes accesserunt, partim huius,
partem illius, præter unum Ionem, qui sese neutrum,
atque ancipitem servabat. Cæterum illi invicem con-
ferri pugnabant, ac Zenothemis quidem Scyphum e
mensa sublatum, eum, qui coram Aristaneto sta-
bat, abiecit in Hermonem. Atque hunc hand trahit,
aliò sed flexus aberrat. Verum sponsi caput dissecut

alto, gravissimóque vulnere, itaque mulierum coorta
vociferatio, quæ inedium in prælium insiliebant, cum
primis autem adolescentuli mater, cum iam sanguinē
eius aspexisset, præterea & sponsa metu territa, sese su-
per illum iniecit. Inter hæc Alcidas strenuum virū
præstitit, cum Zenothemidi ferret, opem, & illiso bacu-
lo, Cleodemi quidem calvariam Hermonis vero maxil-
lam comminuit, ad hæc è fanulis aliquot opitulari pa-
rantes, vulneravit. Quanquam illi nihil his rebus terri-
tū cesserunt. Verum Cleodemi intentato digito, 'Zeno-
themidi oculum effodit, tum admotus narem mordir-
e ausus. Porro Hermon Diphilum Zenothemidi sup-
petias ferre conatum, è sponda in terram præcipitem de-
dit. Sanciatu est & Isthæus grammaticus, dum inter-
ventu suo eos studet dirimere, calce videlicet in dentes il-
lius illiso, idq; à Cleodemo, cum hunc Diphilum esse
credidisset, non Isthæum. Iacebat igitur miser ille, iuxta
suum ipsius Homerum.

Purpureum vomitum proiecans, ore cruoreni.

Præterea tumultus, atq; lachrymarum plena undique
erant omnia, dum & mulieres eiularent Chereæ spon-
so circumfusa, dumq; alij, has student compescere. Por-
rò maxima malorum omnium pars erat Alcidas,
postquam semel pro sua virili irruisset, feriens quicun-
que forte in ipsum incidisset. Neq; vero pauci in eo præ-
lio occidissent, scito, ni baculum is fregisset. Ego porro
iuxta parietem erectus assistens, spectabam omnia, ne-
que me ei negotio admiscebam, nimirum Isthæi iam do-
ctus exemplo, quàm esset periculosum eiusmodi confli-

Et us uelle dirimere. Lapithas itaq; centaurosq; uidisset, euerà inensas, effundi sanguinem, proijci Scyphos. Deum Alcidas subuersa lucerna magnas induxit tenebras. Iamq; res, ut est coniectu facile, atrocior etiam multo esse coepit, presertim cum haud esset proclive, luminis copiam alicunde recuperare, sed multa interim, ac saeva parata sunt in tenebris, post ubi accederet nescio quis lucernam tandem adportans, Alcidas qui denique repertus est, sibi cinæ uestem sustollens, uiq; cum illa congregi pugnans, Dionysodorus autem in alio quodam ridiculo facinore deprehensus est, iam ut surrexerat, scyphus è sinu illius elapsus, in solum decidit. Id ita factum, Ion admodum solícite quasi patronum agens assueverat. His rebus dimissum est conuiuium, à lachrymis de nouo in ridiculum exitum conuersum, idq; Alcidas tantis, Dionysodori, atq; Ionis gratia. Porro qui erant sarcinij, sublatis sarcinæ rini, foras deportabantur miseris affecti modis, maxime senex ille Zenothenis pariter tum oculo, tum nare mutilatus, enecari se præ cruciatibus clamitans. Adeo ut Hermon, quanquam ne ipse quidem ex pers malorum (nam huic duo dentes fuerant excussi) palam attestaretur. Memineris inquit o Zenothenis, ne posthac dolorem in medijs habendum ducas. At sponsus iam uulnere à Dionico curato, domum reuersus est fascijs reuincto capite, eidem impositus uehiculo, quo sponsam fuerat abducturus. Atq; ita miser ille nuptias acerbis celebrarat. Deinde & alijs item Dionicus profua uirili remedium adhibuerat. Postremo cubantes asportati sunt, pleriq; medijs in uis uolentes. Caterum

*Alcidamas inibi remanebat. Neq; enim ualebant homi-
nem extrudere, posteaquam semel sese in sponsam abie-
cerat, atque ibi transuersus accubisset. Hic erat ò bone
Philon eius exitus conuiuij, de quo rectissime illud dici
possit, quod in fine Tragædiarum frequens est.*

Sunt Fortunæuarij casus.

Plurima quæ hanc spreueris unquam.

Ea conficiunt numina diuum.

Rursum quæ certo speraris

Ea frustrato non contingunt.

*Siquidem & hæc planè præter expectationem, atque in-
opinato exierunt. Præterea & illud iam didici, non
esse tuum, cui non sit opus, cum eiusmodi philosophis
agitare conuiuium.*

ORNATISSIMO. DOCTISSIMOQVE
VIRO MAGISTRO RVTHALO
REGIO APVD ANGLOS SE
CRETARIO THOMAS
MORV S. S. P. D.

I quisquam fuit unquā vir doctissime,
qui Horatianum p̄ceptum impleuerit,
s uoluptatemq; cum utilitate coniunxe-
rit, hoc ego certe Lucianum in primis
puto p̄stisſe. Qui & superciliosis abſte-
nens philoſophorum p̄ceptis, & ſolutoribus poeta-
rum luſibus, honeſtiſſimis ſimul & facetiſſimis ſalibus
mīa ubiq; notat, atq; inſectatur mortaliū. Idq; facit
tam ſcite, tantaq; cum ſrige, ut cum nemo aliū pun-
gat, nemo tamen ſit, q nō æquo animo illius aculeos ad-
mittat. Quod cum nunquam non egregie faciat, feciſſe
tamen mihi ſingulari quodam modo uidentur in tribus
his dialogis, quos ob idipſum ē tanto feſtiniſſimorum
numero poſſimum delegi, quos uerterem, alijs tamen
alios fortaſſe longe p̄laturis. Nam ut ē uirginibus non
eādē omnes, ſed alius aliā pro ſuo cuiuſq; animo p̄æ-
fert, deamatq; non quam p̄cipuam nro poſſit aſſe-
rere, ſed q ſibi uidentur, ita ut lepidiſſimis Luciani dia-
logis, alius aliū p̄optate, mihi certe iſti p̄cipue placue-
runt, neq; tenere tamen (ut ſpero) neq; ſoli. Nā ut à bre-
uiſſimo incipiam, qui Cynicus inſcribitur, quiq; poſſe
uideatur ipſa breuitate contemni, niſi nos Horatius ad-
moneret, ſæpe etiā in exiguo corpore uires eſſe p̄æ-
ſtantiōres, ipſiq; minimas etiā gemmas eſſe uideremus

in precio. In eius ergo delectu, honorifico calculo mecum suffragatus est diuus Ioannes Chrysostomus uir acerrimi iudicii, doctus ferme omnium Christianissimus et christianorum (ut ego certe puto) doctissimus, quem usque adeo dialogus hic delectabat, ut bonam eius partem in Homeliam quandam, quam in Ioannis euangelium commentatus est, inferuerit. Neque id immerito. Quid. n. placere magis uiro graui, uereque Christiano debuit, quam is dialogus, in quo diuina aspera, paruoque contenta Cynicorum uita defenditur, mollis, atque enervata delicatiorum hominum luxuria reprehenditur? Necnon eadem opera Christianae uitae simplicitas, temperantia, frugalitas, denique arcta illa, atque angusta uia, quae ducit ad uitam, laudatur? Iam Necromanica (nam hic secundo dialogo titulus est) non satis auspiciato uocabulo, sed materia tamen felicissima, quam false taxat uel magorum praestigias, uel inania poetarum figmenta, uel incertas quauis de re philosophorum inter se digladiationes? Superest Philopseudes, qui non sine socratica ironia totus uersatur (id quod titulus ipse declarat) in ridenda, coarguendaque mentiendi libidine, dialogus, nescio certe lepidior ne an utilior. in quo non ualde me mouet quod eius animi fuisse uidetur, ut non satis immortalitatis suae consideret, atque in eo fuisse errore, quo Democritus Lucretius, Plinius, plurimique inde alij. Quid. n. in ea refert, quod sentiat his de rebus Ethnicus, qui in praecipuis habentur fidei christianae mysterij? Hunc certe fructum nobis afferret iste dialogus, ut neque magicis habeamus praestigij fidei, et superstitione careamus, quam passim sub specie religionis obrepit, tum uitam ut agamus minus anxiam minus uidelicet expanescentes tristitia quapiam, ac supersti-

niosa mendacia, q̄ plerumq; tanta cum fide, atq; authoritate narrantur, ut beatissimo etiam patri Augustino uero grauissimo, hostiq; mendaciorum acerrimo, nescio quanam ueterator psuaserit, ut fabulam illam de duobus spurinis, altero in uitam redeunte altero decedente, tanquam rem suo ipsius tpe gestam pro uera narraret, quam Lucianus in hoc dialogo, mutatis tantum nominibus, tot annis ante q̄ Augustinus nasceretur, irrisit. Quo minus mireris si pinguiore uulgi mentes suis figmentis afficiant iij, q̄ se tum demum rem magnam confecisse putant, Christumq; sibi deuinxisse ppetuo, si comenā fuerint aut de sancto aliquo uiro fabulam, aut de inferis tragœdiam, ad quam uetula q̄piam aut delira lachrymetur, aut pauida inhorrescat. Itaq; nullam ferè martyris, nullam uirginis uitam, p̄termiserunt, in quā non aliqd huiusmodi mendaciorum inseruerint. pie scilicet, alioq; enim piculum erat, ne ueritas non posset sibi ipsa sufficere, nisi fulciretur mendacijs. Nec uerū sunt eā religionem contaminare figmentis, quam ipsi ueritas instituit, & in nuda uoluit ueritate consistere. nec uiderūt usque adeo nihil istiusmodi fabulas conducere, ut nihil perniciosius officiat. Nenipe (ut inemoratus pater Augustinus testatur) ubi admistum subolet mendaciū ueritatis ilico minuitur, ac labefactatur auctoritas. Vnde saepe mihi suspicio suboritur, magnā huiusmodi fabularū ptē à uafis, ac pessimis quibusdam nebulonibus, hæreticisq; confectam, quibus studium fuit, partim ex incauta simplicitate potius q̄ prudentium credulitate uoluptatem capere, partim fabularum fictarum comercio fidē ueris Christianorum historijs adimere. q̄ppe q̄ frequēter qdā

ijs, quæ in sacra scriptura continentur, tam vicina confingunt, ut facile se declarent, ad ludendo luisse. Quamobrem quas scriptura nobis historias diuinitus inspirata commendat, eis indubitata fides habenda est. Cæteras uero ad Christi doctrinam, tanquam ad Critolai regulam applicantes caute, et cum iudicio aut recipiamus, aut respuamus, si carere uolumus et inani fiducia, et supersticiosa formidine. Sed quò progredior epistola? fere iam librum superat, nec interim tamen uerbum de tuis laudibus ullum, in quas alius fortasse tuus incurbisset, quarumq; citra ullam adulandi suspensionem uberimam mihi materiam præbissent (ut cæteras uirtutes tuas omittam) uel egregia doctrina tua, summaq; in rebus agendis prudentia, quam tot in diuersis nationibus in tam arduis negotiis, tam feliciter actæ legationes declarant, uel singularis fides, grauitasq;, quam nisi satis perspectam, exploratamq; habuisset, nunquam te prudentissimus Princeps sibi à secretis esse uoluisset. sed cæterarum uirtutum tuarum prædicationi unica modestia tua reluctatur, quæ facit, ut cum laudanda tam libenter facias, fecisse te tamen non libenter audias. Parco igitur pudori tuo hoc unum duntaxat abs te precatum, ut has in græcis litteris studij mei primitias æquo animo suscipias, sinasq;, ut qualecunq; apud te sint amoris, officijq; in te mei monumentum, quas tibi sum ausus eo maiore fiducia committere, qd et si tam acre tibi iudicium sit, ut quicqd erratum fuerit, nemo penetrantius uideat, is tñ est ingenij tui candor, ut nemo libentius conamineat.

LYCIANI CYNICVS THOMA MORO
INTERPRETE INTERLOCV
TORES LVCIANVS
ET CYNICVS.

LUCIANVS.

Vid ni tādē? barbam quidem ha
bes, & comam, tunicam nō habes
q nudusq; conspiceris, ac sine calceis
delecta nimirū uaga, inhūmanaq;
ac ferali uita, nūm proprio corpore,
contra quam faciunt ceteri, semper
usus, incommode, nunc huc, nunc illuc circuis, in arido
præterea solo cubans, adeo ut plurimū etiam sordium
tritū istoc palliū referat, alioq nec ipsū, uel tenui filo,
uel molle, uel florulentū. Cyni. Neq; n. indigeo, siqd
est huiusmodi, ut comparetur facillime, dominoq; mini
mum exhibeat negotij, id inquam mihi sufficit. At tu
per deos dic mihi, putas ne esse in luxu uitium? Lucā.
Immo admodum. Cyn. Contra in frugalitate uirtu
tem? Lucā. Admodum. Cyn. Cur igitur tandē
cum me uideas uiuentem frugalius q̄ uulgo faciunt ho
mines, eos uero sumptuosius, me non illos arguis? Lucā.
Quia non frugalius per Iouem uideris mihi, sed
egenius uiuere, imo uitā omnino egenam, atq; inopem.
Nā tu nihil à mendicis differs, q̄ cūm mendicant in
diem. Cyni. Vis ergo uideamus (quandoquidē huc
processit oratio) quodnā inopia sit, qd̄q; rursus copia?
Lucā. Si tibi quidem ita uideatur. Cyni. Nūquid
ergo satis, id cuique est, quicquid ipsius explet necessita

tam? an aliud quippiam dicis? Lucia. Esto istud.
Cyni. Indigentia uero quicquid cuiusquam usui deest,
nec eò, quò sit necesse puenit? Lucia. Scilicet. Cyni.
Nihil igitur meis in rebus deest. Nihil. n. in his est, quod
necessitatem non expleat meam. Lucia. Quo pacto
istud ais? Cyni. Scies, si consideres, in què usum eorū
quodq; paratum est, quorum egemus, ut domus, an nō
teguenti gratia? Lucia. Maxime. Cyni. Quid
uestis, cuius gratia? nonne tegmenti etiā ipsa? Luci.
Sanè. Cyni. At ipso per deos tegumento, cuius rei
gratia indiguerimus, nonne ut melius se habeat id, quod
tegitur? Lucia. Mihi quidem sic uidetur. Cyni.
Virum igitur tibi peius se habere hi uidentur pedes?
Lucia. Nescio. Cyni. Atque hoc pacto didiceris, quod
nam pedum officium est? Lucia. Ingredi. Cyni.
An deterius ergo ingredi pedes tibi uidentur mei, quā alio
rum? Lucia. Istud uero fortasse non. Cyni. At nō
possent seu sese melius, seu deterius haberent, officiū suū
præstare? Lucia. Fortasse. Cyni. Pedibus ergo ni
hilopeius affectis uideor, quam alijs? Lucia. Non ui
deris. Cyni. Quid corpus uero meum? Nū deterius
quā reliquorum? Nempe si deterius se haberet, esset idem
imbecillius corporis quippe uirtus robur est. An meum
ergo debilius? Luc. Non uidetur. Cyni. Neque pe
des ergo tegumento uidentur egere, neque reliquum cor
pus. Quippe si egerent male haberent. Egestas etenim
omnino mala, ac peius habere se facit, ea quibuscumque ad
fuerit. At ne ali quidem deterius corpus uidetur meum
quod quibuslibet cibus alitur. Lucia. Manifestum
est id quidem. Cyni. Nam nec uegetum esset, robur

sum, si aleretur male. Mala siquidem alimenta corpus
 tabefaciunt. Lucianus. Ista quidem ita se habent.
 Cyni. Quo pacto igitur dic mihi his ita se habentibus
 me arguis, vitamque improbas meam, ac miseram præ-
 dicas? Lucia. Ideo per Iovem, quod cum natura,
 quam tu colis, ac superi terram in communi statuerint
 ex ea multa nimirum, ac bona ediderint, ut nobis om-
 nia superessent abunde, non in necessitatem modo, nec
 rum in voluptatem quoque, tu tamen horum omnium
 aut maxime saltem partis expers es, nec eorum quoque
 siueris nihilo certe magis, quam fera. Nempe aquam bibis
 quam etiam bibunt fera. Comedis uero quicquid offen-
 deris, quemadmodum canes, tum cubile nihilo melius
 canibus habes, quandoquidem grainen tibi sufficit, quem-
 admodum et illis, pallium præterea circumfers nihil
 lo mendico decentius. Quanquam si tu his contentus re-
 cte sapias, tum deus profecto nunquam recte fecit, pri-
 mum quod oves effecit pingues, deinde uites dulcis ui-
 ni feraces, ac reliquum deinde apparatus uarietate mi-
 rabilem, et oleum, et mel reliqua omnia ut nos habe-
 remus, edulia quidem omnigena haberemus, potum dul-
 cem haberemus, pecunias haberemus, mollem lectum ha-
 beremus. Præterea pulcras domus, ac reliqua denique
 omnia, mirum in modum præparata. Nam et ipsa
 quoque artium effecta deorum dona sunt. At uiuere
 omnibus huiusce bonis priuatum id fuerit profecto mi-
 serum, etiam si ab aliquo quopiam priueris. Quemad-
 modum uero, qui seruantur in uinculis. Longe uero mi-
 serius, si quis ipse sese omnibus bonis priuet. Nam ea
 demum manifesta insania est. Cynicus. Et recte

quidem fortasse dicis. Verum istud dic mihi, Si quis diuite quopiam alacriter, atque humane, quin prolixè quoque exhibente conuiuium, tum hospites excipientes, & multos simul, & omnigenos, alios quidem imbecillos, alios autem robustos, deinde apponente multa, atque omnigena, si quis inquam omnia corripiat, omniaque deglutiat, non ea tantum, quæ uicina sunt, sed ea quoque, quæ procul absunt, præparata uidelicet inuvalidis, ipse tamen ualens cum inuim dumtaxat uentrè habeat, nec multis ut nutriatur indigeat, diutius tamè quàm alij multi immoretur, hic uir cuiusmodi tibi uidetur esse? probus ne? **Lucianus.** Non mihi quidem, **Cynicus.** Quid uero, num temperans? **Lucianus.** Ne id quidem. **Cynicus.** Quid uero, si quis eiusdè mensæ particeps multa illa, ac uaria negligat, uno quopiam ex ijs, quæ proxime apponuntur, electo, cum satis in suam habeat necessitatem, id decenter edat, eoque solo utatur, cetera illa ne respiciat quidem, an non hunc et temperantorem, & meliorem uirum illo putabis? **Lucianus.** Ego certe. **Cynicus.** Vtrum ergo iam intelligis, an me oportet dicere? **Lucianus.** Quid nam? **Cynicus.** Quod deus illi quidem pulchre conuiuium instruendū similis est, ut qui apposuerit multa, ac uaria, atque omnigena, nū essent, quæ cuique conueniant, alia quippe ualentibus, alia rursus ægrotantibus, atque alia quidem robustis, alia uero inuvalidis, non ut omnibus utantur omnes, sed ut his utantur singuli, quæ suæ cuiusque naturæ conueniunt, & ex his ipsis quacūque re maxime quæque indigere contigerit. At nos il-

homo, qui per insatiabilitatem, atque incontinentiam omnia corripit refertis, ut qui rebus uti velit omnibus. Et undecunque partis, non solis contenti presentibus existimantes propriam quidem neque terram, neque mare sufficere, sed importantes ab ipsis usque terræ finibus voluptates, patrijsque rebus peregrina praeferentes, sumptuosaeque frugalibus, atque ea, quæ difficile comparantur ijs, quæ sunt comparari facilia. In summa denique molestias, malaque potius eligentes quam absque molestijs vivere. At isti quidem plurimi, ac pretiosi, beatique apparatus, quibus exultatis, per magnam ad nos miseriam, criminamque perueniunt. Aurum ipsum tam optabile, si libet, argentumque considera, domus considera sumptuosas, uestes operosas considera, atque eius generis omnia quanto negotio emuntur, quot laboribus, periculis, immo sanguine, ac caede, quantoque hominum interitu, non ideo solum, quod dum nauigant, propter ista pereunt, ac dum quaerunt, parantque gravia perferunt, sed ob id quoque, quod digladiationes multas pariunt, quodque ob ea insidiantur inuicem, Et amicis amica, Et parentibus liberi, et maritis coniuges. Sic opinor Eriphilen quoque auri gratia prodidisse maritum. Atque haec quidem omnia sunt, cum tamen uestes illa varia nihilo magis quicquam queant calefacere, aurataque illa aedificia nihilo prorsus magis tegant, nec pocula illa argentea potui quicquam magis conducant. Sed nec aurei illi, nec eburnei item lectuli, somnum suum maiorem praebeant. Immo videbis frequenter in eburneo lecto, sumptuosisque stromatibus, beatis illis somnum

contingere non posse. Præterea omnigena illa circa edulia cura nihilo magis alunt. Quin tabefaciunt potius corpora, iisdemq; morbos ingenerant. Quid autem dicere attinet, libidinis gratia quantas molestias mortales & faciunt, & patiuntur? quâquam facile est isti cupiditati inderi, nisi quis velit indulgere delitijs. At ne hæc quidem infania, corruptelaq; sufficere videtur mortalibus. Sed iam rerum etiam usum pervertunt, singulis rebus ad id utentes, ad quod minime paratæ sunt, quænam admodum lecto si quis in carpenti loco velit, actâ quam curru. Lucianus. Quisnam is est? Cyni. Vos inquam, qui hominibus tanquam iumentis utimini. Nam eos iubetis, ut lecticas tanquâ currus in cervicibus ferant. Ipsi vero in sublimi residetis delicati, atq; homines perinde tanquam asinos aurigamini imperâtes, ut hac non illac eant, & qui hæc facitis maxime, iidem maxime beati videmini. Tum ij, qui piscium carnibus non tantum ut alimentis utuntur, verum tincturas etiam quasdam ex his machinantur, eos dico, qui purpuram tingunt, nonne & hi præter naturam his utuntur, quæ à deo præparata sunt? Lucianus. Non per Ionem, siquidem tingere etiam potest non comeditâ tum purpuræ caro. Cynicus. At non in id tamē nata est. Nam & Cratere quispiam (si præter naturam de torqueat) Ille loco posset uti, nec in id tamen paratus erat. Sed quo pacto possit quispiam uniuersam illorum infelicitatem percurrere, quæ tanta est? At tu me quoq; quod uolo eius esse particeps, incusas. Vixi ego tamen quemadmodum modestus ille, his uidelicet duntaxat, quæ mihi apponuntur, nescens, ac frugalissimis utens.

Varijs

Varijs vero illis, atq; omnigenis minime inhians. Ac
deinde cum paucis egeam, ac minime multis utar, fe-
rinam àbi uideor uitam uinere. Atqui hac ratione ma-
di profecto in periculum ueniunt, ne & ipsi sint feris
etiā deteriores, quippe qui rei nullius indigent. Verū
ut exactius intelligas, cuiusmodi horum utriusque sit,
uel paucis uidelicet egere, uel multis, considera qđ plu-
ribus egent, primū pueri, qđ aduli, deinde mulieres, qđ ui-
ri, tū a groñ qđ ualentes, atq; oīno in summa inferiora q̄li-
bet præstantioribus plurimum indigent, proinde dii oīno
nullius egent rei, qui uero ad deos accedunt proxime,
quam minimis egent. An Hercule putas omnium hor-
minum præstantissimum, quippe diuinum uirum, dei-
umq; recte creditum, miserum tunc fuisse, cum circūa-
ret nudus pelle dimtaxat indutus, harum rerum no-
strarum nihil desiderans? At ille miser profecto non
erat, quippe qui miseriam ab alijs propulsabat. Neque
turis pauper, qui terra marique dominabatur. Nempe
quocunq; intendisset impetum, omnes quaquā uersum
superabat, nec in quenquam sui temporis incidit, qui se
uel æquarit unquam, uel uicerit, quoad ex humanis ex-
cessit. At tu illi stromata putas, calceosq; defuisse? atque
ob id mundum obambulasse tantum uirum? Dicendū
profecto non est. Sed continens erat, ac fortis, & moder-
rate uiuere uolebat, nō indulgere delitijs. Quid Theseus
eius discipulus? An nō rex erat Atheniensium omnium,
ac filius etiā, ut ferunt, Neptuni? sua certe tempestate
fortissimus? Attamen ille quoq; uoluit sine calceis esse,
ac nudus ingredi, barbāq; & comam nutrire placuit
ei, nec ei tamen solum sed omnibus etiā ueteribus pla-

erant, nempe meliores erant, quàm nos atq; adeo ne susti-
 nuisset quidem eorum quisquam aliquid huiusmodi, ni-
 hilo profecto magis, quàm Leo quispiam sese tonderi.
 Siquidem carnis molliciem, ac læuorem decere mulieres
 existimabant, ipsi uero sicuti erant, ita uideri quoque ui-
 ri uolebant, ac barbam quidem cultum uiri ducebant,
 quemadmodum in equis iubam, in leonibus barbam,
 quibus deus splendoris quandam, atque ornamentum uer-
 mistatem dedit, sic & uiris barbam adiunxit. Illos igitur
 ego æmulor, ueteres inquam illos imitari uolo, huius
 uero tempestatis homines non æmulor mirabilis hu-
 ius felicitatis nomine, quam in epulis & uestibus ha-
 bent, dum poliunt, ac lauigant singulas corporis par-
 tes, ac ne secretiorum quidem ullam, ita ut insitumit na-
 tura dimittentes. At mihi certe pedes opto, ut nihil equi-
 nis differant, quales Chironis fuisse ferunt. Tum ut ipse
 stomatis non egeam more leonum, nec cibo egeam
 magis exquisito quàm canes. Contingat præterea mihi,
 ut terra quæuis mihi per se pro cubili sufficiat. Domum
 uero ut mundum huic existimen. Alimenta denum
 ut ea deligam, quæ facillime comparari possint. Au-
 rum uero, argentumque ne desiderem unquam, neq;
 ego, neq; meorum amicorum quisquam. Omnia namq;
 mala inter homines ex horum cupiditate nascuntur,
 & seditiones, & bella, & insidia, & cades. Hac om-
 nia fontem habent plus habendi cupidinem. At hæc
 à nobis abscedat procul, neque unquam plus satis ap-
 petam, minus uero cum habeam, ferre æquo animo ua-
 leam. Nostra quidem ita se habent. Plurimum profecto
 à vulgi sententijs ista dissentiant. Neque quicquam ergo

mirandum est, si ab his differimus habitu, à quibus tantum differimus instituto. Sed te demiror, quoniam pacto, cum suam quandam citharædo uestem tribuas, cultūque atq; adeo tibicini sum, & tragædo sum, bono viro cultum, uestimq; propriam nullam existimas, sed eandem ei cum vulgo habendam censes, idq; cum vulgus malum sit. Quod si bonorum cultus proprius debet esse ullus, quinam deceat magis quam hic meus, qui maxime luxuriosis pudendus sit? queniq; illi maxime auersentur? Cultus ergo meus huiusmodi est, squalidum esse, hirsutum esse, tritum pallium indui, comam producere, ac sine calceis ingredi. Vester vero Cinædorum ornatus simillimus est, nec dignoscere vos quisquā ab illis possit, neq; colore uestium, neq; molliæ, neque camisiarum numero, neq; lacernis, neq; calceis, neque capillorum cura, neque odore. Nam & redoletis ut illi, iam præferam vos, qui estis felicissimi. Et quidem quid facias, cum vir eundem cum cinædis odorem oleat? Etenim in ferendis laboribus nihil illis præstatis. Voluptatibus vero nihilo minus, quam illi superamini, eadem comeditis, eodem modo dormitis, atque inceditis. Immo vero incedere non vultis, sed gestari potius, tanquam sarcinæ, alij ab hominibus, alij vero à iumentis. At me pedes ipsi gestant quocunq; sit opus, Ego que & frigus tolerare sufficio, & calorem patior, eaq; quæ dii obtulerint, minime moleste ferre, ideo videlicet, quia miser sum. Vos vero propter hanc felicitatem nulla estis fortuna contenti, sed omnium poenitet, ac præsentia ferre non potestis, absentia desideratis, hyeme quidem optantes æstatem, æstate rursus hyemē, atq; in calore frui

gus, in frigore micissim caloreni, quemadmodum aegrotantes, morosi semper, & queruli, quod in illis quidē facit morbus, in nobis uero mores. Atq; hæc ita cū sint, iā nos in uitam uestram traducere æquum censetis, nostramq; corrumpere, cum sæpe male consulta sint, quæ facitis, ipsiq; sitis in uestris ipsorum negotijs minime circumspecti, nihilq; eorum iudicio, ac ratione, sed consuetudine cupiditatis faciatis. Quamobrem nihil profecto differtis nos ab ijs, qui torrente feruntur. Illi quippe quocunq; fluxus intenderit, eò rapiuntur, & nos iādē quocunq; libidines. At similiter quidem nobiscum agitur, ut cum quodam, qui equum insanum ascenderat. Equus igitur uirum corripuens abstulit. Hic uero amplius iam defilire equo currente non poterat. Quidam uero cum occurrisset ei, rogauit quonam tenderet, hic respondit, quocunq; huic uideatur, equum demonstrans. Quod si nos quisquam roget, quò feramini, si uerum uultis dicere, dicetis in uniuersum quidem quocunq; uideatur affectibus, sigillatim uero, interdū quocunq; uoluptatē, interdū quocunq; ambitioni, interdum rursus quò lucris studio. Quin interdum ira, interdum metus, interdū aliud quippiam huiusmodi uos auferre uideatur. Neq; enim unum duntaxat equum uos, sed multos infilientes, nunc hunc, nunc illum, furiosos quidem omnes, aueruntur. Auferunt ergo uos in barathrum, ac prærupta. Vos tamen prius quàm cadatis, casuros uos esse nescitis, at hoc detritum pallium, quod uos ridetis, comaq; habitusq; inens tantam habet uim, ut uitam mihi quietā præbeat, utq; agam quicquid uolo uerserq; cum quibus uolo. Nempe ex indoctis, atq; in eruditis hominibus

nemo me adire uoluerit, ob hunc habitum. At molles etiam qui sunt, adhuc admodum procul declinant. Congrediuntur uero scitissimi, atque modestissimi, et qui uirritatem cupiunt. hi potissimum congreduuntur mecum, horum ego consuetudine delector. Eorum uero fores, qui homines uocantur, non obseruo, tum coronas aureas, ac purpuram pro fastu habeo, atque homines ipsos derideo. At ut cultum hunc intelligas, non bonos modo uiros, sed ipsos etiam deos decere, atque eum deinde, si libet, irrideas, deorum statuas considera, utri uideantur tibi ne an mihi similiores, neque Græcorum solum, sed Barbarorum etiam templa circūspicias, utrum ipsi dii, ut ego, comati, barbatique sunt, an quæ admodum uos, rasi finguntur, atque pinguntur? quin plurima etiam sine tunicis conspicias, ut me nunc esse uides. Quo pacto igitur audeas posthac hunc habitum uitio dare, cum deos etiam decere uideatur?

MENIPPVS SIVE NECROMANTIA
LYCIANI THOMA MORO IN
TERPRETE. INTERLOCV
TORES, MENIPPVS,
PHILONIDES.

Menippus.

*Alue atrium domusq; vestibulum mea, Ut
te lubes aspicio luci redditus. Phi.*

*Nun nā hic Menippus est canis ille? Nō
hercle alius, nisi ego forte ad Menip-
pos omnes hallucinor. At qd sibi nult
habitus huius insolentia? Claua, lyra, leonis exuviae. Ad
eundus tamen est. Salue Menippe. Vnde nobis aduenisti
diu est, quod in urbe non uidimus. Menip.*

*Adsum reuersus mortuorum è latibulis,
Foribusq; tristium tenebrarum nigris,
Manes ubi inferi manent superis procul.*

*Philomides. O Hercules clam nobis Menippus uita
functus est, reuixitq; denuo? Menippus.*

Non, sed me adhuc uiuum recepit tartarus.

*Philomides. Quanam tibi causa fuit nouae huius, atque
incredibilis uia? Menippus.*

Inuenta me incitauit, atq; audacia.

Quam pro inuenta haud paululum impotentior.

*Phi. Siste ò beate Tragica, Et ab iambis descendens
sic potius simpliciter eloquere, quā hāc uestis, q̄ cau-
sa tibi itineris inferni fuit, cum alioquin neq; incunda,
neq; delectabilis sit uia. Menippus.*

Res dilectae gravis me infernas egit ad umbras,

Consulerem manes ut uatis Tiresiai.

Philo. Atqui deliras. alioq non hoc pacto caneres apud amicos consarcinatis uersibus. Me. Ne mireris amice, nup enim cum Euripide, atq; Homero uersatus nescio quo pacto uersibus sic impletus sum, ut numeri mihi in os sua sponte cōfluant. Verum dic mihi quo pacto res humanae hic se habent in terris, & quā in urbe agitur? Philo. Nihil noui, sed quemadmodum prius afflictabant, rapiunt, peierant, scenerantur, usuras colligunt. Me. O' miseri atq; infelices. Nesciunt enim qualia de nostris rebus nup apud inferos decreta sunt, qualesq; forte iacti sunt in diuites istos calculi, p quos Cerberum nullo pacto poterunt effugere. Philo.

Quid ais? Noui ne aliqd apud inferos nostris de rebus decretum est? Me. Per Iouem & quidem multa, uerum proderet non licet, neq; arcana q sunt reuelare, ne quis forte nos apud Radamantum impietatis accuset Philo. Nequaquam Menippe per Iouem, ne amico sermonem hunc inuideas. Nam apud hominem tacendi gnarum & initiatum praeterea sacris edisseres.

Menippus. Dura profecto iubet, & neminam tutum uerum tui gratia tamen audendum est. Decretum est ergo, diuites istos, ac pecuniosos aurum tanquam Danaen seruantes abstrusum. Phi. Ne prius obeate q sunt decreta dixeris, quā ea percurras omnia, q abs te audire libentissime uelim. Quae uidelicet descensus causa fuerit, q; itineris dux, deinde ex ordine, & quae illic uideris, & quae audieris omnia. Verisimile est enim te cum res pulchras uidendi curiosus sis eorum, q uisu, aut auditu digna uidebantur, nihil omnino pter

misisse. Me. Parendum etiam in his tibi est. Nā
 quid facias, urgente amico? Ego igitur, cum adhuc pu
 er essem, audireniq; Homerum, atq; Hesiodum, sediō
 nes ac bella canentes non semideorum modo, sed ipsi
 etiam deorum adulteria quoq; uiolentiās, rapinas, sup
 plicia, patrum expulsionēs, & fratrum & sororum
 nuptias, hæc nehercle omnia bona, pulchraq; putabā,
 & studiose erga ea afficiebar. Postquam uero in uirilē
 iam ætatem peruenirem, hic leges rursus iubentes au
 dio poetis apprine contraria, neq; uidelicet adulteria
 committere, neq; sediōnes mouere, neq; rapinas exer
 cere. Hic igitur hæsitabundus constiā, incertus omnino
 quo me pacto gererem. Neq; enim deos unquam puta
 ui mæchaturōs, aut sediōnes inuicem fuisse mouitōs, ni
 si de his rebus perinde ac bonis iudicassent. Neq; rursus
 legum latores his aduersa iussuros, nisi id cōducere exi
 stimarent. Quoniam igitur in dubio eram, uisum est mi
 hi philosophos istos adire, atq; his me in manus deder
 re, rogareq; uti me, utcumq; liberet, uterentur, uitāq; ut
 am aliquam simplicem, ac certam ostenderent. Hæc igit
 ur necum reputans ad eos uenio, imprudens profecto
 quod me ex fumo (ut aiunt) in flammam conijcerem.
 Apud enim hos maxime diligenter obseruans summam
 reperi ignorantia, omniaq; magis incerta, adeo ut præ
 his ilico mihi uel idiotarum uita iam aurea uideretur.
 Alius etenim soli me iussit uoluptati studere, atq; ad eū
 scopum uniuersum uitæ cursum dirigere. In eo ipsam fi
 tam esse felicitatem. Alius rursus omnino laborare, cor
 pusq; sita, uigilijs, ac squalore subigere, misere semp ad fe
 tum, continelijsq; obnoxium assidue, Hesiodi sedulo

inculcans celebra illa de virtute carmina, & sudorem videlicet, & accliuem in verticem montis ascensum. Alius contemnere iubet pecunias, earumq; possessionem indifferentem putare. Alius contra bonas ipsas etiam diuitias esse pronūciat. De mundo vero quid dicam? de quo ideas incorporeas substantias, atomos, & inane, ac tale quendam pugnantium inuicem nominum turbam in diem audiebam, & quod absurdum omnium maxime fuit absurdum, de contrariis unusquisq; cum diceret, inuincibiles admodum rationes, ac persuasibiles adferebat, ut nec ei qui calidum, nec ei qui frigidum idem prorsus esse contenderent, contra quicquam hiscere poterim. atq; id cum tamen manifeste cognoscerem, fieri nunq; posse, ut eadem res calida, simulq; frigida sit. Prorsum igitur tale quiddam mihi accidebat, quale solet dormitantibus, ut interdum capite annuerem, interdum contra abnuerem. Præterea quod multo erat istis absurdius, vitam eorum diligenter observans, comperi eam cum ipsorum verbis, preceptisq; summopere pugnare. Eos enim qui spernendum censebant pecuniam, avidissime conspexi colligendis diuitijs inhiare, de fœnore litigantes pro mercede docentes. Omnia deniq; numerorum gratia tolerantes. si vero qui gloriam verbis aspernabantur, omnem uitæ suæ rationem in gloriam referebant. Voluptatem rursus omnes ferme palam incessabant. clanculum vero ad eam solam libenter confluebant. Ergo hac quoque spe frustratus magis adhuc ægre, molestiq; tuli. Aliquantulum tamen inde meimet consolabar, quod unam cum multis et sapientibus, & celeberrimis viris ipse, insipiensq; essem, atq; vere adhuc ignarus oberrarem.

Pernigilanti mihi tandem, atq; hisce de rebus mecum cogitanti, venit in mentem, ut Babylonem profectus magorum aliquem ex Zoroastri discipulis, ac successoribus conuenirent, audieram siquidem eos inferni portas carminibus quibusdam ac mysterijs aperire, & quem libuerit illuc nitò deducere ac rursus inde reducere. Optime ergo me facturum putavi, si cum horum quopiam de descensu paciscens Tyresiam Bæonum cōsulerem, ab ea q; pdiscerem (quippe qui uates fuerit, & sapiens) quæ uita sit optima, quamq; sapientissimus quisq; potissimum elegerit. Ac statim qdem exiliens q̄ poteram cellerrime Babylonem uersus recta contendere. Quo cum uenio, diuersor apud Chaldeorum quendam hominem certe sapientem, atq; arte mirabilem, coma qdem canum, admodumq; promissa barba uenerabilem. Nomen autem illi fuit Mithrobazanes. Orans igitur obsecransq; uix exoranti, ut quauis mercede uellet in illam me uiam deduceret. at tandem homo me suscipiens primum qdem dies nouem ac uiginti cum luna simul incipiens abluere ad Euphratem, mane Solem orientem uersus perducens ac sermonem quempiam longum missitans, quem nō admodum exaudiebam. Nam (quod in certamine præcones inepti solent) uolubile quiddam, atq; incertum proferebat, nisi quod quosdam uisus est inuocare demones. Post illam igitur incantationem ter mihi in uultum spuens deducit rursus oculos nusquam in obuium quēquam deflectens. Et cibus quidem nobis glādes erāt potus autem lac, atq; mulsum, & Choaspi lympa. leuatus uero in herba subsidio fuit. At postquam iam præparati satis hac dieta sumus, medio noctis silentio ad Ti

grident me fluvium ducens, purgavit simul atq; abstergit, faceq; lustravit, ac squilla, tum pluribus iisdem alijs & magicum simul illud carmen submurmurans, deinde totum me iam incantans, ac ne aspectris laderer circumiens reducit domum, ita ut eram reciprocantem ac reliquum iam navigationi dedimus. Ipse igitur magicam quandam uestem induit, Medorum uesti ut plurimum similem, ac me quidem ijs, quæ vides, ornavit clava videlicet, ac leonis exuvijs, atque insup lyra. Iussit præerea ut nomen, si quis me roget, Menippum quidem ne dicerem sed Herculeum, Vlyssæum, aut Orpheum. Philo. Quid ita o Menippe, neq; enim causam aut habitus, aut nominis intelligo. Me. Atqui perspicuum id quidem est, ac neutiquam arcanum. Nam ij, qui ante nos ad inferos olim viui descenderant, putavit, si me his assimilaret fore, ut facilius Aeci custodias fallerem, atq; nullo prohibente transirem, utpote notior tragico admodum illo cultu emissus. Iam igitur dies apparuit, cum nos fluvium ingressi in recessum incumbimus. Parata siquidem ab illo fuerant, cymba, sacrificia, mulsæ, & in id mysterium deniq; quibuscumq; opus erat. Hæc postquam ergo quæ prompta erant imposuimus. Tum nos quoq; anxij, ac vagientium more lachrymantes ingredimur, atq; aliquanisper quidem in fluvio ferimur, deinde in sylvam delati sumus, ac lacum quendam in quem Euphrates conditur. Tum hoc quoque transmissio, in regionem quandam pervenimus solam, sylvosam, atq; opacam, in quam descēdentes (præibat enim Mithrobarzanes) & puteum effodimus, & oves iugulamus, & foveam sanguine cōspargimus. At magnis interim accensam facē

tenens, haud amplius iam summiſſo murrare, ſed uo-
ce quàm poterat maxima clamitans, daemones ſimul om-
nes conuocat, Pœnas, Erymes, Hecatē, nocturnam, ex-
celſamq; Proſerpinam, ſimulq; pollyſyllaba quædam no-
mina barbara, atq; ignota commiſcet. Statim ergo tre-
mere omnia, et rimas ex carmine ſolum ducere, ac por-
rò Cerberi latratuſ audiri, & iam res planè triſtis, ac
mœſta fuit. Ac proinus quidē inferorum patebant plu-
rima, lacus, pyriphlegeton, ac Plutonis regia. Tum per
illum descendentes hianum Rhadamanthum propè/
modum metu, reperimus exanctū. Ac Cerberus primū
quidem latrabat, commonitq; ſeſe. At cum ego lyram
celeberrime correptam pulſaſſem, cantu ſtatim ſopitus
obdormit, deinde poſteaquam ad lacum uenimus, tra-
nare ſerè non licuit. Iam enim onuſtum erat nauigium
& eiulanti certe plenum. Vulnèratū quippe in ea nauis
gabant omnes hic femur ille caput, alius alio quopiam
inembro luxatus. uſque adeo, ut mihi certe ex bello quo-
piam aſſe uiderentur. At opāmus Charon cum leor-
nis uideret exuias eſſe ineratū Herculem recepit,
transq; uexit libens, tum exenitibus quoq; nobis mon-
ſtrauit ſemitam. Sed quoniam iam eramus in tenebris
præcedit quidem Mithrobarzanes, ego autem à tergo
continuus illi comes adhæreo, quoad in pratum quod-
dam uenimus, maximum, aſphodelo conſitum, ubi cir-
cuſuſa undiq; mormorum ſtridula nos ſequuntur um-
bræ. Tum paulo procedentes longius ad ipſum Minois
tribunal acceſſimus. Erat ipſe qdem in ſolio forte quodā
ſublimi ſedens. Aſtabant autem illi Pœnæ, Tortores ma-
li genij, furia. Ex altera parte plurimi qdam adducti

sunt ex ordine longa fune iuncti, dicebatur autem adulteri, lenones, mæchi, homicidæ, adulatores, sycophantæ ac talis hominum turba quidvis in vita patrantium. Seorsum autem diuites, ac sœneratores prodibant palli di, uentrici, ac podagrici, quorum quisq; trabe uictus erat. Ferri pondere duorum talentorum imposito. Nos igitur astantes, & quæ sunt omnia conspiciamus, & quæ dicuntur auscultamus. Accusant autem noui quidam, atq; admirabiles rhetores. Phi. Quinam ergo ipse pro Iovem sunt, ac ne istuc quidem te pigeat dicere. Me. Umbrae ne unquam istas nosti, quas opposita soli reddunt corpora? Phi. Quid mihi. Me. Hæ nos igitur, cum primum functi uita sumus, accusant, testantur, atq; redargunt quicquid in uita peccauimus, & sanè quidam ex his dignæ admodum fide uidentur, utpote nobiscum uersatæ semper, nostrisq; nusquam digressæ corporibus. Minos igitur curiose quemlibet ex animans impiorum, relegabat in cœlum, pœnas ibi sceleribus suis dignas luiturum. In hos præcipue tamen incenditur, quos opes dum uiuerent, ac dignitates inflauerant, quiq; adorari se ferè expectabant, nimirum perituram eorum superbiam, fastumq; detestatus, quippe qui non inuiniissent, mortales ipsi cum sint, sese bona quoq; mortalia consecutos. At nunc splendida illa exiit omnia, diuitias inquam, genus, munia, nudi, ac uultu demisso steterunt tanquam somnium quoddam humanam hanc felicitatē recogitantes, adeo ut hæc dum conspicerer nimis quæ delectatus fuerim. Et si quem eorum forte agnoueram, accessi, atq; in aurem silenter admonui qualis in uita fuerat, quantopereq; fuerat inflatus, tum cum plurimi mane fores eius obfidentes,

pulsi interim, exclusique à famulis illius expectabant
 egressum. At ipse nix tandem illis exorients punicens,
 aureus, aut versicolor, felices, ac beatos se facturum sa-
 lutantes putabat, si pectus dextram ne porrigēs permit-
 teret osculandum. Illi uero audientes ista moleste fere-
 bant. At Minos quiddam etiam iudicauit in gratiam.
 Quippe Dionysium Siciliae tyrannum multis, & atro-
 cibus criminibus, & à Dyone accusatum, & graui
 Stoicorum testimonio conuictum, Cyreneus Aristippus
 interueniens (Nam illum ualde suscipiunt inferi, eiusq;
 plurimum ibi ualet authoritas) fermè iam Chymaræ
 alligatum absoluit à pœna, asserens illum eruditorum
 nonnullos olim iuuisse pecunia. Tum nos à tribunali
 discedentes ad supplicij locū puenimus. Vbi o amice et
 multa, & misera audire simul ac spectare licuisset.
 Nam semel & flagorum sonus auditur, & eiulatus ho-
 minum in igne flagrantium, tum rota, & tormenta,
 catenæ, Cerberus lacerat, Chimæra dilaniat, cruciā-
 turq; pariter omnes, captiui, Reges, præfetti, pauperes,
 mendici, diuites, & iam scelerum omnes pœnitebat.
 Et quosdam quidem eorum dum inuenimus, agnouim-
 us, uidelicet qui nuper è uita decesserant. At hi se pri-
 dentes tum occulebant, nostroq; subtrahabant aspectui
 aut si nos aliquando respiciebāt, id seruiliter, admodū,
 abiecteq; faciebant, atq; hi quidem q̄ olim putas onero-
 si, fastosiq; in uita? At pauperibus malorum dimidium
 remittebatur, & cum interquiescissent, denuo repetebā-
 tur ad pœnam. Sed illa quoq;, quæ fabulis feruntur, as-
 spexi, Ixionem, Sisyphum, Phrygiumq; graui ter asser-
 tum Tantalū gemitumq; terra Titum, dij boni quæ

*num? Integrum stratus agrum occupabat. Hos tandē
 praterentes in campum uenimus Acherusium, ubi se
 mideos, heroidasq; reperimus, atq; aliam simul mor-
 tuorum urbem in gentes, tribusq; dispositam, alios q-
 dam uentos quosdam, ac maridos, atq; (ut Homerus
 ait) euandos, alios uero iuueniles, & integros, & hos
 potissimum ob illam condiendi efficaciam Aegyptios,
 uerum dignoscere quemlibet haud proclive fuit, adeo
 nudatis ossibus, omnes erant inuicem simillimi, nisi qd
 tunc tandē eos diu intendentes agnouimus. Quippe con-
 ferā confidebant, obscuro, atq; ignobiles, nullumq; seruā-
 tes amplius pristinae scrmæ uestigium. Cum igitur mul-
 ti simul offei consisterent, inuicem omnino similis, qui
 terrificum quiddam per caecos oculorum orbes transpi-
 cerent, dentesq; nudos ostenderent, basitabam certe me-
 cum quoniam signo Thersiten à Nireo illo formoso dis-
 scernerem, aut mendicium Irum à Phæacum rege, aut
 Pyrrhiā coquum ab Agamēnone. Quippe quibus iā ni-
 hil ueteris permansit inditiū, sed ossa fuerunt inter se si-
 milia, incognibilia nullis inscripta titulis, nulliq; usquā
 dignoscenda. Hæc igitur spectantē mihi, persimilis ho-
 minum uita pompæ cuiuspiam longæ uidebatur, cui præ-
 fit, ac disponat quæq; fortuna ex ijs, qui pompam agūt,
 diuersos, uariosq; cuiq; habitus accommodans. Alium si-
 quidem Fortuna diligens regijs ornat insignibus, et tiar-
 am imponens, & satellites addens, & caput diadema-
 te coronans. Alium serui rursus ornatum induit, hunc
 formosum effigiat, hunc deformem, atque deridicu-
 lum fingit. Nam omnigenum, ut opinor, debet esse
 spectaculum. Quin habitus quorundam plerumque*

in media quoque pompa demutat, neque perpetuo eodem
 fuit ordine, cultuque; progredi, quo prodierant. Sed orna-
 tu commutato, Cræsum quidem coegit serui, captiueque
 uestes induere. Meandrium autem olim inter seruos in-
 cadentem, Polycratidis uicissim ornat tyrannide. Et alii
 quantisper quidem eo cultui pernititunt, uerum ubi iam
 pompæ tepus præterijt, apparatus quisque restituens,
 Et cum corpore simul exutus amictu, qualis ante fuit
 efficiunt, nihilo à uicino differens. Quidam tamen ob in-
 sciā, cum suos fortuna cultus exigit, ægre ferunt, atque
 indignantur tanquam proprijs quibusdam bonis
 priuati, ac non potius alienis, quibus paulisper uteban-
 tur, exuti. Quin in scena quoque uidisse te plerumque puto
 bistriones istos tragicos, qui, prout fabulæ ratio poscit,
 modo Creontes, modo Priami sunt, aut Agamemnoes,
 Idemque (si fors tulerit) paulo ante tam grauius Cecro-
 pis, aut Erechthei formam imitatus, paulo postea ser-
 uus (poeta iubente) progreditur. At cum fabulæ iam fi-
 nis affuerit, quisque auratas illas uestes exutus personam
 deponens, Et ab altis illis crepidis descendens, pauper
 atque humilis obambulat, haud amplius Agamemnon
 ille Atreo progenitus, aut Creon Menacæi filius. Sed Po-
 lus filius Charyclei Suniensis, aut Satyrus filius Theor-
 gitonis Marathonius. Sic se mortalium res habent quæ
 admodum mihi tuum spectatū uidebantur. Philonides.
 Dic mihi Menippe, isti, qui magnificos, altosque tumulos
 habent super terram, Et columnas, imagines, titulos,
 nihilo ne sunt apud inferos plebeis quibuslibet umbris
 honoratiores? Menippus. Nugaris ut quidem, nam
 si uidisses Mausolū, Caren illū dico Pyramide celebrē,
 fat scio,

fat scio, nunq̄ ridere desiisses, ita in antrum quoddam
abstrusum despectim abiectus est, in reliqua mortuorū
turba delitescens. Hoc tantum commodi mihi videatur
ex monimento referre, qđ imposito tanto pondere labor
rat magis, & præmitur. Nam cum Æacus ò amice lo
cum cuiq; metitur, dat autē cui plurimum, haud am
plius pedem, necesse est eo iacere contentū, seseq; ad lo
cū modū contrahere. At uehementius multo risisses, opi
nor, si reges hosce nostros, Satrapasq; uidisses, apud eos
mendicantes, & aut salsamenta uendentes, aut primas
ipsas litteras, ut gente inopia, profitentes, & queniadmo
dum continelijs à quouis afficiantur, atq; in faciem cæ
dantur, pinde atq; uilissima mancipia. Itaq; Philippum
Macedonem conspicatus, continere me certe non potui.
Ostensus est mihi in angulo quodā, detritos calceos mer
cede resarciens. Quin alios præterea multos erat uidere
mendicantes in trinijs, Xerxes uidelicet, Darios, ac Poly
crates. Philonides. Admiranda narras ista de regi
bus, peneq; incredibilia. Socrates autem quid facit? ac
Diogenes, & si quis est sapienā alius? Menip. So
crates profecto etiā ibi obuersatur, omnesq; redarguit.
Versantur autem cum illo Palamedes, Ulysses, & Ne
stor, & quisquis est alius inter defunctos garrulus. In
stantur autem illi etiamnum, atq; intumescent exhau
sto ueneno curia. At optimus Diogenes Sardanapalo uī
cinus Assyrio, Mydæq; Phrygio, atq; alijs itē pluribus
ex istorum sumptuosorū numero manet, quos cum eiulā
tes audit, ueteris fortune magnitudinē recogitantes et
ridet, & delectatur, ac supinus cubans, ut plurimum
cantat, aspera nimis, atq; inimica uoce illoꝝ eiulatus

Erasmus

&

MENIPPVS, SEV

obscutans, adeo ut id ægreferentes, nec Diogenem ferre ualentes, de mutanda sede deliberent. Philo. De his iā satis qđem. Cæterum quodnam illud decretū est, qđ initio dixeras aduersus diuites esse sancitū? Menip. Bene admones. Nescio. n. quo pacto cū hac de re dicere proposuissem, ab instituto sermone procul aberrami. Dū igitur ibi uersabar, magistratus concionē aduocauerūt, his uidelicet de rebus, quæ in cōmune conducerent. Cōspiciens ergo multos concurrere, me quoq; cū illis simul immiscens, unus de numero eorū, qui in concione aderant, efficior. Agitata sunt igitur & alia multa. Postremo uero de diuitibus negotiū, in quos posteaq; plurima fuissent obiecta, uolētia, supbia, fastus, iniuria, assurgēs tandem ex populo. Primas qđam huiusmodi decretum legit. Quoniam (inquit) multa diuites perpetrant inuita, rapientes, ac nim inferentes, inopesq; oimodo despectui habentes, Curia, populoq; uisum est, ut cū finitū uita fuerint, corpora qđem eorū pœnas cum alijs sceleratorum corporibus luant, anima uero rursus remissa in uitam, in Asinos demigrent, donec in tali rerum statu quinquies ac uicies decem annorū millia transegerint, asini semper ex asinis renati, onera ferentes, atq; a pauperibus agitati. Deim ut liceat illis ē uita excedere. Hanc sententiā dixit Caluarius, patre Aridello, patria Manicensis, tribu Stigyana. Hac igitur lege recitata, approbauerunt priāpes, scimit plebs, adfrenuit Proserpina, allatruuit Cerberus, sic. n. rata, quæ inferi statuerunt, authenticaq; sunt. Quæ igitur in concione agebantur, erant huiusmodi. Tum ego statim, cuius gratia ueneram, Tyresiam adeo, atq; illi re, uā erat, ordine narra

ta, supplicavi ut mihi diceret quodnam optimum vitæ genus putaret, hic vero subridens (Est autem seniculus quæpiam cæcus, pallidus, voce gracili) ó fili inquit causam tuam perplexitatis, scio, à sapientibus istis profectâ, haudquaquam idem invicem iisdem de rebus sententibus, neque haud fas est, id tibi proloqui, siquid quod Rhadamanthus interdixit. Nequaquam inquam ó Patrice, sed dic amabo, neque me contemnas, qui in vita te est ipso cæcior oberro. Abducens ergo me procul ab alijs amferens, ad aures mihi inclinans, optima est inquit, idioritarum, priuatorumque vita, ac prudentissima. Quamobrem ab hac vanissima sublimium consideratione desistens. Mitte principia semper, ac fines inquirere, et hæc hosce syllogismos despuens, atque id genus omnia, nugas æstimans, hoc solum in tota vita persequere, ut presentibus bene compositis minime curiosus, nulla re sollicitus, quamplurimum potes hilaris vitâ, ridensque trahucas. Hæc cum dixisset, rursus asphodelorum in pratrum sese corripuit. Ego igitur (nam et nunc vesper erat) age inquam ó Mithrobarzane, quid cunctamur? ac non hinc rursus abimus in vitâ? Ad hæc ille, confide inquit, ó Mersippe, brevem quippe, facilemque tibi monstrabo semitam, et me proinde abducens in regionem quâdam magis priore tenebrosam, manu procul ostendens subobscuram, tenuemque, ac veluti per rimam influens lumen. Illud inquit Torphoni templum est, atque illac ad inferos è Bæotia descenditur, hac ascendas, atque ilico fueris in Græcia. Ego igitur hoc sermone gavisus, salutato mago difficile admodum per angustas antri fauces subrepens, nescio quo pacto, in Lebadiam perveni.

LYCIANI PHILOPSEVDES, SIVE IN
credulus ab eodem Thoma Moro in latinam
linguam traductus. Interlocutores,
Tychiades, & Philocles.

Tychiades.

Otes mihi Philocles dicere, quidnam
id tandem sit, quod multos in mentiendi
cupiditatem adducat, ut pariter gaude
ant, cum & ipsi nihil sani loquuntur,
& his qui talia narrant, maxime ani
mum intendant. Philocles. Multa Tychiade sunt,
quæ nonnullos mortales mentiri compellunt, quia in re
vident conducere. Tychiades. Nihil ad rem hac (ut
aiunt) neque enim de ijs rogabam, qui, cum usus postu
lat, mentiuntur. uenia nimirum hi, immo laude plerique
eorum digni sunt, quicumque uel hostes fefellerunt, uel ad
salutem tali quopiam pharmaco usi sunt in necessitatibus.
Cuiusmodi multa Ulysses etiam fecit, ut & uitam
suam, & sociorum reditum redimeret. Sed de illis uir
optime dico, qui nulla necessitate mendacium ipsum ue
ritati longe anteponunt, ipsa re uidelicet delectati, atque
in ea sine ulla idonea occasione uersati. Isti ergo scire cu
pio cuius commodi gratia istud agunt. Philocles.
An alicubi tales aliquos iam deprehendisti, quibus hac
instita sit mentiendi libido? Tychiades. Et quidē ad
modum multa sunt huiusmodi. Philocles. Quid ali
ud ergo in causa sit, quod mentiuntur, nisi de mentia? Si
quidem rem pessimam, optimi loco præoptant. Ty

chiades. Hoc nihil est. Nam ego tibi multos ostenderim ad cætra prudentes, ac sapientiâ mirabili, nescio tamē quo pacto captos hoc malo, mendacijsq; studiosos, adeo ut ego certe moleste feram, quod viri tales, omnibus cæteris in rebus optimi, gaudent tamen & se, & eos, in quos inciderint, fallere. Nam veteres illi, id quod tibi notius est, q̄ mihi, Herodotus, Ctesiasq; Cnidius, atq; his superiores, deniq; Homerus ipse viri celebres, mendacijs etiam scriptis utebantur, ut non solum eos fallerent, à quibus tunc audiebantur, verum usque ad nos etiam mendacium per manus traditum perveniret in pulcherrimis versibus metrisq; servatum. Me ergo sæpe illorum versuum nomine subiit pudor, siquando cæli sectionem, ac Promethei vincula recensent, gigantumque rebellionem, atque omnem illam de inferis tragædiam. Et quo pacto ob amorem Iupiter in Taurum, & Cignum versus sit, & quemadmodum ex muliere quispiam in aliculam, ursamq; ne mutatus sit. Pegases præterea, Chymærasq; & Gorgonas, ac Cyclopas, atque id genus omnia, admodum absurdas, monstrosasq; fabulas, & que mentes afficere puerorum queant, qui larvam adhuc, lamiæque metuant, quanquam poetica sint fortasse tolerabilia. At urbes iam, gentesque totas una voce, ac publicè inveniunt, an non hoc ridiculum? Veluti cum Crentenses sepulchrum Iouis ostendere non pudet. Athenienses Erichthonium editum è terra ferunt, primosq; illos homines in Athica olerum more è terra emerfisse. Hi tamen multo verecundiores quàm Thebani, qui ex serpentis dentibus satuos quosdam progerminasse narrant, quod si quis hæc, cum sint ridicula, vera esse non

credat, sed ea prudenter examinans Chorcæbi cuiuspiam, aut Margitæ existimet esse, si quis aut Triptolemum credat in alatis draconibus per aërem uentum esse, aut Pana quendam ex Arcadia in Marathonem uenisse auxilio, uel Orithyiam à Borea raptam esse, impius nimirum hic, atque insanus uideatur eis, quippe qui tam manifesta, ueraque non credat, usque adeo obtinet mendacium. Phi. At poetis Tychiade, urbibusque fuerit fortassis ignoscendum. Nam illi delectationem illam, quæ ex fabula proficiscitur, ut quæ maxima sit illecebra, poematibus suis immiscent, quæ potissimum erga auditores opus habent. Athenienses uero, Thebanique, & si qui sunt alij, patriæ suæ plus maiestatis ex huiusmodi figmentis, conciliant, quod si quis fabulas auferat è Græcia, nihil obstitit, quo minus earum narratores fame intereant, quando iam nemo futurus sit hospitum, qui uerum uel gratis audire uelit. At si qui nulla tali causa, gaudent tamen mendacio, hi omnino ridiculi merito uideantur. Tychi. Recte dicis. Nam ego protinus ab Eucrate illo celebri uenio, ubi multa incredibilia, ac fabulosa cum audissem, immo uero medio in sermone, discessi, non ferens narrationem tam supra fidem sed ine uelut furia, quædam abegerunt, dum monstrosa multa, atque absurda referrent. Phi. Atqui Tychiade, uir grauis Eucrates est, & nemo certe crediderit illum tam promissa barba uirum sexagenarium, et qui præterea sit plurimum in philosophia uersatus, sustinuisse, ut alium quæquam audiret se præsentem mendacem, nedum ut ipse tale quicquam audeat. Tychia. At nescis amici qualia referebat. Tum ea quæ constant

afferebat, præterea quàm sanctè in plerisq; iurabat, ad
motis etiã filijs adeo, ut ego, cum eum respicerẽ, va-
ria mecum cogitarem, interdum quideni illum insanire,
neq; animo constare, interdum uero ita cogitabam,
fugisse me, quod impostor esset. ac tantum temporis sub
leonis pelle ridiculam quandam finiam circũtulisset,
adeo absurda narrabat. Phi. Quanam illa (plures)
sunt Tychiade. Nam cupio cognoscere quamnam
præstigianram sub tam longa barba occuluerit. Ty-
chia. Solebam qdeni etiã aliàs Philocles aliquoties
eum interuifere, si quando uidelicet multo otio abun-
darem. Hodie uero cum opus esset mihi conuẽto Leonti-
cho (Est autem, ut scis, amicus mihi) et doctus à puero,
eum se ad Eucratem mane conuulisse, ut eum morbi in-
spiciendi causa uiseret, amborum nomine, nempe ut &
Leontichum conuenireni, & Eucratem uidereni (igno-
raueram autem qd ægrotaret) ad eũ prouenio. At Le-
ntichum, ibi iam non inuenio. Nam paulo ante, ut di-
cebant, exiuerat, alios uero confertos reperio, in quibus
erat et Cleodemus peripateticus, & Dinomachus Stoi-
cus, & Ion, nosti uirum, illum dico, q ex platonica do-
ctrina magnam sui admirationem expectat, ut qui solus
mentem uiri deprehenderit, qq; eius oracula alijs quo-
q; possit enarrare. uides quos tibi uiros nomino, nimirũ
omni sapiẽtia, atq; omni uirtute præditos, utpote ipsum
ex quaq; sc̃ta caput, reuerẽdos hercle omnes, atq; aspe-
ctũ propemodum terribiles. Aderat præterea medicus
Antigonus, ut usui in morbo esset aduocatus, opinor. Et
melius iam habere se uidebatur Eucrates. Ac morbus q-
dam ex familiaribus erat. Humor enim rursus in per-

des ei descendere. Sedere me ergo Eucrates in lecto iuxta se iussit voce languidule remissa paululum, cum me conspiceret, quanquam interim dum ingrederer, vociferantem eum, ac vocem intendenti audieram. Tamen ego admodum curiose cauens ne pedes eius tangere, ubi me vulgaribus istis verbis purgaueram, quod eum agrotare nescierim, quod ubi rescissem, curriculo uenerim, adfedi prope, & illis quidem sermo iam de morbo erat, & quidam iam ante dixerant, quidam uero etiam tunc narrabant. Præterea medicamenta quædam quisque proferebat. Cleodemus igitur. Siquis ergo inquit, sinistra manu tollens humo mustellæ dentem, sic interfecerit, ut ante dixi, in leonis pellem illigauerit, nunc excoriat, ac deinde circum crura posuerit, ilico sedatur dolor. Non in leonis pellem inquit Dinomachus, ut ego audiui, sed in ceruæ potius scænellæ uirginis adhuc & nondum imita, & res quidem magis est hoc pacto credibilis, uelox enim cerua est, maximeque ualet pedibus. Et leo quidem fortis est, pinguedoque eius, ac manus dextra, pilique, qui recti è barba prominent, magnam uim obtinent. Siquis uero non erit, cum proprio cuique carmine at pedum curam minime pollicentur. Et ipse quoque (inquit) Cleodemus olim sic putabam ceruina pelle utendum, propterea quod cerua uelox esset. At nuper uir quidam Libycus peritus profecto in rebus huiusmodi, contra, me docuit, ceruis ostendens uelociores esse leones quippe quæ eas, inquit, etiam persequendo capiunt, laudabant quæ aderant tanquam recte dixisset Libycus ille. Tum ego putatis, inquam incantamentis quibusdam sedari talia, aut foris admotis appendiculis cum itus ma-

Ium grassetur? Riserunt hūc sermonem meum & par-
lām in me magnam damnabant amentiam, q̄ ap̄issi-
mas res ignorarem, & q̄bus nemo, q̄ sapiat, contrad-
cat, q̄n sic se habeant. At medicus certe Antigonus dele-
ctari mihi uisus est hac rogatiōe mea. Iā dudum autem
neglectui habitus fuerat, opinor, cum opem Eucrati fer-
re ex arte uellet, denūciāns uidelicet uino ut abstineret,
atq; oleribus uesceretur, & uigorem animo omnino mē-
nueret. Cleodeniū ergo subridens interim, Quid ais,
inquit, Tychiade? incredibile tibi uidetur esse, ut ex re-
bus huiusmodi parentur quaedam apud morbos reme-
dia? Mihi certe uidetur inquam ego, nisi naribus adeo
mucosis sim, ut credam ea, q̄ foris applicantur, nihilq;
cum ijs q̄ morbos excitant, intus communicant, puer-
bula tamen (ut dicitis) ac praestigiatūram operari, &
cum appenduntur sanitates inimitere, id profecto nun-
quam fieri possit, nec si quis uel in nemei leonis pellens
sedecim mustellas integras insuerit. Ego profecto leonē
ipsum ē doloribus saepe claudicantem uidi in uniuersa
sui ipsius pelle. Nimirum idiota es, inq̄t Dinomachus,
neq; unquam tibi curae fuit, ut disceres quonāmodo res
istiusmodi aduersus morbos cum adhibentur, cōferunt,
ac mihi uideris ne notissima quidem ista recepturus, fer-
brium uidelicet istarum profligationes, quae certo quor-
dam ambibus reuocant, tum serpentium demulsiones,
ac bubonum sanationes, & cetera quaecūq; anus etiā
iam faciunt, quod si illa sunt omnia, cur tandem nō pu-
tabis hac etiā similibus rebus fieri? Infinita congris
inquam Dinomache, clauumq; (ut aiunt) clauo extru-
dis. Neq; enim constat ea, quae commemoras eiusmodi

ni fieri. Quamobrem nisi reddita ratione persuaseris, primum natura fieri posse, ut febris, tumorque vereatur, aut nomen aliquod divinum aut dictionem aliquam barbaricam, ob idque ex inguine fugiat, aniles adhuc fabulae sunt quaecumque retulisti. Tu mihi videris (inquit Demoniachus) cum ista dicas, ne deos quidem esse credere. Si quidem putes fieri non posse, ut per sacra nomina remedia morbis adferantur. Hoc, inquam ego, vir optime ne dixeris, nihil enim prohibet, quo minus, etiam si maxime dii sint, ista tamen sint vana. Ego vero et deos colo, et medelas eorum video, et levamenta, quae laborantibus conferunt pharmacis videlicet, atque arte medica restituentes. Itaque Aesculapius ipse, eiusque posterii salutaria pharmaca admonentes medebantur aegrotis, non leones, aut mustellas circumligantes. Mitte hunc inquit Ion. At ego vobis mirabile quiddam narrabo. Erans adhuc adolescentulus, annos natus ferme quattuordecim, cum quidam ad patrem meum venit nuntiatus ei Midam vitis cultorem servum, etiam alijs in rebus robustum, atque industrium, circa plenum iam forum a vipera morsum, iacere iam putrefacto crure. Etenim dum ligaret palmites, ac uallis circumplicaret ad repentem bestiolam, maximum ei pedis momordisse digitum. Tum illum quidem ilico aufugisse, et sese rursus in latebram condidisse. Illum vero eiulare perditum dolore. Hac ergo cum nuntiaretur, iam Midam ipsum videbamus in letifica domum esse conseruis adportari, inflatum totum, lividum, ac superficie tabefactum vix iam spirantem. Pater ergo, cum id moleste ferret, inquit, Ego enim virum quendam Babylonium ex Chaldaeis quos vocant proci-

nus huc adducam, qui sanabit hominem, & , ne diem
 narrando contrari, uenit Babylonius, ac Midam resti-
 tuit, effugato ex corpore ueneno quadam incantatione
 & ad pedem eius appenso uirginis defunctæ lapillo,
 quem è columna exciderat. Atque istud quidem hæc-
 nus forsitan mediocre fuerit. Tum Midas iam ipse subla-
 to, in quo allatus erat, scabello, discessit in agrum, tan-
 tum ponit incantatio, & columnaris ille lapis. At idē
 iste Babylonius alia præterea diuina planè fecit. Nenu-
 pe in agrum profectus mane, cum pronuntiasset sacra
 quædam ex uenusto codice, septem nomina, sulfure, ac fa-
 ce lustrato loco in orbem ter obambulans, serpentes om-
 nes inuitos exiuit, quicunq; intra eam regionem erāt.
 Veniebant ergo tanquam ad incantationem tracti, ser-
 pentes multi, atq; aspidēs, & uiperæ, & cerastæ, et ia-
 culi, phryniq; , ac physali, relinquebantur autem unus
 draco, annosus prorepere, ut opinor, ob senectatem non
 ualens, qui non fuerat audiens dicto. At magus. Non
 adsunt omnes inquit. Tum unum quendam ex serpen-
 tibus eum uidelicet, qui nam minimus erat, selectum
 legatum mittebat ad draconem. ac paulopost uenit eti-
 am ille. At postquam iam collecti constisissent, Babylo-
 nius in eas insibilauit. Atq; illi repēte admodū omnes
 ab eius flatu incensi sunt, nobis interim admirantibus.
 Tum ego dic mihi inquam Ion, Serpēs ille legatus, in-
 uenem illum dico, utrum manu pduxit draconem, qui
 iam (ut ais) senuerat, an ille baculum gestans innite-
 batur? Ludis mi quidem inquit Cleodemus. At ego, qui
 & ipse quoq; olim minus talia credebam q̄ nūc mi pita-
 bā enim nulla ratione fieri posse, ut ea crederem, tamen

PHILOPSEVDES, SE V

cum volantem primum conspicerem peregrinum illum barbarum (erat autem, ut ferebant, ex Hyperboreis) credidi ac victus sum, cum tamen nullum diuque repugnassem. nam quid facerem, cum eum cernerem in aere volantem, atque id interdum ac super aquam ingredientem, atque per medium ignem incedentem, idque lente ac sensim? Tu ne inquam ego ista videbas virum Hyperboreum volantem, aut super aquas ambulantem, et maxime (inquit ille) carbatinis indutum, quo calcianunt genus illi potissimum utuntur. Nam minutula ista, quid attinet referre, quaecumque fecit, quo pacto amores immiserit, ac demones exegerit, mortuosque maridos in vitam revocauerit, atque Hecaten ipsam palam conspectibus exhibuerit. Lunamque ex caelo detraxerit? Quin ego vobis referam quae ab eo fieri conspexi in Glaucia Alexidis filio. Glaucia hic, cum patris nuper defuncti substantiam suscepisset, Chrysidem amabat Demeneti filiam, ac me quidem preceptore in disciplinas utebatur, ac nisi amor ille a studio deduxisset eum, universam peripateticorum doctrinam perdidisset, ut qui octo et decem cum esset annorum iam absoluerat analytica, tum physicam auscultationem in finem usque percurrerat. Amore tamen victus, mihi rem omnem significat. Ego vero, quae admodum par erat, quippe qui preceptor eram, Hyperboreum illum magnum ad eum duco, conductum quatuor illico minis in manum datis, oportebat enim preparari quiddam ad sacrificia, tum sedecim praeterea, si Chryside possetur. Ille vero crescentem observans Lunam. (nam tunc ut plurimum huiusmodi sacra peraguntur) fossam cum effodisset, in aperto quodam loco domus, subdio

circa mediam noctē, euocauit nobis primū quidē Ana-
xicleni Glauciæ patrem, ante septem menses uirā defun-
ctum. Succensebat autem ob amorem senex, atq; indis-
gnabatur. Tandem tamen ei p̄misit, ut amaret. Postea
uero Hecaten quoq; eduxit, adferentem unā cerberum
Tum lunam detraxit multiforme quoddam spectacu-
lum, & qđ aliās aliud apparebat. Primum qđeni mu-
liebrem formam referebat, deinde in uaccam formor-
sam uertebatur. Postremo uero caula uidebatur Hyper-
boreus ille tandem, cum finxisset quēdam è luto Cupidi-
nem, Abi inqt, atq; huc pducas Chrysidem, ac lunam qđ-
eni protinus exolabat, paulo post autē affuit illa pul-
sans ostium. Tū ingressa Glauciam complectitur, eum
quam insanissime deperies, & cum eo uersata est, quo
ad gallos canentes audiuimus. Tum uero Luna subuo-
labat in cælum, atq; Hecate subiit terram, cæteraq; spe-
ctra disparuerunt. & Chrysidem tandem emisimus cir-
ca ipsum fermē diluculū. Hæc Tychiades si conspexisset
haudquaquam amplius dubitasset, esse multa in carmi-
nibus istis cōmoda. Bene dicis inquā, ego credidissē
eqđeni, si uidissē ea. nunc uero ignoscendū mihi puto
si qualia uos uidetis, acutē p̄spicere nō possim. uerum
tamen Chrysidem illam, quam dicis, noui mulierē pla-
nē meretricem ac facilem, nec uideo sanē cuius grātia
ad illam egueritis luto illo legato, magoq; ex Hyper-
boreis usq; atq; ipsa insup Luna, q̄ppe quam uiginti dra-
chmis ducere in Hyperboreos usq; potuisses. Mirifice. n. se
se offert ad hanc incantationem mulier. Et contrarium
quoddam spectris istis habet. Nam ea quidem aris ferri
ue sonū si audierint, fugiunt (nam id uos p̄dicatis) illa

vero si argentum usquam sonnerit, accurrit ad annitum.
 Præterea ipsum etiam magnum admiror, quod cum di-
 versissimas mulieres in amore sui possit elicere, atque ab eis
 solida talenta suscipere, is tamen ob quatuor minas ad-
 modum tantilli lucelli avidus Glauciam amoris com-
 potè fecerit. Ridicule facis inquit Ion, qui nihil credis.
 Ego te libenter ergo rogauerim, quid de ijs respondeas,
 qui daemoniacos liberant erroribus, adeo manifeste spec-
 tra illa carminibus eicientes. Atque Hæc me dicere non
 opus est, verum omnes nouerunt. Syrus ille ex Palæsti-
 na, qui harum rerum artifex est, quam multos mortu-
 les suscipiat, qui ad Lunam concidant, oculosque distor-
 queant, spiritumque os oppleant, quos tamen erigit, ac sa-
 nos remittit, magna accepta mercede, diris eos malis li-
 berans. Etenim cum iacentibus iacet, rogaueritque, unde
 sint in corpus ingressi, ægrotus quidē ipse tacet, at dæ-
 mon vero respondet, aut lingua græca loquens, aut bar-
 barica, aut undecumque fuerit ipse, & quomodo, et unde
 intravit in hominem. Ille vero adiurans eum, ac ni parue-
 rit, minitans etiam, expellitque, abigitque daemonem. Quin
 ego quoque daemonem quendam exivisse vidi nigrum
 certe, & colore fumidum. Non magnum erat inquam
 ego talia te o Ion cernere. cui ipsæ etiam apparent Idææ
 quas uestra familia parens ostendit Plato, rem videlicet
 spectatu tenuem, atque evanidam, quantum ad nos
 homines lusciosos. Itane solus Ion, inquit Eucrates istius-
 modi vidit, ac non alij etiam multi inciderunt, in dæ-
 mones, alij noctu alij etiam interdum? Ego profecto non
 semel, sed millies iam talia conspexi, ac primum quidē
 turbabar ad ea, iam vero ob consuetudinem nihil no-

num, aut prodigiosum mihi videre videor, maximeq;
nunc, ex quo annulum mihi Arabs dedit ex ferro, de
cruce quapiam sumpto, factum, carmenque docuit no-
minibus multis plenum, nisi forte ne mihi quidem si-
denis habimur Tychiade. At qui fieri possit inquā,
ut Encratē non credam Dinonis filio, viro in primis sa-
pienti, ac libere, quæ sibi videntur, domi in privato suo
cum auctoritate narranti? Illud ergo de statua inquit
Encrates, quæ omnibus, qui in domo sunt, singulis no-
stribus apparet, tum pueris, tum adolescentibus, tum
senibus, hoc inquā non à me diutaxat audieris, ver-
um etiam à nostris omnibus. De qua statua inquā
ego? Non vidisti, inquit cum ingredereris, statuam
quandam in Atrio collocatam, sanè quam pulchram,
opus Demetrii, qui statuas humana specie fingere con-
suevit? Non ne illam dicis inquā, quæ discum iacit,
quæ inclinata est ad emissuri gestum reflexa in eam,
quæ discum fert, altero pede modice inflexo, quæque se
erectura videtur unā cum iactu? Non illam inquit,
nam unum est ex Myronis operibus ille disci iactator,
quem dicis. Sed nec eam, quæ est ei proxima, eam lo-
quor, cui tænijs caput iunctum est, formosam illam,
nam id Policlei opus est, verum eas, quæ à dextra
sunt, egredientibus omittē, inter quas et tyrannicidæ
illi stant, Crisæ Nesiotæ plasmata, si vero an non ad
aquam illam, quæ influit, quampiā vidisti ventre pro-
minulo, caluam, seminudatam, uulsis quibusdam bar-
bæ pilis, insignibus uenis, uero homini squallidam? Pe-
lichus dux Corinthius esse videtur. Per Iouem inquā
vidi quandam à dextra Saturni, quæ tæniās, coronasq;

aridas habebat, pectoreq; folia quadam inaurata. Ego inquit Eucrates, ea inauravi, cum me sanasset triduo febre pereuntem. Erat'ne igitur etiam medicus inquam ego optimus iste Pelichius? Est, neq; ride inquit Eucrates, alioquin homo te haud multo post invadet. Non ego certe quantum valeat hæc, quam tu rides, statua. An non eiusdem putas esse immittere febres, in quos voluerit, quandoquidem potis est eijcere? Propicia inquam, placataq; sit hæc statua mihi, quæ tantum valeat. Quidnam ergo aliud facientem eam viderunt omnes, qui in domo sunt? Cum primum nox est inquit, hæc è base descendens, in qua steterat, in orbem totam domum circuit, omnes accurrunt ei interdum etiam cenentem, nec quisq; est, quem unquam læserit, divertere tantum oportet, illa vero præterit nihil inuictes infestans, cum & lavat sæpe, & tota nocte ludit, ut ex ipso aquæ strepitu licet audire. Vide ergo inquam ego, ne forte non Pelichius hæc statua sit, sed Talus potius Cretensis, qui apud Minoenem fuisse dicitur. Nam & ille æreus quidam Cretæ custos erat, quod nisi ex ære non autem ex ligno facta esset, nihil eam prohiberet, cum non opus Demetrii, sed una potius ex Dædali machinis esse videatur. E' Base nanque (ut ais) etiam ista fugit. Vide inquit, o Tychiade, ne te posthac scommatis huius pœniteat. Nonne quidem ego quid illi euenerit, qui obolos surripuit, quos ei quoq; nos milunio suspendimus. Prorsus atrociora inquit Ion, oportebat accidere, quippe qui sacrilegus erat, quomodo ergo illum ultus est, o Eucrates? Nam audire cupio, etiam si quammaxime Tychiades iste diffusus est. Multa inquit ille, ad pedes eius oboli iacebant, aliaq; item numismata

misimata quadam argentea ad crus eius affixa cera,
 ac laminae quoque argenteae, nota cuiusque, aut merces ob
 sanationem eius, qui ab eo liberatus esset, cum febre de
 rineretur. At erat nobis seruus quidam Libycus scelerat
 us, equorum curator. Hic nocte aggressus est ea aufer
 re omnia, abstulitque, digressam iam cum observasset sta
 tuam. At cum primum reuersus intellexit sacrilegio se
 compilatum Pelichus, uide quo pacto sese ultus est, atque
 furum prodidit Libycum. Tota nocte Atrium obambulabat
 in orbem misit, non exire uales, tanquam in labyrinthum
 incidisset, quoad orta die iam deprehensus est, ea tenens,
 quae furto abstulerat, ac tum quidem comprehensus plas
 gas non paucas recepit, nec temporis multum superstes
 malus male periit, uapulans, ut dicebat, singulis noctur
 nis, adeo ut uibices postridie apparerent in corpore. I
 nunc, & post ista quoque Tychiades Pelichum ride, ac
 me tanquam coetaneum Minoi iam delirare puta. At
 o Eucrates, inquam ego, quamdiu as erit as, operisque
 plastes Demetrius Alopecensis fuerit, qui non deos, sed
 homines fingere consuevit, Pelichi nunquam statuiam
 uerebor, quippe qui nec ipsum etiam uiuentem, si mihi
 minaretur, admodum timuissim. Ad hac medicus An
 tiochus. Et mihi o Eucrates (inquit) Hippocrates areus
 est, magnitudine ferme cubitali, qui tunc duntaxat, cum
 lucerna extincta sit, totam in orbem domum ambit, per
 strepens, ac pyxides euertens, pharmacaque commiscens,
 atque ostia circumuertens, maximeque si quando sacrificia
 praetermittimus, quibus in singulos annos ei sacrificamus
 Postulat ergo inquam ego etiam Hippocrates medicus
 iam, ut sibi sacrificetur, indignaturque, nisi in tempore iue

storum sacrificiorum epulis accipiantur? quem nimirum decebat boni consulere, si quis ei libauerit, aut mulsum insperferit, aut caput coronauerit. Audi ergo inquit Eucrates, istud certe etiam testibus probauero, quod ante annos quinque uidi. Erat ferme uindemia tempus. Ego uero in agrum circa meridiem uindemiatum dimissis operarijs, in syluam solus abibam, cogitans interim quidam, atque considerans. At postquam in saltum perueni, canum primo latratus insonuit. Ego uero Mnasona filium meum cum aequalibus uenientem ludere, uenarique (quemadmodum solebat) coniciebam. At res haudquaquam sic se habebat, uerum paulo post facto terræ motus, sonoque uelut è tonitru, mulierem aduenientem uideo terribilem, proceritate ferme semistadiali, habebat autem in sinistra facem, in dextra uero gladium uiginti circiter cubitorum et inferne quidem pedibus erat serpentinis, superne uero Gorgonem referens uultu, uidelicet, atque aspectus horrore, pro coma quidem draconibus tanquam caesarie circumcincta, alijs collum amplectentibus, alijs etiam per humeros sparsis. Videte inquit, amici, quo pacto etiam inter narrandum exhorui, Et simul hæc dicens Eucrates, ostendit omnibus brachij sui setas erectas metu. Ion ergo, ac Dinomachus, et Cleodemus uehementer inbiantes auscultabant eum uiri senes, tanquam naribus traherentur, adorantes apud sese tam incredibile Colossum mulierem semistadialem, gigantum quoddam mormolocium. Ego uero considerabam interim, cuiusmodi erant ij, qui cum iuuenibus sapientia nomine uersentur, uulgoque in admiratione habeantur, cum sola nimirum canicie, barbaque

ab ipsis differant infantibus. Caterum etiam illis ipsis
 facilis ductiles ad credenda mendacia. Dinomachus
 ergo, dic mihi inquit, Eucrates, illi canes deæ, quanta
 magnitudine erant? Elephantis inquit ille, proceriores
 Indicis, nigri & ipsi, hirsuti que, sordido squalidoque
 nullo. Ego igitur, cum viderem, restiti, inuerso protinus
 in interiori digiti partem (quod Arabs mihi dederat)
 sigillo. Hecate ergo percussio draconicis illis pedibus
 solo, hiatus effecit maximum, & quæ immensa
 magnitudine penitus æquaret tartarum. Deinde paulo
 post abiit in eum defiliens. Ego vero præsentis animo,
 porrecta cervice inclinatus, inspexi apprehensa arbore,
 quæ iam, quæ vicina stabat ne obortis mihi tenebris, ac
 uertigine, in caput præceps inciderem, deinde conspexi
 ea, quæ in inferno sunt omnia pyriphlegethonem,
 lacum, Cerberum, manes, adeo, ut quosdam etiam eorum
 agnoscerem. Patenti ergo in eum manifeste cernebam
 adhuc his ipsis amictum, quibus eum sepeliueramus.
 Quid agebant, inquit Ion, ò Eucrates animæ?
 Quid aliud, inquit ille, quam per tribus, familiasque cum
 amicis, cognatisque versatur, in Asphodelo collocati?
 Contradicant ergo etiam nunc, inquit Ion, Epicurei sacro
 Platoni, eiusque de animarationibus. At tu non ne Socratem
 etiam ipsum Platonemque uidebas inter manes? Socratem,
 inquit, vidi, neque illum tamen euidenter, nisi quod
 inde conieci, quoniam caluus, ac ventricosus erat. Platonem
 vero non cognoui. Nam apud amicos nimis uera fateri oportet.
 Simul ergo atque ego omnia conspexi, & hiatus coijt
 & ex famulis meis quidam querentes me, atque in his Pyriphlegethonibus
 hic superuenere hiatus non dum plane obducto, dic

Pyrhia, an non vera narro? Per Ioueni inquit Pyrrhi-
as, & latratum audiri per hiatum, & ignis quidem
à face mihi suffulgere uidebatur. Tum risi ego profecto,
teste latratum, ignemq; in cumulū addente, Tum Cleo-
denus, haudquaquam noua ista inquit, neq; alijs inui-
sa uidisti. Nam & ipse haud ita prudens cum agrotar-
em, tale quiddā conspexi. Prospiciebat mihi curabatq;
Anāgonus hic, ac septima dies erat. Febrisq; ò qualis?
incendio certe uehementior. Omnes ergo me relinquen-
tes solum, clausis foribus foris manebant. Sic enim inisse-
ras Anāgone, si quo pacto possem obdormiscere. Tunc
igitur astitit mihi iuuenis quidam uigilanti, pulcher ad-
modum, ueste circumamictus candida. Ac me cum ex-
citasset, per hiatum quendam ducit ad inferos, sicuti ili-
to cognoui, Tantalum cum uiderem, ac Tityum, Sisy-
phumq;. At cetera nobis quid cominemorem? Postquā
uero ad tribunal perueni (Aderat autem & Æacus, et
Charon, Parcaq;, atq; Erynnes) quidam uelut rex (Plu-
to certe mihi uidebatur) assedit, singulorum nomina prae-
censens, qui morituri erant, quos diem iam uita prae-
scriptum praeteriisse contigerat. Iuuenis ergo me adducens
illi exhibuit. At Pluto tunc incanduit, & ad eum, q me
ducebat, non dum illi completū est stamen inqt. Abeat
ergo. Tu uero fabrum Demylum adhuc, iam siquidem
ultra colum uenit. Tum ego latus recurrens, ipse quidē
iam febre liber eram, denūtiabam uero omnibus, quod
Demylus esset moriturus. Manebat autem nobis in uici-
nia agrotans etiam ipse non nihil, ut renūtiatum est.
Ac paulo post audimus eiulatum eorum, qui lugebāt
eum. Quid miri est inquit Anāgonus? Ego enim quē

dam noni post vigesimum diem, quam sepultus est, resurrexisse, nam hominem & ante quam moreretur, & postquam resurrexit, ipse curavi. Et quo pacto, inquam ego in diebus viginti, neque tabuit corpus, neque prater ea fame corruptum est, nisi fortassis Epimenidem quæpiam curasti? Hac cum diceremus, protinus ingrediebantur Eucratis filij è palaestra redeuntes. Alter quidem iam ex ephebis excesserat, alter vero annos natuſ erat circiter quindecim, tum salutatis nobis iuxta patrem adfidebant in lecto, ac mihi quidem sella illata est. Tum Eucrates tanquam è conspectu filiorum admonitus, sic his frui mihi contingat inquit, simulque manum eis iniecit, ut apud te Tychiades vera narrabo. Felicis memoria uxorem meam horum matrem noverunt omnes quo pacto dilexerim. Nam declaravi his rebus, quas in eam feci, non modo dum viveret, verum etiam postquam vita functa est. Quippe qui mundum eius universum, vestemque, qua, dum viveret, oblectabatur, in rogi illius iniecerim. Septima vero post mortem die, ego quidem hic in eundem lectum incubebam, quemadmodum nunc, lectum eum mihi committas, quem de illa conceperam. Legebam enim Tacitus Platonis illum de anima libellum. Ingreditur interim Demenete ea ipsa, atque adfidet iuxta, quemadmodum nunc Eucratis hic, minorem designans filium. Hic vero illico tremuit admodum pueriliter, ac dudum ad narrationem pallebat. Ego vero, inquit Eucrates, ut conspexi, amplexus eam singulam lachrymabam. Illa vero me nociferari non patiebatur, verum incusabat me, quod, cum ei fuisset in reliquis gratificatus omnibus,

& sandalijs aureis alterum non cremaveram, superesse
 autem id dicebat, qd sub arca ceciderat, atq; ob id nos
 cum non inveniremus, alterum tantum cremaveram
 mus. Nobis autem adhuc differentibus scelestissimus
 qdam caniculus, q mibi in delitijs erat in lecto cubas
 allatrabat, ea vero ad latravit evanuit. At sandalium
 sub arca repertum est posteaq; à nobis incensum. An hæc
 etiam Tychiades recusabis credere, cum tam sint evidẽ
 tia, quotidieq; servantur? Per Ioveni inquam ego digni
 fuerint, quibus aureo sandalio nates puerorum more fe
 riantur, siqui ista non credant, atq; usque adeo impuden
 ter vero resistent. Interea Pythagoricus intrabat Aru
 gnotus, comatus ille, ab aspectu venerabilis. Nosti illũ
 doctrine nomine celebrẽ, q cognominatur Sacer. Atq;
 ego qdeni ut eum conspexi, respiravi, hoc ipsum quod
 proverbio dici solet, advenisse mibi ratus, nempe secur
 vim quampiam adversus mendacia, occludet inquam
 eis ora vir sapiens, adeo monstrosa narrandis, atque
 prorsus iuxta vulgatum illud adagium repente deum
 immissum esse mibi hunc à fortuna putabam. Hic vero
 postquam adsedit, assurgente ei, ac cedente Cleodemo
 primum de morbo percontatus est, seq; audisse dicebat
 Eucratem iam se melius habere. At quidnam inquit, in
 ter vos philosophamini? Nam interim, dum ingredie
 bar, subauscultavi, ac mibi certe videmini in re quapi
 am pulchra conuersari. Quid aliud inquit Eucrates,
 quàm ut huic adamantino persuadeamus (me demon
 strans) ut dæmones credat aliquos esse, phantasmataq;
 ac mortuorum animas super terram obambulare, &
 sese quibus libitum fuerit ostendere. Ego igitur erubui,

multumq; deiecit reueritus Arignotum. At ille uide, inquit Eucrates, num hoc dicat Tychiades. Eorum tantum, qui uolenter interierint, animas errare, uelut si quis suffocatus, aut capite truncatus cruce suffixus fuerit, aut alio quopiam istiusmodi modo è uita discesserit, eas uero, quæ fatali morte, naturaliq; discesserint, haudquaquam amplius oberrare. Nam si hoc dicat, non usque adeo absurda dixerit. Per Iouem inquit Dinomachus, ne esse quidem istiusmodi, nec præsentia cerni putat. Quid ais inquit Arignotus? in me torue aspiciens? nihil horum tibi uidetur fieri? Præsertim cum omnes (ut ita dicam) uideant? Ignoscas inquam ego mihi si non credo, nam solus omnium non uideo. Quod si uidissem, profecto & credidissem quemadmodum et uos. Atqui inquit ille, si quando Corinthum ueneris, roga ubi sit Eubaidæ domus. Atque ubi tibi fuerit indicata, nempe circa Cranæum, in eam ingressus, dic Ianitori Tibio, uelle te uidere, unde dæmonem Pythagoricus Arignotus cum adduxisset, abegerit, ac deinceps habitabilem domum reddiderit. Quidnam hoc erat Arignote, rogabat Eucrates. Inhabitabilis erat, inquit, ille diu propter terricula, quod si quis inhabitasset, exarsisset ilico fugiebat ex ætæ a quodam horrendo, ac terribili spectro. Deciderat ergo iam, tectumq; rumpatur, neq; quæquam erat omnino, quæ in eam ingredi fuerit ausus. Ego uero ubi hæc audiui, libellos sinens (sunt autem Aegyptij mihi de talibus rebus admodum multi) ueni in domum circa primam uigiliam, dehortante hospite, ac ferme detinente, postq; didicerat quorsum essem, incertum, ut putabat, exitum. At ego sumpta lu

terna, solus ingredior, atq; in vastissimo atrio collocato lumine, humi sedens tacite legebam. Adest uero damo ille, cum quopiam è vulgo se cōgressurum ratus, ac me quoq; quemadmodum alios, perterriturum. squalidus hirsutus, ac tenebris nigrior. Atq; hic cum adstaret, undiq; me adfulam petens tentavit, si qua posset expugnare, ac modo in canem, modo in tantum, modo in leonem vertebatur. At ego correpto in manum quam maxime horrendo carmine, simulq; nocenti imitatus ægyptiam incantans eum in domicilij tenebroso angulū quemdam compuli. At cum animaduērāssem, ubi se in terrā condidit, tum desit. Mane autem desperatibus uniuersis, ac me, quemadmodum alios, mortuum sese repturos putantibus, præter omnium spem progrediens Eubati de adeo, feliciter illi adnūcians, quod puram sibi, ac spectris liberam domum iam liceret incolere. atq; illum assumens, aliorq; multos (sequebatur autem huius inopinata rei gratia) cum ad locum duxissem, ubi condentem se damona cōspexeram, iussi ut sumptis ligonibus, matulisq; suffoderent. Atq; ubi id fecerant, inuentum est ferè ad passum defossum cadaver quoddam marcidum, ossibus tantum humana specie coherentibus. Illud igitur effossum sepelimus, domus uero postea turbari prodigijs desit. Hæc mihi narrauit Arignotus, uir prodigiosa sapientia, ac reuerendus omnibus, nemo erat ex ijs, qui aderant, qui non multam mihi imputaret infamiam, qui talia non credam, narrante præsertim Arignoto. Ego tamen nihil ueritus, neq; comam, neq; illam quam de eo habebant, opinionem. Quid hoc inquam Arignote. Etiam tu talis eras, in quo mihi sola spes fiat

fumo plenus, ac simulachris? Illud ergo nobis in te, qđ dici solet, euenit, ut thesaurum cum sperauimus, carbonem offenderimus. At tu inquit Arignotus, si neq; mihi credis narranti, neq; Dinomacho, aut huic Cleodemo, neq; ipsi Eucrati, dic age queniam digniorem cui his de rebus fides habeatur, existimas, qui nobis dicat contraria. Per Iouem inquam ego uirum apprimè mirabilem. Abdera oriundum illum Democritum, cui tam firmiter erat persuasum eiusmodi nihil esse in rerum natura posse, ut cum se in monumento extra portas clausisset, ibiq; degeret dies, noctesq; scribens, atq; cōponens iuuenesq; eum quidam illudere cupientes, ac perterrefacere, nigra ueste in modum cadaueris ornati, ac pscnis in capita adfectis circumstantes illum circumfilirent, crebro subsilientes, hic neq; eorum cominenta peramuerit, neq; eos omnino respexerit, sed inter scribendum desistite, inqt, inepare. Adeo firmiter credidit animas nihil esse postquam è corporibus exierint. Hocine ais, inquit Eucrates, dementem quenpiam uirum esse Democritum, siquidem sic existimauit. Ego uero nobis etiā aliud referam, quod mihi ipsi contingit, non qđ ab alio acceperim, fortassis etiam tu Tychiades, cum audieris compelleris accedere, ipsa narrationis ueritate coactus. Cum in Aegypto uersarer, adhuc adolescens à patre uidelicet doctrinae gratia transmissus, cupiebam nauigio profectus in Coptum illinc adiens Memnonem, miraculum illud audire, eum uidelicet sonum reddentē ad orientem Solē. Illum igitur audiri non hoc uulgari modo, quo audiunt alij, sonum quempiā inanē sed mihi oracula etiā edidit Memnon ipse apto ore septena

PHILOPSEVDES, SEV

uerfibus, quod nisi esset supernacaneum, ipsos nobis uer-
sus recenserem, Inter nauigandū uero incidit in nos unā
nauigans uir Memphiticus qdam, ex sacris illis scribis,
mirabili sapientia, Et qui uniuersam Aegyptiorum do-
ctrinam callebat. Dicebatur autem tres ac uiginti an-
nos in adytis subterraneis mansisse, Magiam interea
doctus ab Iside. Pancratem dicis (inquit Arignotus)
praeceptorem meum, uirum sacrum, rasum lincis indu-
tum, doctum, pureq; lingua graeca loquentem, procerū,
simum, labijs promissis, cunibuscq; gracilibus. Illum ip-
sum inquit ille, Pancratem, ac primum qdeni quis esset
ignorabam. At postquam uidi eum, si quando in por-
tum appulissetur, cum alia multa miracula facientem
cum Crocodilis insidentem agitaſſe, Et cum feris uer-
ſantem, illas uero reuerentes eum caudisq; adulantes,
agnoui sacrum quempiam uirum eſſe, paulatimq; co-
mitate mea me in eius amicitiam, ac familiaritatem in-
ſinuauit, adeo ut omnia mihi arcana communicaret, ac
tandem mihi pſuadet, ut ſanctis omnibus in Mēphis
dereliectis, ſe ſolus conſequerer, neq; enim deſuturos no-
bis miniſtros, Atq; ex eo tempore ſic uitam duximus.
Cum in diuerſorium quodpiam ueniremus, homo ac-
cepto piſtillo, ſcobinae, aut peſſulo, neſtibus implicās,
cum in id carmen quoddam dixiſſet, effecit ut ambula-
ret, utq; alijs omnibus homo uiſeretur. Illud ergo abiēs
Et aquam hauriebat, Et cœnam parabat, iſtrnebatq;
atq; in omnibus commode ſubſeruebat, miniſtrabatq;
nobis. Deinde poſtquam iam ſatis huius miniſterij fuiſ-
ſcobinam rurfus ſcobinam, ac peſſulum peſſulū aliud
recitans carmen reddebat. Hoc ego uehementer conaſus

non reperiebam quo pacto ab illo expiscarer. Nā id mihi inuidebat, quāquam in alijs esset facillimus. At quadam die in angulo quodam tenebricoso clam illo delitescens subauscultavi propius incantationem illā. Erat autem trisyllaba. Tum ille cum pistillo mandasset, quæ curanda erant, abiit in forū. At ego postridie illo apud forum occupato, acceptum pistillum, cum ornassem, syllabas illas simili modo pronuntiās, aquam iussi ut hauriret. Tum impletam amphoram cum tulisset, desiste inquam, neque aquam amplius haurito, sed rursus esto pistillum. At illud mihi haud amplius iam obtimpera re volebat, sed aquam hauriebat continue, quoad hauriēdo totam domum nobis impleret. At ego cum resistere huic rei non valerem, timebam autem ne Pācrates reuersus (id quod etiā euenit) irascereur, correpta secure Pistillum in duas partes dissecto. At utraq; pars amphorā sumens hauriebat aquā, iamque unius loco duo mihi ministri esse cœperunt. Interea Pancrates superauit ac reintellecta illas quidem in ligna rursus, quemadmodū ante carmen erant, mutauit. At ipse me clanculum relicto, nescio quo clanculum se subducens abiit. At possis istud etiā nunc inquit Dinomachus, hominem ex Pistillo facere? Per Ionem inquit ille dimidia ex parte scio nam in priorem formam nunquam à me restitui potest postquam semel aquarius esse cœperit. Sed deferenda nobis domus esset aquæ iam impleta. Non desistitis inquam ego huiusmodi monstrosa narrare uiri senes? Alioquin horum saltim adolescentium gratia incredibiles istas, ac terribiles fabulas aliud in tempus omitte, ne clanculum terroribus, ac prodigiosis fabulamētis

impleantur. parcere ergo eis oportet, ne talia cōfueſcant
audire, quæ eos per totam uitam comitata perturbabūt
atq; ad omnē ſtreptum meticuloſos reddent, poſteaquā
eos omniſgena ſupſtitione impleuerint. Recte admonuiſti
me inq; Eucrates, cum ſuperſtitionem dixiſti. Nam
quid tibi Tychiade de rebus huiusmodi uidetur, de ora-
culis loquor, ac uaticinijs, & quæcumq; quidam numi-
ne afflati proclamant, q̄ ne ex adytis audiuntur? aut q̄
uirgo numeris eloquēs futura prædicāt? an uidelicet nec
taliam credis? At ego quod annulum quendam ſacrum
habeo, Pythij Apollini imaginem exprimentem ſigillo, q̄
hic Apollo mecum loquitur, non dico ne tibi uidear
ad gloriam meam res incredibiles narrare. Ceterum
quæ apud Amphilochum audiui in Mallo heroe me-
cum diu differēte, deumq; meis de rebus conſulente, tū
quæ ipſe uidi, uolo uobis narrare. Deinde ex ordine &
quæ uidi in Pergamo, & quæ audiui in Patariis. itaque
cum ex ægypto redirem domum, audireniq; illud in
Mallo uaticinium, aperōſſimum, ſimulac ueriſſimum
eſſe, tamen ſic oracula dare, ut ad rem reſpondeat ijs, q̄
cumq; propheta quiſpiam in ſchedulam inſcripta tra-
diderit, recte me facturum putau, ſi dum præter nauis
garem, experiret oraculum, deūq; de futuris quippiam
conſulerem. Hæc adhuc Eucrate dicente, cum uiderem
q̄ longereſ eſſet proceſſura, quodq; non breuem incepiſ-
ſet de oraculo tragædiam, ratus non expedire, nū ſolus
contradicerem omnibus, relinquēs eum ex Aegypto ad-
huc in Mallum nauigantem. (Nam & intelligebā mo-
leſtam illis eſſe præſentiam meam, ut pote qui diſſentire
refellereniq; eorum mendacia) Atqui ego ab eo inquā

quasiurus Leontichum, nam opus habeo cum eo congregari. At vos, quandoquidem parum sufficere vobis res humanas putatis, ipsos etiam deos denique in fabularum vobis partem vocare. Atque hac simulac dixi discessi. Illi vero alacres iam libertatem nacti, ut est verisimile, multo sese epulis accipiebant, ac mendacijs ingurgitabant. Talibus ò Philocles apud Eucratem auditis, venio per Ioueni inflato ventre, non aliter quam ij, qui iusto potui sunt, opus habes hominu. Tum libenter alicunde magno emerim pharmacum aliquod, quod mihi obliuionem induceret eorum, quae audiui, ne me non nihil earum rerum laedat inhaerens memoria. Nempe monstra, daemones, atque Hecates mihi videre videor, Phi. Quin mihi quoque ò Tychiade tale quiddam hic sermo tuus attulit. Aitunt Et enim non solum in rabieni uertit, atque aquam formidare, quoscunque rabidi canes mordeant, uerum etiam si queni mordicus homo morsus momorderit, illum morsum quoque non minus canino ualiturum, atque eum Et etiam eodem modo formidaturum. Quin tu ergo uideris, cum sis ipse apud Eucratem à multis mendacijs morsus, mihi quoque morsum illum communicasse, adeo mihi mentem demonibus impleuisti. Tychi. At bono animo sumus amice, cum magnum aduersus huiusmodi res remedium habeamus, ueritatem, rectamque omnibus in rebus rationem, quo si utamur, nullis huiusmodi uanis, stultisque mendacijs turbabimur.

EIVSDEM LVCIANI DECLAMATIO
PRO TYRANNICIDA
EODEM MORO IN
TERPRETE.

Argumentum declamationis.

a Scendit quidam in arcem, ut Tyrannum occideret, at ipsum quidem non inuenit, filium autem eius cum peremisset gladium reliquit in corpore, tyrannus ingressus, ac filium iam conspicatus mortuum, eodem gladio se transfixit, is, qui ascenderat, ac tyranni filium interemerat, tanquam tyrannicida premium petit.

Declamatio.

c Vm duos tyrannos iudices uno die peremerim, alterum quidem iam aetate defectum, alterum vero florentem, eoq; ad scelus successione idoneum, adsum tamen unicuique ob utrumq; premium petiturus, idq; cum solus omnium, qui unquam fuerit tyrannicida, sceleratos duos uno ictu sustulerim, atq; mactauerim, filium quidem gladio, patrem vero nimio illo, quo in filium ferebatur, affectu. Tyrannus igitur ob ea, quae gessit, satis nobis supplicij dedit, quippe qui et vivens filium spectavit occisum, & tandem (quod mar

xine præter omnem spem fuit) ipse sui coactus est tyrannicida fieri. Filius igitur à me peremptus est, inferuinit autem mihi etiam mortuus, ad aliam mortē, nam qui uiuens iniurias unā cum patre fecit, mortuus patrem ut potuit interfecit. Qui tyrannidē ergo sustuli ego sum, ensisq; qui peregit omnia, meus est, ordinem tantum inuictum cedium, ac perimendi sceleratos nonnulli modum, illum qui forāior erat, & qui ulcisci poterat, amolitus ipse, senem uero soli relinquens gladio. Ego igitur ob ista etiam amplius aliquid à uobis expectabam, sperabamq; me præmia pro peremptorum numero susceperum, ut qui uos non præsentibus tantū malis eriperim, sed futurorum quoq; metu liberauerim, ac certam uobis libertatem præstiterim, nullo hærede scelerum relicto. At interim tot rebus à me præclare editis in periculum uenio, ne à uobis nullo præmio donatus abeam, solusq; mercede frauder, quam leges à me seruatae stauerunt. Hic itaq; meus aduersarius, nullo Reipublicæ studio istud agere uidetur, sed eorum cæde commotus, ut in eum, qui mortis eis causa fuit, ulciscatur. Sed uos iudices auscultate paulisper, dū tyrannidis mala (quāquam ipsi probe sciatis) expono. Nā & hoc pacto melius beneficij mei magnitudinem cognoueritis, & magis ijdē gaudebitis, reputantes quibus estis malis liberati. Neq; n. quem admodū alijs plerisq; iā sæpe accidit, ita nos quoq; simplicem tyrannidem, & unicam seruitutē sustinimus, neq; unius domini libidinem perculimus, sed soli omnium quos unquam similis pressit infelicitas, duos unius loco tyrannos habuimus, & in duplices miseri iniurias distracti sumus. At moderatior admodum

TYRANNICIDA

senex erat, & in ira nimior, & ad supplicia segnior, et ad libidines tardior, ut pote ætate iã impetus eius uehementiam cohibente, & uoluptatum appetitiones refrigente. Et ad causas quidem facinorum inuitus à filio dicebatur impelli, cum ipse non admodum tyrannicus esset, nisi quod illi parebat, nam in filium (ut iam ostendit) propensus supra modum fuit. Omnia illi filius erat, illi obtemperabat, & iniuste fecit, quicquid ille iubebat & puniebat, quos ille uolebat, in omnibus illi morem gerebat, ac deniq; sub illius tyrânide uinebat, & ultroque filij cupiditatum satelles erat. At inuenis uero honore ætatis gratia patri esset, & solo imperij nomine abstinuit, ceterum re ipsa tyrannidis caput ipse fuit. Firmitas quoq; ac tutamentum principatus ab illo pendebat quoniam & quod ex iniurijs provenit solus ipse fruebatur. Ille erat, qui satellites ducebat, qui custodias regebat, qui subditos feriebat, qui insidiatores terrebant. Ille erat, qui epheros rapuit, qui nuptias trimerant, cui uirgines adductæ sunt, & si qua cades erant, si qua exilia, si qua pecuniarum expilationes, tormenta, contumelie, hæc omnia inuenis fiebant audacia. Nam senex ipse obsequabatur, & comes in malis erat, & tantum filij scelera comprobabat. Et res quidem nobis intolerabilis facta est, nam cum animi libidines ab imperio sumunt licentiam, nullum iniuriarum finem faciunt. At illud tamen nos urebat maxime, diuturnam, immo æternam potius futuram hanc seruilitatem sciebamur, & tradendam per successionem esse Rempublicam, populumq; alij post alium domino. ac scelerato hereditatem cessuram. Alijs profecto non parvam spem hæc res facit, qd perpendere

perpendere possunt, ac secum dicere. At iam cohibebantur, at iam morientur, ac paulo post erimus liberi. De illis vero nihil tale sperabatur. Sed iam nunc paratum imperij cernebamus heredem. Quamobrem nec suscipere negotium audebat forivm quisquam, qui tamen eadem inecum cupiebant. Sed desperabatur omnino libertas & inexpugnabilis videbatur tyrannis, cum necesse esset tam multos aggredi. At me nihil ista deteruerunt. Neq; perpessa negotij difficultate detrahi. Neq; periculum expavi. Solus quidem solus, adversus tam fortem, ac multiplicem tyrannidem, immo vero non solus, sed cum gladio auxiliari conscendi. Sortem etiam tyrannicida mortem pra oculis habens, sed propriam tamen cadem communi libertate compensans. Cum in primam ergo custodiam incidissem, ac satellites haud facile amovissem, obvium quemq; perimens, & quicquid obstitere conficiens, in ipsum negotij caput ferebar, in ipsum unicum tyrannidis robur, in ipsam nostrae calamitatum materiam, & in summa arcis custodia sistens, cum illum conspexissem sese generose defendentem, atq; resistentem, vulneribus multis tamen interfectum, ac iam quidem sublata tyrannis erat, facinus confectum erat, atq; exinde proxinus omnes liberi. Senex relictus est ille, solus, inermis, custodibus exutus, magno illo satellite suo adempto, nec amplius ulla generosa manu dignus. Ibi ego mecum iudices talia cogitabam. Totum negotium meum bene se habet. Omnia peracta sunt, omnia strenue perfecta sunt. Quonam ergo iste, qui superest, plectetur modo? Me siquidem ac dextera mea indignus est. Praecipue vero facinore tam splendido, ac iuvenili & generoso con-

ſeſto. Cuius gloriam addita hac tã inerte cadẽ minue-
 reni. Dignum autem quærere carnificem quẽpiã opor-
 tet, uerum poſt erumnã tuã ne & hanc lucrificiat,
 uideat, puniatur, appoſitũ tantum enſem habeat, huic
 ego reliqua committo. Hac ubi ſtauiſſem, illinc amoli-
 or. Ille uero, ſicut ego ante diuinaueram, fecit, ac tyrannum
 interfecit, fabulãq; mea ſupremum actum addi-
 dit. Ad ſum ergo popularem uobis gubernationem affer-
 rens, & omnibus ſecuritatem denuntiãns, ac libertatẽ
 feliciter annuntiãns. Nunc igitur factis meis fruimini.
 Sceleratis. n. (ut uideatis) arx uacat, imperat autem ne-
 mo, ſed & honores trionere licet, & iudicare, & ex le-
 gibus contradicere, atq; hac nobis ex me, atq; hoc faci-
 nore meo proſecta ſunt, atq; ex illa una cade, poſtquam
 pater haud amplius uiuere potuit. Dignum igitur ob
 iſta cenſeo debitum à uobis mihi præmium dari, nõ qđ
 ſtudioſus lucri ſim, aut qui parua magnipendam, neq;
 quod ob mercedem de patria bene mereri in animum
 induxerim, ſed quod mea officia cupiã ueſtro præmio
 eſſe comprobata, ne deſpectus ſit, ne ue i glorius fiat me-
 us conatus, tanq̃ à uobis mancus, & præmio iudicetur
 indignus. At iſte contradicit, & me præter æquum ait
 facere, qui honorari uelim, ac præmium referre. Non. n.
 eſſe me tyrannicidã, neq; factum à me quicquam ſec-
 undum legem eſſe, ſed facto meo quiddã ad præmiũ
 petendũ deſſe. Rogo igitur eum, quid reliquum à me
 deſyderas? non uolui? non aſcẽdi? non perenii? non libe-
 rami? num imperat quiſquam? num iubet quiſquam?
 num dominus minatur quiſquam? num ne maleficorẽ
 effugit quiſquam? non dixeris. Sed omnia pacis plena,

Et leges omnes redditæ, Et manifesta libertas, Et popularis gubernatio firma, Et coniugia inuiolata, Et pueri extra piculum, Et uirgines tutæ, Et festas agentes ferias ob cõem felicitatem ciuitas. Quis est igitur horum omnium causa? quis illa sustulit? ista præbuit? Etenim si me quisquam est hoc honore dignior, illi hac mercede cedo, ac præmio istoc abstinco. Sin uero solus ego cuncta pegeri, audēs, periclitans, adoriēs, occidēs, puniens alterū in altero ulciscēs, quid mea calumniariis officia? quid ingratum erga me populum facis? At ipsum non occidit, si tyrannum, lex autē tyrannicidæ præmium statuit. Interest ergo quicquam, dic mihi, an ipsum pimas, an mortis ei causam præbeas? ego certe nihil puto nempe hoc solum legis lator spectauit, libertatē, Et popularem statum, ac sceleratorum amolitionē, istud honorauit, istud gratia dignum censuit, quod factum à me non esse, non queas dicere. Si. n. illum occidi, quo occiso, iste non potest uiuere, ipse nimirum mastrauit. Cædes mea, manus illius erat. Ne nimium ergo curiose de mortis modo disputes, neque ex amine quō interijt. Sed an amplius non sit, an per me est, quod amplius ille non est. Quandoquidem hoc quoque mihi uideris excussurus, Et sycophantam in bene merētes acturus, si quis non ense, sed lapide, ligno uel aut alio quopiam modo peremisset. Quid uero si tyrannum fame obsessum ad mortis necessitatem adegissem? etiam ne tuum requireres meamque manu peractam cædem? alioquin deesse adhuc aliquid mihi ad legem implendam diceres? atque id grauiore supplicio interfecto malefico? unum solum examina, istud interroga, in hoc curiosus ingre, quis facinorosus superest? quis iniuriæ metus im-

minet? quæ uestigia calamitatum? sin uero purgata sunt,
ac pacata omnia, sycophantæ est, modum rerum calu-
miantem, uelle præmio ipsis factis debito fraudare. Ego
siquidē hoc quoq; in legibus declaratum memini (nisi
forsan ob longam seruitutem sim quæ in illis dicuntur
oblitus) causas mortis duas esse, siue quis ipsa occiderit
seu si quis ipse quidem nō occiderit, neq; manu rem ges-
serit, coegit tamen, atq; occasionem necis dedit, aquali-
ter hunc etiam lex plectendum censeret, atq; admodum
quidem iuste, nam præbitam interitus causam nihilo in-
dicauit ipso facto minorem, ac reliqua iam de modo ne-
cis quaestio supernacua est. Illum ergo, qui sic occiderit,
puniendum tanquam homicidam æquum censeas, ab-
solutiq; nullo pacto uelis qui uero eodem, quo ille, modo,
ciuitati benefecerit, indignum bene meritis præmio du-
ces? Neq; enim istud possis dicere, me uidelicet id fecisse
tantum, bonum autem exitum quēdam temere nō me
id destinante consecutum. Quid ergo pertinuissē am-
plius, eo, qui fortior erat, interempto? Quid in uulnere
gladium reliquissē, nisi id ipsum omnino, quod erat
futurum, prædiuissē? Nisi hoc fortasse dixeris, quod
qui peremptus est tyrannus non erat, neq; hoc nomē ob-
stinebat, neq; multa uos ob id libenter, si necarentur, præ-
mia dedissetis, sed hoc nunquam dices. Ergo interēpto
tyranno, illi, qui necis causam præbuit, non reddes præ-
mium? o curiositate! quomodo necatus est curas, cum
libertate fruaris. Ab eo uero, qui Remip. reddidit ampli-
us quicq; desyderas? Atqui lex, (ut dicis) ipsum rerum
caput examinat, media autem omnia ualere sinit, neq;
ultra curiosius inquit, Quid enim, qui in exilium ty-

tyrannum compulisset, non honorem iam tyrannicidæ habuisset? Immo, ac valde quidem iuste. Nam & ille libertatem pro servitute præstitit. At quod à me factum est non exilium nec redintegranda rebelliois metus, sed omnino perfecta sublatio est, & generis illius universi interitio, ac totius mali radicatus excisio. Ac nunc per deos omnia mihi ab initio in finem usque (si videatur) exequite, an prætermisum quicquam ad implendam legem fuerit, & an quicquam mihi defuit, quod adesse tyrannicidæ debuit. Ante omnia igitur animi adesse generosum decet, atque Reip. studiosum, paratumque pericula pro communi commodo subire, ac propria morte multorum salutem redimere. Ergo ad id mihi quicquam defuit? An animo fractus sum? An pericula prospiciens, per quæ mihi vadendum erat, detrahiui? Non id dixeris. Mane ergo in hoc solo, ac me finge ex eo solo, quod volui, atque isto consilio fui, etiam si nihil inde boni provenisset, tamen ob inentem ipsam assurgentem præmium tamquam bene merentem petere, cum tamen ego non poterim, sed alius me secutus tyrannum occiderit, absque (dic mihi) aut absurdum esset, tribuere, maximeque si dicerem. O' viri, volui, cupivi, aggressus sum, atque animi mei signa dedi. Solus honore dignus sum, quid tamen? Nunc vero non id dico, sed & ascendi, & periclitatus sum, atque innumerabilia prius quam adolescentem peremeram, feci, neque enim rem usque adeo facilem esse suspicemini, custodiam superare, ac satellites opprimere, unumque tot viros avertere, sed ferme maximum in tyrannicidio, atque ipsum rei caput istud est. Nam ipse quidem tyrannus, non magnum opus est, neque magno negotio confis-

TYRANNICIDA

sciendum, neque expugnatum difficile. Sed ea potius, quæ
 muniant, ac tuerentur tyrannidem, quæ uicerit, is omnia
 peregerit. nam reliquum quidem, parum est. Si quidem
 istud ad tyrannum usque penetrare nequaquam licuisset
 mihi, nisi custodum qui eos cingunt, ac satellitum
 omnium uictori, ac nisi eos omnes prius deuicissem. Ni-
 hil amplius adijcio. Sed ijs rursus immoror, custodias su-
 perari, satellites inquam tyrannum incustoditum, iner-
 menti, nudum reddidi. ob hæc ne honore tibi dignus uir
 deor? An adhuc à me cadem postulas? Atqui si cadem
 etiam quæris, nec istud quidem deest. Neque enim in-
 cruentus sum, sed perpetravi magnam, ac nobilem ne-
 cem iuuenis florentis, atque omnibus metuendi, per quæ
 etiam ille tuus ab insidijs erat, quo solo confidebat, qui
 multorum loco satellitum suffecit. Quid tum ergo?
 tum premio dignus sum? tum tantarum rerum hon-
 ore fraudabor? Quid enim si satellitem unum, si mini-
 strum quempiam tyranni peremissem? quid si seruum
 honoratiorem? an non magnum etiam hoc tibi uidere-
 tur, ascendere, atque in media arce, in medijs armis, ali-
 quem ex amicis tyranni conficere? Nunc autem etiam
 illum, qui peremptus est, considera. filius erat tyranni,
 immo tyrannus grauior, ac dominus inclementior, et
 tortor crudelior, extortor uiolentior. Tum (quod maxi-
 mum fuit) hæres omnium atque successor. Postremo qui
 in longum poterat nostras calamitates extendere. Vis
 ne hoc me solum fecisse, tyrannum autem ipsum adhuc
 ereptum fuga uiuere? Minus ob ista peto. quid dicatis? non
 dabitis? Non illum quoque suspexistis? non dominus? non
 grauis? non intolerandus erat? Nunc uero etiam caput ip-

sum intelligite. Quod enim iste à me flagitat, id quam
 optime fieri potuit, peregi, ac tyrannū alterius nece nec
 caui. non vulgariter, neq; uno ictu, qđ illi post tot scelera
 maxime fuit optandum. Sed dolore multo prius exagi
 tans, & in oculis ostendēs misere prostrata, qđ illi fuerāt
 carissima, filium quāquam malum, tamen etate florē
 tem, ac patri similem, sanguine ac tabo plenum. Hæc
 sunt patrum uulnera, hi legitimos tyrannicidarū glā
 dij. Hæc tyrānis crudelibus digna mors. Hoc suppliciū
 sceleribus tantis debitum. Nam ilico mori, ilico nescire
 nullum tale spectaculum cernere nihil habet tyrānica
 pœna dignum. Nō enim ignorabam (te appello) nō in
 quam ignorabam, imo nec alius quisq; quantū ille er
 ga filiū gerebat affectum, et quod post illum uiuere ne
 paululū qđem dignaretur. Atq; oēs fortasse patres sunt
 in filios eiusmodi. At hic certē aliquid supra ceteros ha
 bebat. idq; merito, quippe qui illum solum uidebat du
 centi, seruatoreniq; tyrannidis, solumq; pericula patris
 præoccupantem, ac firmitatem imperio præstantem.
 Vnde etiam qđ non ob amorem, at ob desperationē sal
 tem statim illum sciebam moriturum, cum cogitaret, in
 uilem sibi uitam futuram, securitate, quam illi filius pr
 bebat ablata. Omnibus igitur illum simul circumsepsi,
 natura, dolore, desperatione, terrore, ac temporum eū
 am futurorū metu. His in illū cōmilitonibus usus sum,
 & ad ultimum illud consiliū coegi. Interijt nobis orbis
 afflictus, dolēs, lachrymans, luctum lugēs, breuē qđē,
 sed qđ patri sufficiat, & qđ grauissimā est, ipse à seipso,
 quod mortis genus omnīū est miserrimū, multoq; acer
 bius, qđ si inferatur ab alio. Vbi mihi gladius est? nū qđ

illum agnoscat alius? nū cuiusquam alterius telum est?
 Quis illum in arcem duxit? Ante tyrannum quā usus est
 quā illum tyranno misit? o ensis mecum communicans,
 rerum à me bene gestarum successor post tot discrimina
 post tot mortes despicimur, & indigni premio videmur
 Si enim ob istud solum hunc à nobis honorem petere,
 si dicerem, O viri tyranno mortem cupienti, ac tum iner-
 mi forte dephenso, meus iste subseruiuit gladius, atque ope-
 ram suam ad consequendam libertatem commodauit om-
 nibus, honore ac premio indignum putassetis? dominum
 tam popularis rei non retaliassetis, non inter benefacto-
 res inscripissetis? non inter sacra gladium ipsam reposuisse-
 tis? non secundum deos illum coluissetis? Nunc mecum co-
 gitate, qualia tyrannum ipsum ante mortem & fecisse
 & dixisse sit uerisimile, cum filium perimerem, ac
 uulneribus multis in parte corporis conspicua perfoderem
 quo uidelicet genitor ireretur, atque aspectu primo stupe-
 sceret, miserabiliter exclamauit, atque inelamauit pa-
 trem, non ut auxiliator esset, aut commilito, quippe quā
 iam senex erat, atque inuolidus, sed domesticorum malo-
 rum spectator. Ego illinc digredior, totius quidem Tragi-
 cædiæ author. Reliqui uero histrioni cadaver, & sce-
 nam, & ensen, ac cætera, quæ fabulæ superarent. At il-
 le cum adesset, ac uideret filium, quem habebat unicū
 uix respirantem, lacerum, ac morte plenum, uulnera
 quoque illa densa, ac multa, & letalia gerentem, sic ex-
 clamauit, O nate, sublati sumus, interempti sumus, ty-
 ranni cæsi sumus, ubi iste interfector est? ad quid mihi par-
 cit? cui me reseruat malo, pro te iam fili premortui? nisi me
 forte, utpote senem, contemnit, & lente me perire de-

creuit, ac mortem mihi producat, ut natem mihi faciat longiorem. Et simul ista dicens, ensē quærebat, ipse autem erat inermis, ut quod omnem in filio spem reposuerat. At ne is quidem defuit, iandudum enim à me ante præparatus erat, atque ad faciū futurum relictus. ergo ex corpore euellens, & ex vulnere gladium exiens iandudum me occidisti, peremisti, nunc uero mihi finem facito, o ens inquit, patri lugendam consolator ueni, atque infelicem senis manum adicta, iugula tyrannum, perime, ac luctus solue. Vanam in te prior incidissem. nam ordinem cædis incepissem, cecidissem quidem, at ut tyrannus tantum at ultorem sperans, nunc uero ut orbis, nunc uero ut etiam carnificis egens. & hæc simul dicens, vulnus intulit tremulus, impotens, cupiens quidem, invalidus tamen ad facinoris ministerium. quot sunt ista supplicia? quot vulnera? quot mortes? quot tyrannicidia? quot præmia? Et tandem uidisti omnes iacentem iuuenem, opus neque paruum, neque facile. Senem uero illi circumfusus, cruorem utriusque inhaerentem, atque illam libertatis, & victoriae parentem libidinem & nostri ensis operam. Ensem uero ipsum inter utrumque monstratum declarantem quod non indignus domino sit, testantemque quod mihi sit fideliter obsecutus. Hoc si ergo fecissem, obscurius fuisset, nunc uero redditur ipsa nouitate splendidius. Qui tyrannidem ergo omnem sustuli, ego sum. opus autem in multos distributum est. quemadmodum in fabula. Atque egi primas quidem partes ego, secundas uero filius. Tercias tyrannus ipse, ens autem subseruinit omnibus.

DECLAMATIO THOMAE MORT,
QVA SUPERIORI DECLAMA
TIONI RESPONDET.

Non putaueram indices ei q (id qd
ego nunc facio) publicā causam sus
cepisset agendam, opus fore, ut cur
id facere instituerit, rationē reddat.
neq; enim ullum fore periculū ne id
malitia potius aggressus, q̄ pietate
uideatur, cum hoc certissimum p̄beat magnae integritatis
argumentum, qd aliorum omnium cōmodis ele
gerit suo privato labore consulere. Quod quāquam oēs
istiusmodi causarum patronos merito posse existimē ab
omni calumniae suspicionē defendere, me tamen omni
um merita ssime, qui ut omnibus pro sim, non solum hūc
mibi laborem desumpsi, sed inimicitias etiam cum eo
uiro contraxi, qui se tyrannos quoq; iactat occidisse. Sed
quoniam nihil tam recte cœptum esse uideo, quod non
improborum uelliret, ac deprauet iniquitas et quosdā
iam nunc mussitantes audio, qui istius oratione per sua
si, hoc meum officium in peiorem partem rapiūt. Sta
ui indices nobis huius actionis meae causas exponere,
neq; industriae meae malignus interpres, eam dolori,
odio, uel inuidiae conetur ascribere. Ac primum, qd est
cur tyranni mortem dolere puter? nam id iste nūhi nup
obiecit probationem uero nullam attulit dixisse tantū
contentus, & credi sibi sine argumento, sine teste postu
lat. Immo (inquit) nisi doleres, nisi tyranni mortem ul

*asci cuperes, necum non contenderes. Ego eo solo Inge-
 re me tyranni mortem probas, quod tibi ob eius necem
 primum iniuste petenti ego me iuste opposui? Vis ui-
 dere quàm nihil dicis? Si te tyrannum occidisse pro-
 bes, ego tecum litigare, nec si uelim possem, nec si pos-
 sem uelim. Nunc uero quid aliud contra te dicturus
 sum, quàm quod illum non occidisti? Si tu interfecisses,
 nihil quaereret, immo laudarem, admirarer, ac prami-
 um primum decernerem. nunc uero ideo tibi contradic-
 co, ideo tibi honorem denego, ideo aduersor, ideo quer-
 tor, quia tyrannum non occidisti. Num igitur occasum
 protinus dolere uideor? Ostendisse potius indices de-
 buit me tyranno fuisse uel sanguine coniunctum, uel
 affinitate propinquum, uel beneficijs deuinctum, uel
 scelerum communionem fœderatum. At istorum quic-
 quam ne fingere quidem potuit. Ergo si neque cognat-
 us illi, neque affinis fui, si mea opera nunquam in cui-
 usquam iniuriam usus est, si me ab illo beneficij nihil in
 me collatum est, si me acerba seruitute cum ceteris fir-
 mul oppressit, si me illius interitus libertati nobiscum
 unà restituit, qd causæ est, ut illius mortem meæ salutis
 ac libertatis auspicium doleam? At ò dij certe tantum-
 dem causæ est. Nam quid egit, quod odium in illum
 promoueret meum? Primo tyranni filium interfecit. Po-
 stea uero tyranno sibi manus inferente iste p̄mum tan-
 quam tyrannicida petijt. Quorum alterum puta, qd
 iuuenem peremit, quâquam ipsum parum consulte, pa-
 rumq; ex communi cōmodo fecerat, nisi dij nobis fuis-
 sent propitij, fecit ille tamen animo (quantum ego cer-
 te suspicor) nō male. Alterum uero, nempe qd pramiū*

THOMAE MORI

postulat, cum non meruerit, ut nunc sint hominum in-
 genia, non miror & ignosco certe, modo possit auferre
 Neutrum istorum odium in illum meum cōcitāt. Ex-
 tra hac nihil unquam fecit, quod ad me ullo modo pō-
 neat. Ergo tam iniquus sim, ut hominem nix tandem sa-
 tis aut de facie, aut fama notum, q̄ me nec re offenderat
 nec uerbo laeserat gratis odio psequeretur? Restat inuidia
 diluenda suspicio, quæ talis est. ut nullo malo carere ue-
 lim libentius. Nam cum omnia uitia sint suapte natu-
 ra perniosa, nullum tamen est liuore pestilentius, qd̄q̄
 pectus, cui semel infederit, grauioribus tormentis exa-
 git. Nempe alterius fortunam suam infortunium du-
 cere, secundis aliorum rebus afluere, alienis laudibus
 uri, aliena felicitate torqueri, en non summa miseria nō
 extrema denientia est? Itaq; si à quoquam alio uitio iu-
 dices absūm, ab hoc certe longissime absūm. Cuius un-
 quam fortunas impetij? Cuius res bene gestas eleuari?
 Cuius laudibus unquam detraxi? Cuius famam labe
 resperxi? Certe ab huius uitij suspitione si me mediocris
 ista fortuna mea non asserit, quæ non tam inops est, ut
 aliorum opibus, ac premiis inuideam. Si me antracta
 uita non vindicat, quæ non usque adeo est rerum bene
 gestarum indiga, ut aliena debeam laude tabescere.
 At ipsa ne hercle causa prorsus absoluit, quæ talis est,
 ut potius omnium ueniam, quàm cuiusquam mereatur
 inuidiam, Quæso iudices, quod tandem odij signum
 quod inuidia documentum præ me fero? Non pro uoco
 non irascor, non accuso, urbeni tantum in ius uocatam
 ab illo defendo. Sed cur sedentibus ergo cæteris, ac tacē-
 tibus uniuersis, atque in his multis, & clarissimis ui-

ris, & auctoritate præstantibus, & multo ad dicendum instructioribus, ego potissimum surgō, & petenti præmia contradico? Illi ipsi profecto quim mecum sentiant non dubito, & quim ex ijs plerique sint, qui hoc ipsum officium, nisi ego iam suscepissem, libenter fuerint obituri. Neque tamen ideo culpandus sum, quod me pro patria primus obtulerim. Quicquid est, alieni silentij causas non debeo. Me certe ad dicendum cum Reipub. causa, cum deorum immortalium respectus incitabat. Nempe cum uiderem satis tennes ararij nostri proventus, & præsentem pecuniam nimis exigentem, cum instare multas necessarij sumptus occasiones, non ferebam ut ciuitas hoc insuper non necessario sumptui multaretur. Tyrannicidij præmiū quantum sit non ignoratis, ac merito quidem. Quod enim præmiū satis grande sit, quo agri, socij, fortuna, liberi, coniuges, salus ac libertas omnium, postremo ipsæ deorum aræ, atque templa redimuntur? Quod quo maius, atque urbi onerosius est, eo magis à nobis prospiciendum est, ne temere collocetur. Satis iudices, satis impensæ, ac sumptus imminet. Satis effundendum est, ut ararium nostrum tam profunde, non iste etiam, cui nihil debemus, exhauriat. Præterea cum hoc tyrannicidium sola deorum clementia prouenerit, qui toties inclamati calamitatum tandem nostrarum miserum crudelissimi nos iugo tyranni soluere, ac libertati reddere uoluerunt. non ferendum putauim, ut ciuitas bonorem, gratiamq; dijs beneuolentibus ablatam homini non inuentam tribueret. Totum autem hoc negotij fortuna, deorumq; benignitati deberi, huic nihil gratia, aper-

nissimis argumentis docebo, quod dūm facio, quæsc iudices diligenter attendite. Tria sunt, quorum iste quodlibet sufficere sibi ad hunc honorem consequendum putat, uel quod tyranni peremit filium, uel quod tyrannū tentauit occidere, uel quod pater filij nece commotus ense, quem iste reliquerat, mortem sibi conscivit. Ergo illius adolescentis cædes tyrannicidium uidetur? Quid ni? nempe & ille (inquit) tyrannus erat. Quis id credat iudices, urbem unam duobus suffecisse tyrannis? duos tyrannos inuicē concordēs eadē incoluisse mœnia? utriusque urbis ambitus potuisse cōtineri, quorum alterutri uix uel orbis uniuersus suffecerit? Quisquis id credendum duxerit, is mihi parum uidetur tyrannicam considerare naturam. Nam legitimæ quoque potestates, ac non solum legibus gubernantes, sed etiam legibus obtemperantes, & tyrannide tanto intervallo minores, ambitione tamen ita vincuntur, ut nec uel intimorum amicorum uitæ parcant potius quàm eos habeant imperij sui confortes. Quis tyrannum credat natura ferum, ac uiolentum, cum imperij sui ciuis ardore hominum leges protriuerit, deorum contempserit, uitam neglexerit, socium quenquam admittere? Quin Brutorum quoque plerumque forma, quæ (quod tyrannorum proprium est) rapti uinet'quebus, solius pabuli cura impressit aliqua tyrānica natura uestigia, in proprios sætus sauiunt potius, quàm socios illos uenationis accipiant. Et hominē tyrānum putamus, quem fastus inflat, ambitiō stimulat, cupiditas urget, gloria sollicitat, suam cum quoquam posse communicare tyrannidem? At iste non solum duos tyrannos facit, uerum etiam adolescentem plus quàm tyrannum

nunc uult uideri. Nam cum multis atroces (inquit) iniurias fecit, caede, rapina, stupro, omnibus denique scelerum formis insignis. Nomine quidem abstinuit, ceterum re ipsa tyrannidis caput erat, ac parente plus ponit, eum ut uolebat, rexit. At longe contra se res habet indices. Nimirum impotens semper, ac formidolosus res tyrannis est. Neque filius profecto patri uilisset, si posset, neque filio tantum permisisset pater, ut posset. Nemo tyrannis est herede suspectior, qui eo maiorem parentis inuictum incutit, quo magis ferocem eius indolem, ac tyrannicos mores expresserit. Continuabat ergo filij sui cupiditates, atque adolescentem stringebat potius, quam laxabat habenas, ne uiribus nimium inualescens iuuenis, imperij auidus, atque opibus insolens, nec sibi iam imperans, tandem ne parentem quidem parceret, quin iam Saturno superi Iouem praeferrent. Nam si iniurias interdum fecit, quid aliud quam se parentis satellitem praebeat, ex quibus quotus quisque est, qui non grassetur, nuptias uolet domos compilet, fana dispoliet, obuios caedat, atque optimum quemque trucidet? Sed quoniam unus est, cuius potentia, atque umbra freni, tam scelerata grassantur audacia, poenas alioquin facinorum suorum, uel illi, uel publicis legibus daturi, ipsi quidem latrones, homicidae, fures, adulteri. Solus autem unus ille scelerum princeps sub cuius nomine omnes impune delitescunt, tyrannus est. At ille adolescens si quando patrabat aliquid atrocius, patrem semper sic imperasse dicebat, neque ego quin imperarit, dubito. Nam filius quamquam ea indoles fuit, ut parentem aliquando uideretur (si ad tantam

peruenisset ætatem) flagitijs, ac sceleribus æquaturus, tamen in hac adolescentia præ illius crudelitate, ac sceleribus, quibus iam à puero semper assuetus infenerat, rudis adhuc miles, ac nix tiro fuit, neq; ferè magnum quicquam nisi à patre iussus, atq; edoctus agebat. Sed si ne non nisi iussus illa faciebat, siue ipse etiam iniussus auderet, tamen cum tanquam iussus egerit, cum neq; tyranni nomen usurparit, neq; se pro tyranno gesserit, sed patri se parere significarit, & ausorum suorum causas in illum reuulerit, cum alium se potentiores esse confessus sit, cuius viribus fideret, à quo omnis eius penderet impunitas, furem si uelis, aut sacrilegum, uel si quod aliud nomen manus, appelles, at is profecto non est, in quo fieri tyrannicidium potest. Quod si illum omnia solum ponisse, ac re ipsa tyrannum fuisse contendas (& quod paulo ante iactabas) ilico eius morte liberã fuisse Rēp. Fingamus obsecro adhuc parentem uiuere, sed non fugatum tamen, quod nescio cur ipse finxisti, quippe quem nec ipse fugaueras, neq; cur ei fugiendum esset, effeceras. Filio. n. tantum per insidias adempto, reliquis uiribus integris, non uideor cur patri magis desperandum, aut fugiendum fuerit, quàm si aut filius ei natus nõ fuisset, aut peste correptus obiisset. Patre ergo fingamus (ut dixi uiuentem, ac filio quidem unico orbatum, sed satellitem tamen cetera cinctum, cadenti filij lachrymantē, sed interfectori minantem, atq; omnia suppliciorum generatorem, in forum uultu tristi quidem sed tamen cruci procurrere, & prolato, quē tu reliquisti, gladio, ingentia polliceri præmia, si quis eius ensis dominum prodiderit, hic tum foro iam ab illo, atq; eius satellitibus occupato,

occupato, & in caput tuum quaestione iam haberi cœpta, in publicum fortis tyrannicida procurre, & in medios Globos irruens tyrannum te occidisse proclamata, libertatem omnibus denunzia, ac tyrannicidij præmij postula. Quid fugis? Quid latebras quaeris? Quid tyrannicida metuis? An non libera est Respublica? An non tyrannus occisus est? Neq; ergo, is quem peremisti, tyrannus erat. Sed quidā potius tyranni satellites, neq; eius morte ciuitas libertati restituta est, quod solum paulo ante dicebas huius legis spectasse latorem. At haeredem, inquit, occidi. Quid mihi haeredes nominat? Quid in tyrannide leges inmemorat? Legum ista nomina sunt. Iuris est ista successio. An pirata filium si demortui patris locum impleuerit, haeredem quisquam dixerit? Intestatus semper tyrannus moritur, quippe legibus ab illo caputis, quæ sola ratum facere testamentum possunt. Proinde qui defuncti locum tyranni subit, haeres non est, sed nouus tyrannus. Non enim succedit, sed inuadit, at illi nunc paruissemus. Istud qui constat? Ego cōtra, tyranno mortuo populum ilico liberum esse dico. Alioquin frustra lex tyrannicidæ præmij statuit, si alterius morte in alterius potestatem recidimus. Sed longe secus iudices, defuncto enim quolibet casu tyranno, populus iā tum liber, dum amici luctu occupantur, dum stupent eius morte satellites, ilico sese in libertatem asseruisset, neq; plus filius aduersus populi vires tum ualisset, quam nunc potest quisquam uel ex amicis tyranni potentissimus, aut genere quisquis ei fuit post filium proximus, ad quem, si successionis nomen, atq; hereditatis audiendum est, tam nunc tyrannis pertinet, quàm ad

Erasmus

A

filium pertinuisse. Qui satellitem igitur, qui amicum,
 qui cognatum, qui filium tyranni peremerit, frustra ty-
 rannicidium iactauerit. Tyrannus ipse solus est cuius ne-
 cem tanto premio Respublica mercatur. Sed nolui (in-
 quit) pertentari, periclitatus sum, quod negari ne possit.
 Filio tyranni perempto, spe futura tyrannidis extincta,
 praeclarum animi mei documentum reliqui, vel hoc so-
 lum sufficere mihi ad hunc honorem puto. Hic uide ob-
 secro quàm nihil maleuole, quàm simpliciter agam te-
 cum omnia, quàm ex re tua totum hoc negotium mi-
 nime suspiciosus interpreter. Nam si alius hanc ageret
 causam, nec tamen ex inimicis tuis, sed ex acrioribus
 istis actoribus quispiam, qui locos omnes excutunt, et
 suspicionibus urgent, ac moleste nimium premunt. Sic
 Hercules hunc tractaret locum, ut te nec id tentasse un-
 quam, nec destinasse contenderet. Quod si tu uociferare-
 ris mirari te, quenquam, tam insigni esse impudentia,
 ut talia dicere occiso in ipso coram tyranni filio auder-
 at, hic ille proñus quasi fieri non poterit, inquiet, ut
 non patriam liberaturus, quod non praestitisti, non tyrā-
 num occisurus, quem non attingisti, sed ipsum potius in-
 ueneni, quem trucidasti, perempturus ascenderis. Illatā
 tibi priuatim aliquam uideatur, ac retaliaturus iniuriā.
 Hic si instaret, urgeret, premeret, ac certas aliquas pro-
 bationes illius animi tui, ac propositi flagitaret, uides (ut
 opinor) in quantas traheris angustias. Sed ego tecum
 hoc pacto non agam, quippe qui in rebus (cuiusmodi
 ista est) uehementer obscuris assueui semper in ineliorē
 partem esse procliuior. Permitto itaque tibi, ut ista fecisse
 animo in Rēp. propenso uidearis. Voluisti ergo, ac tui

taſti prorsus auferre tyrannidem. Hoc ane tibi uidentur
iſto præmio compenſandum? Præmium quod uoluſti, quod
non uidet quàm ſit exiguum? Nam hac ratione omnes
tyrannicidij præmium peteremus. Quis enim tam frigido
in Reip. animo fuerit, ut tyrannum crudeliſſimũ
non libenter auferre uoluerit? Tentando uero quid aliud
declaraſti, quàm quod eſſe tyrannicida uoluſti? Quod
te præterea periculis expoſuiſti, an id præmium meruerit
illud, poſtea uidebimus. Quod autem iſtud non meruit,
ſpero uobis iudices eſſe uel ſola legis recitatione perſpicuum.
Quæ cũ præmium niſi tyrannicidæ non ſtatuat,
qui uero tyrannum non ceciderit, eſſe tyrannicida
non poſſit, quantumlibet quiſpiam tentauerit, quantiſcunq;
ſeſe periculis expoſuerit, fruſtra tyrannicidij præmium
(niſi caſo tyranno) petierit. Nam ei, qui dum conatur
occidere, in exilium compulerit, præmium quidem,
ſed neq; tantum, neq; tanquam tyrannicidæ decernam.
Etenim ſi morbo quopiam laborans denunciem,
quicumque me ſanauerit, ei recuperata ualentidine tria
me talenta daturum, ueniat aliquis ſpe mercedis inductus,
qui mei curam ſuſcipiat, deinde medicamentis quibuſdam
adhibitis, ubi fruſtra ſe conari ſenſerit, artem ſuam morbo uictam confeſſus, me iam deploratum
relinquat, aliqua tamen moleſtiæ parte leuatum,
ſanitati illi mercedem, quia non ſanauit, non debeo,
rurſus quia profuit, inanem prorsus à me dimittere
re haud æquum eſt. At ſi poſt mille pharmaca, nihil
lo tamen melius habentem deſtinat, præmij nihil meretur,
qui nihil iunxit, gratiæ uero tantumdem ferè, qui
quod mederi tentauit, ſui gratia, non mei fecit. Quod

si insigniter medicæ artis ignarus, rem tamen aggredi fuerit ausus, atq; aliquātiſſper miſcere uenenis adfectum, poſtea dimittat, cum iam non modo nihil opis tūlit, ſed plurimum doloris addidit, eāam ſi ſeſe gratis obmulerit, utrum amore dignus eſt, quod me ſuo labore tandiu nulla præmiij ſpe tam officiōſe uexauit, an ſummo poſitus odio, quod temere ſeſe meo periculo, ei negotio, cuius erat imperitus, immiſcuit? Huius rei iudices haud multum mihi uideatur præſens cauſa diſſimilis. Lex etenim tyrannicidam conducere uehementer alicunde ſtudet, eiq; præmiū certum tyranno caſo, pollicetur. Sed tyrannicidam cum dicāt iudices, hominem quærit artiſtici, non manu tantum fortis, ſed pectore quoq; multo magis ualentem, cōſilio potius quā uiribus præſtātem, qui inſidias tendere, laqueos abſcondere, occaſiōes captare nouerit. Ergo hanc prouinciā ſiquis huiusmodi ſuſceperit, qui tyrannum ipſum arte ex inſidijs adoriatur, adorſum opprimat, oppreſſum interimat, nec recepta ſemel, niſi perfectā, deſiſtat, hic tyrannicidij præmiū audacter poſtulet. Sin id quidem non potuerit, quod autem proximum eſt, & confine fecerit, tyrannū uidelicet uel in exiliū abegerit, uel ad deditionem condonata uita coegerit, uel ad deponendam tyrannidem certa conditione compulerit, hunc ego præmio dignum neque nullo quidem, neque tamen tyrannicidæ iudico. At ſi quis manu potens, mentis inops, illarum penitus ignarus artium, quibus inſtructum eſſe tyrannicidam oportet, qui rem uiribus egere tantum, ac non cōſilio putet, qui denique Aiā multo ſit quā Vlyſſi ſimilior. Sed Aiā tamen iam abiudicatis armis inſamienā,

armenta hominum loco trucidant. Si huiusmodi in-
quam quispiam rem tantam conficiendam sibi desump-
serit, tum nec insidias collocans, nec tempus eligens,
nec occasionem expectans, impetu quodam proruat,
nec ab ipso tamen tyranno incipiat, sed in satellites eius
insiliat, dato interim illi sibi cauendi loco, tum subdu-
cto tyranno, re temere coepta, stulte gesta, per ignaviam
relicta, ac penitus infecta, sola sibi fuga abiecto etiam
gladio, consulat. Postea vero vel defuncto, vel interfecto
tyranno, in publicum prodeat, praeium tanquam ty-
rannicida postulet, atque huiusmodi utatur oratione. Vo-
lui indices, ausus sum, tentavi, periclitatus sum. Virum
indices illi tyrannicidii praeium decerneretis, quia ty-
rannum tentavit occidere, an malam potius gratiam
haberetis, ac dignum etiam supplicio duceretis, quod
sua temeritate non se solum frustra periculis obiecerat,
sed urbem etiam universam in summum discrimen una
praecipitauerat, utpote qui tyrannum stulte irritando fe-
cerit. Et cunctis infestiores, et adversus insidias cau-
tiores? Videtis ergo indices quemadmodum id, quod
iste vel solum satis esse confidebat, usque adeo nihil ad-
iuvat, ut etiam non nihil officiat. Quamobrem si ne-
que is, quem peremit, tyrannus fuit, nec satis tyranni filium
occidisse fuit, tentasse vero temere, plus quam frustra fu-
it. Reliquum est, ut ultimum illud, tyranni videlicet ipsi
us mortem excutiamus. quam iste sibi nos debere dispu-
tat. Hoc totius negotii caput est, hoc si vobis iste persuas-
erit, causa nihil est, quin vicerit. Contraque, si ego hanc
partem evicero, atque sacram hanc (quod aiunt) anchor-
am illi praecidero, nonne ilico necesse est fluctuet, de-

naufragio pereat? Idcirco iudices hic etiam, atq; etiam
 obsecro, ut quammaxime sitis attendendum tyranni ca/
 deni doceo, ex qua tota ista pendet controuersia, nihil
 ad istum quicquam pertinere. Totum ergo hunc locum iu/
 dices, sic ab isto tractatum esse meministis, ut qui uobis
 persuadere cuperet, uñ crederetis eum iam tum, cum
 filium perimeret, parentem, quod postea fecit, præscisse
 facturum. Sciebam (inquit) satis esse filium occidere,
 sciebam patrem ilico sese post mortem filij penititurum.
 Immo sciebas certe, cum sic hanc causam ageres, opus
 esse tibi, ut illa præscisse uidereris, alioqn frustra te præ/
 mium tyrannicidij penititurum. Si neq; ipse tyrannum per/
 remisses, neq; id saltem fecisses, unde illi scires exitum im/
 minere. Eam ob rem iudices exitum eius facti tam cer/
 tum uideri uoluit, ut uobis etiam audientibus dixerit,
 ob id ipsum sese à tyranno manum abstinuisse, eumq; si/
 bi ipsi pariter & istius gladio reliquisse, quem alioquin
 (ut ait) facile posuisset occidere, fecissetq; nisi de exitu
 securus scilicet, tunc de industria pepercisset, ut paulo/
 post miserius interiret. Hic igitur quid faciam? quò ine/
 possimum uertam? unde argumenta conquiram, qui/
 bus hanc probem non esse rerum futurarum præsciū?
 Quin illum pconferemus potius, ac rationes aliquas exi/
 gamus, quibus ille nobis fidem rei tam longe supra fidem
 faciat, unde tam hanc mirabilem diuinandi peritiā na/
 ctus sit, utrum ne homine quopiam docente didicerit,
 an numine potius inspirante conceperit. dic igitur nobis
 Tiresia, quonam probamento facies uñ constet, compre/
 hesam esse tibi rerum futurarum sciētiā? de fossis alicubi
 thesaurum effode, cogitationes nostras enolue, abstru-

sum aliqd, atq; occultatum erue, qd miremur omnes, nē
pe eiusdem artis esse puto, & quæ p̄sentia latent edice
re, & quæ sunt futura prædicere. Aut si tu futuris dūtar
xat uales, aliqua nunc ediffere, aliquot posthac annis,
aut (si libet) seculis potius euentura, quæ cum ex tuo p̄
scripto ceciderint omnia, tum demum reddito, & futu
ra te p̄scisse dicito. Interim profecto age (q̄tum suspic
cor) obtinebis, ut qd te nesciente fiebat, id præscisse cre
daris ante q̄ fieret. qd si tum cum filiū interimeres ignor
rabas patrē sese (qd postea fecit) occisurum, cur tu nūc
eius cadis præmiū postulas, quā (nisi uelis impuden
ter esse mendax) fateare necesse est, te ignorante, atq; as
deo ne cogitante qdem p̄petratam esse? Sed ideo se for
tasse putat huius etiā necis authorem, quoniam illa
cades quam fecit, istius quoq; (tametsi p̄ter spem) causā
tamen aliquo modo fuit. Quā in re nos longe alia indi
ces opinor esse sententiā. Neq; enim si tyrannum casu q̄
quam, aut mente captus occidisset, ei tyrannicidij præ
miū decerneretis, quid ita? Nempe, quod inscius uter
que atq; imprudens occidisset, quāquam istius causa est
aliquanto (ut mihi uidetur) inferior. Nam si alteruter il
lorum præmiū peteret, tametsi peteret, q̄ peremisset
ignarus, atq; ideo frustra peteret, peteret tamen, q̄ pere
misset. nunc uero & isto nesciente, & nō ab ipso peremi
ptus est. At nihil ego (inqt) neq; casu, neq; imprudens
fecī, sed filiū consulto trucidavi, atq; ita patri uolens, ac
prudens mortis causam præbui, qui (ni ego filium occi
dissem) adhuc tyrannus uiueret. Age accedam etiā pro
pius. Si tu tyrannū aggressus, ut perimeres, deinde uictus

ab eo, proiecto etiam gladio, fugeres, atque is equo te persecutus, equo collapsio præcepit in gladium tuum tam opportune caderet, ut eodem transfigeretur, an non hic posses eadem omnia dicere, uoluisse te uidelicet, an uolentem aggressum esse, uolentem igitur, prudentemque causas ei mortis attulisse? nam nisi tu illum fuisses adortus, ille non fuisset occisus. Sed non ne uides ut eadem opera, uel magis fugatiua gloriari liceat, et ignauiae tuae primum petere? nam nisi tu fugisses, ille non cecidisset nisi tu gladium turpiter abiecisses, nec transfixus ille fuisset. Postremo hac ratione ignauos etiam tyrannicidas esse liceat. Quemadmodum licet uolens adortus esses, ut interimeres, tamen postquam re infecta fugisses, quod postea factum esset, tuum non iudicaretur, licet id factum non fuisset, nisi tu aliquid ante fecisses. Ita etiam si tyrannum perempturus ascendisti, filiumque, dum patrem quaeris, occidisti, tamen cum pergere, ac perficere quod inceperas uel timore non ausus sis, uel negligentia nolueris, uel casu non potueris, sed re prorsus infecta redieris, quicquid inde postea te inscio, atque insperante prouenerit, id à te profectum esse ne dixeris. Siquidem quicquid tuum dici potest, ibi desijt, ubi tu destinasti. At nec istud fortassis ei, quod ipse fecit, simile esse concedet. Sed mihi hoc pacto, rursus opponet. Is, quem tu proponis, non ea mente tyrannum aggressus est, ut se postea uictus, ac fugientem, ille uictor dum persequeretur, occumberet. Ideoque quod non proposuit, merito suum uocare non potest. At ego eo proposito peremi filium, ut pater sese dolore commotus occideret, atque id facturum animo

in eo præcepi. uideris iudices, ut nobis illa diuinatione sua rursus occurrat? Quæremus igitur ab eo quonam pacto præsenſerit? præſcinerit ne? an coniecçerit? si se præſciuisse respondeat, neminem credo ei crediturum. Sin coniecçisse, interim nescisse se fatetur. Sed opinatum esse tantum, hoc est dubitaſſe incertum fuisse. Postremo quid aliud quàm ignorasse? Sed uideamus tamen quibus signis, quàm perspicuis argumentis rem tam inopinabilem ita collegerit euenturam, ut quod alius nemo sperare potuisset, id ille sibi tanquam certum, atq; inenitabile proposuerit. Noueram (inquit) quam misere deperibat filium. Ità ne id tandem adeo te certum, ac securum reddidit, ut necem eius non tanquam forte secuturam, sed necessario futuram destinares? Scio iudices haud mediocres illos affectus esse, quos erga liberos parentum pectoribus inſenit natura, neq; tamen aut tantos, aut cuiquàm tam exploratos esse crediderim, ut promittere sibi, ac spondere audeat (id quod iste se fecisse narrat) interempto filio patrem ultro neminem ei comitem futurum. Nam quotiusquisq; ex ijs, quorum filij & unici, & carissimæ quodidie uel morbo cadunt, uel dolo pereunt, uel bello occumbunt, uel casu intereunt usque adeo mærore consternatur, ut sibi mortem sua sponte consciscat? Sed amari (inquit) etiàm desperatio non minor occasio desideranda mortis accessit. Quamobrè obsecro? An tu, cum filium perimeres, reliquos unà satellites omnes occidisti? non dices, opinor, stragem te tantam fecisse. Ceteros igitur adhuc retinebat opum satis, uirum satis habebat. Quapropter uno adempto, cum tot adhuc essent incolu

mes. quorum omnium intererat maxime hunc in eolu-
 mem esse, cur ei usque adeo desperandum fuit, ut nō ab
 urbe, sed ex orbe festinaret effugere? An usquam gentiū
 minere quēquā hodie suspicemur, qd fecisset, qd tyran-
 nus iste fecit? Quid de alijs querimus, qn te potius inter-
 rogemus, quem uerisimile est de te coniecturam hanc fe-
 cisse, & tyrannum ex animo tuo spectasse. Si tibi ergo fi-
 lius perimeretur, atq; insuper imminere uideretur non
 nullum & fortuna simul, & uitae periculū, num poti-
 us eligeres te comitem filio dare, q̄ mortem illius ulcisci
 An te metipse ne ab alijs occidereris occideres? Certe (ut
 pro te quoq; respondeamus) num faceres. Quomodo er-
 go in mentem tibi uenire potuit, ut quod nec alij fecerūt
 nec quisquam fecisset, nec tu te facturum esses, id tyrannū
 cogitares facturum? At planē (inquit) cogitabam. Alio-
 quin cur ibi gladium meum reliquissē? Recte nimir-
 rum ignauiae tuae nos admones. Nam cum hoc dicat iu-
 dices, non ne id nobis uidetur dicere, praesens certe, alio-
 quin cur inde fugissē? quid enim aliud est, alioquin
 cur gladium ibi reliquissē, quā alioquin cur inde ab-
 iecto gladio turpiter me in pedes dedissē? Nam quid
 opus fuit gladium tyranno relinquere? Ne deesset ei sci-
 licet, quo periret? Itā ne qui omnium gladios timet, ipse
 gladio caret? Qui quicquid habet gladio peperit, gla-
 dio possidet, gladiometur, ei gladius unquam abscierit
 O nouum prodigium indices, tyrannus sine gladio.
 Neq; illi gladius defuit, nec iste gladium ei reliquit, sed
 abiecit, nec futurum, quod euenit, uel leuissima conie-
 ctura prouidit. Sed posteaquam in arcem temere (nescio

quomodo) perrepisset, atq; ibi adolescentem (ut est iu-
uenta semper incautus) solum, securum, ac nihil minus
expectantem, de improviso adortus oppressisset, ac por-
nuisset fortasse progressus ulterius eadem opera tyrannū
sustulisse, ilico hominem amor inhaesit, imminenti ne vo-
ce, uel gemitu morientis audito, iam tum proditus con-
currentibus tyranni satellitibus caperetur. Iam ante ocu-
los eius obuersabantur uincula, carcer, tormenta, ac mōr-
tes mille, mille supplicia, quorum imaginatione uana p-
territus, iam strepitum omnem, omnem sonitum, ac por-
stremo suam ipsius umbram expauescens. tam nūc res-
pente timidus, quā ante temerarius ex arce se proripu-
it, nec secum gladium saltem tollere ausus est, seu ne es-
set fuga tardior, seu ne cum ense deprehensus infidiatus
fuisse tyranno diceretur, quo nunc perempto recurrit in-
solens, & tanquam ipse occiderit, tyrannicidij prēmii-
um postulat. Age ergo tyrannum ipsum non quaero an
pereineris, hoc tantum quaero, an peremisse poteris.
Si non poteris, ergo occasionem non expectasti locum
idoneum non elegisti, tempus opportunum nō captasti,
sed temere, sine cōsilio, sine ratiōe, p̄ceps incepisti, quod
p̄ficere non ualueris. Nec illū ergo te iactes occidisse, quē
te fateris nec potuisse. Sin poteris magnae profecto uel
ineritiae, uel ignauiae fuit, quod non feceris. Immo (in-
quit) potui sed de industria supersedi. Satis iam feceram
filium occideram, patrem dolori suo, & gladio meo re-
liqui, quo eū sese pempturum prauidi. O inuerecundū
si ista mentiris. O insanum, si non mentiris, si tam incre-
dibilia finxisti, miramur impudentiam, si tam absur-

da cogitasti, miramur amenitiam. Tū ne ideo eras insanus, ut cum uno ictu poneris & vitam tuam, et Reip. salutem in tuto collocare, malueris omnia dubijs fortuna casibus exponere, & tibi futurum promittere, quod sanus auderet nemo sperare? quod si tyrannus id uoluisset, quod tute haud dubie fecisses, & qd̄ illum quoq; futurum longe uerisimilius q̄ quod fecit fuit, conclamasset satellites, coegisset ficarios, armasset carnifices, ac pro lato filij cadauere & natura crudelis, & tā atroci spectaculo irritatus, iram, ac furorem illum effudisset, primum in te, p̄ quem filius occisus, deinde in urbem uniuersam, propter quam occisus est, quæ si contigissent (ut tua demencia propemodum contigerant) neq; tu miser hodie uiveres, qui hoc premium peteres, neq; nos Rem publicam, à qua peni posset, haberemus. Sed dii immortales, iudices, uota, precesq; nostras recordati sunt, dii seruitutis nostræ mala miserati sunt, dii nobis in summis, atq; extremis periculis auxiliati sunt. Qui cū semper huic urbi succurrere statuisent, id potissimum tempus elegerunt, quo maxime nobis beneficium suum commendare possent. Nam tyrannus quāquam semper erat molestus, uiuente filio, tamen eo nomine minus grauis incumbibat ciuibz, ne miseram penitus, atq; exhaustam urbem filio relinqueret. At eo trucidato propter qd̄ ante pepererat, cui dubium esse potest, qn̄ funditus omnia direpturus fuerit. Postquam ergo Respubl. istius primum temeritate, deinde ignauia in extremum illud periculum cornuisset, superi tempus iam uenisse ratū, quo ppetuam nobis insculperent fauoris sui in memoriam

omnia mala, quæ tam propè cervicibus nostris imminebant, subito in ipsum tyranni caput auerterunt, idq; tã celeriter, ut citius nos periculo liberatos esse, q̃ in periculo fuisse cognoverimus, ne nos interim saltem potuisset discriminis tantũ inetus urgente. Quis tyrannũ putas-
set, iudices, reperto filij sui cadavere in sese potius, quàm in hanc urbem gladium fuisse uersurum, nisi nostri studio superi in propriam illum pñiciem, immissis ei fur-
rijs agitaissent? Itaq; iam nunc uidere mihi uideor micæ-
tes latronis oculos, obducta supcilia, contractam fron-
tem, genas pallentes, dentes stridentes, labra uenenata.
Deniq; qualem Pentheum describunt poeta toto ore, to-
to uultu suæ prodentem mentis insaniam. Cum primũ
ingressus filium reperiret occisum, qđ illum fecisse, qđ
clamasse suspicemur? quid aliud quam ut impium, at-
q; dementem, spurcissimo ritu insana in superos enor-
muisset conuitia? O deorum iram, ò numinum inuidiã
Video cœlites odiĩ uestri signa, uideo linoris attri uesti-
gia. Nihil nobis uixit iniquius, nihil ambitiosius, nihil
inuidentiũs. Soli imperare, soli regnare uultis, nec satis
propria felicitate contenti, semper aliena tabescitis, cur
non mecum in certamen descenditis? Cur ignauum in-
fidiatorem filio summissistis. Ille quisquis erat, cum tyrã-
no in certamen etiã ingredi non ausus est. hoc certe
saltem gaudeo, quod nemo se poterit tyrannicidam dice-
re. Nemo tyranniciđij præmiũ petere. Nemo enim ty-
rannũ occidet hodie, nisi tyrannus. Tyrannus ego ho-
die uel dijs inuitis moriar. Huiusmodi ergo deliria cum
blaterasset, in gladium tandem amens, ac furiosus inca-

buit. Tyrānus igitur indices istius gladio, immo nec isti
us quippe, quem ante abiecerat manu quidem suapte,
sed sola deorum opera perfoffus iacet. At nunc iste sibi,
cuius ibi nullæ partes erant, primas uendicat. Itaq; qui
me sycophātam uocabas, uide obsecro uter nostrū huic
māo propior est, ego' ne, qui tecum hodie pro Rep. supe
risq; dimicans præmiū tamen nec uictor postulo, an
tu potius, qui desertor, ac fugitiuus contendis tamen ali
is, atq; his quidem dijs, uincenābus ipse triumphare?
Desine desine aliena uirtute partam tibi arrogare uictori
am. Desine deorum in hanc urbem tam clarum ob
scurare beneficium. Desine deorum laudibus obfistere,
& ab hac teneraria pēnōne desiste, quod si iste indices
molestus esse perrexerit, nos tamen ipsam rem æquis lā
cibus expendite. Nam iste quid aliud, quā tyrannum
ut sibi cauere admonuit? Dijs ne cauere sibi posset, ne in
fidijs amplius opus esset effererūt. Iste quid aliud, q̄ gla
dio suo tyrannum in nos omnes armauit? Dijs gladium
illum à nobis in tyranni iugulum retorserunt. Iste quid
aliud deniq; quā uniuersam urbem in summum peri
culum dementia sua coniecit? Dijs corrigentes istius in
saniam, discrimen illud subito in prosperam securita
tem conuerterunt. Vos ergo indices per deos immortā
les obtestor, per deos huius charissimæ libertatis, huius
insperatæ felicitatis authores, ne (quod nobis deorum
omnium consilio, ac uirtute successit) id nos unius homi
nis amentia referri sinatis acceptum, ne' ne hanc urbē
unquam in deos liberatores tam ingratam esse, ne' ne
pānamini ut salutem suā debere se potius humanæ rei

merita, quam deorum benignitati fateatur, quos ita
denique sperare licet futuros semper huic urbi propitios
si nos eorum, quæ contulere, memores, eos (uti æquum
est) beneficiorum suorum recognoscamus authores.
Alioquin si nos (quod absit) i gratia quæ ab illis profecta
sunt, in alios referamus, gratiamque superis debitam im
pendamus hominibus, vicissim hercle memendum est,
ne dii quoque suum erga nos favorem imminuant, ac
Reipublicæ nostræ curam, ut indigne quæ ab illis curetur,
abiciant. Quamobrem ut aliquando finem dicendi fa
ciam, quandoquidem iste peccavit officio, & bono ani
mo male fecit, dii vero eius peccatum in commoda nos
tra verterunt, ac dii quidem coegerunt, sed se tamē tyrā
nus interfecit, tum præmium qui cogere non petunt,
petere autem qui peremit non potest, nos sententijs ves
tris iudices, & huic veniam, & superis gratiā decer
nite, & urbeni ab huius præmij debito, quo eam liberā
esse dii voluerunt, absolvite. Dixi.

FINIS.

THOMÆ MORI VTOPIA
SEQVITVR.

117

CLARISSIMO. D. HIERONYMO BV/
SLIDIO. PRÆPOSITO. ARIEN/
SI, CATHOLICI REGIS CA
ROLI A' CONSILIIS,
PETRVS ÆGIDIVS
ANTVERPIEN
SIS. S. D.

*V*perioribus hisce diebus ornatissime
Bislidi, misit ad me Thomas ille MOR
tus, te quoq; teste, cui notissimus ē, exis
timum huius ætatis nostra decus, Vio
piam insulam, paucis adhuc mortali
bus cognitam, sed dignam in primis, quam ut plusq̃
Platonicam omnes velint cognoscere, presertim ab ho
mine facundissimo sic expressam, sic depictam, sic oculo
lis subiectam, ut quoties lego, aliquanto plus mihi uide
re uidear, q̃ cum ipsum Raphaeleni Hythlodæum (nā
ei sermoni æque interfui ac Morus ipse) sua uerba sonan
tem audirem. Enā si uir ille haud vulgari præditus elo
quentia sic rem exponeret, ut facile appareret eum non
ea referre, quæ narrantibus alijs didicisset, sed quæ comi
nus hausisset oculis, & in quibus non exiguum tempus
esset uersatus, homo mea quidem sententia, regionum,
hominum, & rerum experientia uel ipso Ulysses super
ior, & qualem octingentis hisce annis nusq̃ arbitrer na
tum, ad quem collatus Vespucius nihil uidisse putetur.

Erasmus

B

Iam præterq̃ quod uisa q̃ audita narramus efficacius, aderat homini peculiaris quædam ad explicandas res dexteritas. Attamen eadem hæc quonies Mori penicillo depicta contemplor, sic afficior, ut mihi uidear nonnūq̃ in ipsa uersari Vtopia. Et Hercule crediderim Raphaelem ipsum mīnus in ea īsula uidisse per omne quinquēniū quod illic egit, q̃ in Mori descriptione uideri liceat. Tantum hic occurrit undiq; miraculorum, ut ambigam quid primum, aut potissimum admirer, felicissimæ memoriæ fidei, quæ tot res auditas dūtaxat, penè ad uerbum reddere poterit, an prudentiam, qui uulgo ignobilissimos fontes, unde omnia Reipublica uel oriuntur mala, uel oriri possent bona sic animaduertit, an orationes uim ac facultatem, qua tanta sermonis latini puritate, tantis dicendi neruis, tot res complexus est, præsertim unus in tot publicis simul & domesticis negotiis distractus. Verū hæc omnia tu minus admiraris doctissime Bvslidi, qui familiari etiam consuetudine penitus habes cognitum, homine maius ac propè diuinum hominis ingenium. In cæteris igitur nihil est, quod illius scriptis queam adijcere. Tantum tetrastichum uernacula Vtopiensium lingua scriptum, quod à Mori discessu, forte mihi ostendit Hythlodæus apponendum curauit, præfixo eiusdem gentis alphabeto, tū adiectis ad margines aliquot annotatiunculis. Nam quod de insula sit tu laborat Morus, ne id quidem omnino tacuit Raphael, quanq̃ paucis admodum, ac uelut obiter attingit, uelut hoc alij seruans loco. Atq; id sanè nescio quo modo casus quidam malus utriq; nostrum inuidit, siquidem cum ea loqueretur Raphael, adierat Morum ē famulis

quispiam qui illi nescio quid diceret in aurem, ac mihi
quidem tanto attentius auscultanti, comitum quispiam
clarius, ob frigus opinor navigatione collectum, missi-
ens, dicentis voces aliquot interceptit. Verum non con-
quiescam, donec hanc quoque partem ad plenum cogno-
vero, adeo ut non solum situm insulae, sed ipsam etiam
poli sublationem fini tibi ad unguem reddaturus, si mor-
do incolumis est noster Hythlodæus. Nam uariis de
homine rumor adfertur, alij adfirmant perisse in itinere
rursus alij reuersum in patriam, sed partim suorum mor-
tes non ferentem, partim Vtopiae desiderio sollicitum
remigrasse. Nam quod huius insulae nomen nusquam
apud Cosmographos reperitur, pulchre dissoluit Hy-
thlodæus ipse. Siquidem fieri potuit, inquit, ut nomen
quo ueteres sint usi, postea sit commutatum, aut etiam il-
los hac figerit insula, quando & hodie complures ori-
untur terræ, priscis illis Geographis intactæ. Quanquā
quorsum atinet hic argumentis astruere fides, cum
MORVS ille sit aut? Cæterum quod is ambigit de
additione, equidem laudo & agnosco uiri modestiam.
At mihi visum est opus modis omnibus indignum quā
diu premeretur, & cum primis dignum, quod exeat
in manus hominum, idque mo potissimum nomine com-
mendatum orbi, uel quod Mori dotes tibi præcipue sine
perspectæ, uel quod nemo magis idoneus, qui rectis con-
silijs inuicta Rempublicam, in qua iam annis compluri-
bus, summa cum laude uersaris, tum prudentiæ, tum
integritatis. Bene Vale studioꝝ Meccenas, & huius
saeculi decus. Antuerpiæ. An. M. D. XVI. Cal. Nonēb.

THOMAS MORVS PETRO
ÆGIDIO. S. D.

*P*udet me propemodum charissime Pe-
tre Ægidi libellum hunc, de Vtopia/
na Republica, post annum fermè ad te
mittere, què te non dubito intra sesqui-
menscm expectasse, quippe quum scires
mibi demptum in hoc opere inueniendi laborem, neq;
de dispositione quicquam fuisse cogitandum, cui tantum
erant ea recitanda, quæ tecum una pariter audiui nar-
rantem Raphaeleni, quare nec erat quod in eloquen-
do laboraretur, quando nec illius sermo ponit exquisi-
tus esse, quum esset primum subitarius, atq; extempor-
ralis, deinde hominis, ut scis, non perinde Latine dor-
cti quàm Græce, & mea oratio quanto accederet propi-
us ad illius neglectâ simplicitatem, tanto futura sit pro-
pior veritatî, cui hac in re soli curam & debeo & ha-
beo. Fateor mi Petre, mihi adeo multum laboris ijs res-
bus paratis detractum, ut penè nihil fuerit relictum,
alioqn huius rei uel excogitatio, uel æconomia, potuisset,
ab ingenio neq; infimo, neq; prorsus indocto postu-
lare, tum temporis nonnihil, tum studiij, quod si exige-
retur, ut diserte etiam res, non tantum uere scriberetur,
id uero à me præstari, nullo tempore, nullo studio po-
tuisset. Nunc uero quum ablatiis curis ijs, in quibus tantum
fuit sudoris exhauriendum, restiterit tantum hoc,
nâ sic simpliciter scriberentur audita, nihil erat negocij,
sed huic tamen tam nihilo negocij peragendo, cætera
negocia mea minus ferè quàm nihil temporis reliquer

unt. Dum causas forenses assidue alias ago, alias audio, alias arbitrar finio, alias iudex dirimo, dum hic officij causa visitur, ille negocij, dum foris totum ferme diem alijs imparior, reliquum meis, relinquo mihi, hoc est litteris, nihil. Nempe reuerso domum, cum uxore fabulandum est, garriendum cum liberis, colloquendum cum ministris, quæ ego omnia inter negocia numero, quando fieri necesse est (necesse est autem, nisi uelis esse domi tuæ peregrinus) Et danda omnino opera est, ut quos uitæ tuæ comites, aut natura prouidit, aut fecit casus, aut ipse delegisti, ijs ut te quam incundissimum compares, modo ut ne comitate corumpas, aut indulgentia ex ministris dominos reddas. Inter hæc quæ dixi elabitur dies, mensis, annus. Quando ergo scribimus? nec interim de somno quicquam sum loquutus, ut nec de cibo quidem, qui multis non minus absument temporis, quam somnus ipse, qui uitæ absument ferme dimidium. At mihi hoc solum temporis adquire quod somno ciboque suffuror, quod quoniam paruum est, lente, quia tamen aliquid, aliquando perfeci, atque ad te mi Petre transmissi Vtopiam ut legeres, Et si quid effugisset nos, ut tu admoneres. Quanquam enim non hac parte penitus diffido mihi (qui uinam sic ingenio atque doctrina aliquid essem, ut memoria non usquequaque destitutor) non usque adeo tamen confido, ut credam nihil mihi potuisse excidere. Nam Et Ioannes Clemens puer meus, qui adfuit ut scis una, ut quem à nullo patior sermone abesse in quo aliquid esse fructus potest, quoniam ab hac uerba qua Et latinis litteris Et Græcis cepit uirescere, egre

UTOPIÆ THOMÆ MOR

giam aliquando frugem spero, in magnam me coniecit
dubitationem. si quidem quum, quantum ego recordor
Hythlodæus narrauerit Amauroticum illum pontem
quo flumens Anydrus infertur, quingētos habere pas-
sus in longum, Ioannes meus ait detrahendos esse ducē-
tos, latitudinem fluminis haud supra trecentos ibi con-
tinere. Ego te rogo rem ut euoces in memoriam. Nam
si tu cum illo sentis, ego quoque adsentiar & me lapsum
credam, si ipse non recolis, scribam ut feci quod ipse re-
cordari uideor mihi, nam ut maxime curabo, ne quod sit
in libro falsi, ita si quod sit in ambiguo, potius mendacium
dicam, quam mendare, quod malim bonus esse quam
prudens. Quanquam facile fuerit huic inderi morbo, si
ex Raphaelē ipso, aut præsens scisciteris, aut per litter-
ras, quod necesse est facias, uel ob alium scrupulum, qui
nobis incidit nescio mea ne culpa magis an tua, an Ra-
phaelis ipsius. Nam neque nobis in mentem uenit quare-
re, neque illi dicere, qua in parte noui illius orbis Utopia
sita sit. Quod non fuisse prætermisissimum sic, uellem profes-
so mediocri pecunia mea redemptum, uel quod subpri-
det me nescire quo in mari sit insula de qua tam multa
recenseam, uel quod sunt apud nos unus & alter, sed
unus maxime, uir pius & professione Theologus, qui
miro flagrat desiderio adueniendæ Utopiæ, non inani et ca-
riosa libidine collustrandi noua, sed ut religionem no-
stram, feliciter ibi acceptam foueat atque adaugeat. Quod
quo faciat rite, decreuit ante curare ut mittatur à Pōn-
tice, atque adeo ut creetur Utopiæ Episcopus, nihil eo
scrupulo retardatus. quod hoc anastasiū sit illi pater in-

petrandū. Quippe sanctū ducit ambitum, quē nō honoris aut q̄stus ratio, sed pietatis respectus peperit. Quā obrem te oro mi Petre nū aut p̄sens, si potes cōmode, aut absens p̄ epistolam, cōpelles Hythlodæum, atq; efficias ne quicq̄ huic operi meo, aut insit falsi, aut ueri desyderetur. Atq; haud scio an præstet ipsum ei librum ostendi. Nam neque aliud æque sufficit, si quid est erratum corrigere, neq; is, ipse aliter hoc præstare potest, quā si quæ sunt à me scripta perlegerit. Ad hæc, fiet ut hoc pacto intelligas, accipiat ne libenter, an grauati ferat hoc operis à me conscribi. Nempe si suos labores decreuit ipse mandare litteris, nolit fortasse me, neque ego certe uelim, Vtopiensium per me uulgata republica, florem illi gratiamq; nouitatis historiae suæ præripere. Quanquam ut uere dicam, nec tibi mecum satis adhuc constitui, an sim omnino adiutus. Etenim tam uaria sunt palata mortaliū, tam morosa quorundam ingenia, tam ingrati animi, tam absurda iudicia, ut cū ijs haud paulo felicius agi uideatur, qui iucundi atq; hilares genio indulgent suo, quā qui semet macerant curis, ut edant aliquid quod alijs aut fastidientibus, aut ingratiss, uel uilitatē possit esse, uel uoluptatē. Plurimi litteras nesciunt, multū contemnunt. Barbarus ut diuini reijcit, quicquid non est planè barbarum. Scior li aspernantur ut triviale, quicquid obsoletis uerbis non scatet. quibusdam solum placent uetera, plerisq; tantū sua. Hic tam tetricus est, ut non admittat iocos, hic tā insulsus, ut non ferat sales. tam simi qdam sunt, ut nasum omnem uelut aquam ab rabido morsus cane, reformidēt

T H O M A E M O R I

adeo mobiles alij sunt, ut aliud sedētes probēt, aliud stātes. Hi sedent in tabernis, & inter pocula de scriptorū iudicant ingenijs, magnāq; cum autoritate condemnāt utcumq; lubitum est, suis quēq; scriptis, uelut capillis cio uellicantes, ipsi interim tūti, et qđ dici solet, ἔξω βέλους q̄ppe tam leues & abrahi undiq; ut ne pilū quidem habeant boni uiri, quo possint apprehendi. Sunt præterea qđam tam ingrati, ut cum impense delectentur opere, nihilo tamen magis ament autorem. non absimiles inhumanis hospitibus, q̄ cum opiparo conuiuioprolixē sint excepti, saturi denique discedunt domum, nullis habitis gratijs ei, à quo sunt inuitati. Inūc et hominibus tam delicatū palatū, tā uarij gustus, animi præterea tam memoris & grati, tuis impensis epulum instrue. Sed tamen mi Petre tu illud age qđ dixi cum Hythlodeo. postea tamen integrum erit hac de re consultare denuo. Quanquam si id ipsius uoluntate fiat, quādo quidem scribendi labore defunctus, nunc sero sapio, qđ reliquum est de edendo, sequar amicorū consiliū, atq; in primis tuum. Vale dulcissime Petre Ægidi, cū opūma coniuge, ac me ut soles ama, quando ego te amo etiam plus quāam soleo.

SERMONIS QVEM RAPHAEL HY
 thlodæus Vir eximius, de optimo Reipublicæ
 statū habuit, Liber primus, per illu
 stre virū Thomam Morū Incl
 tæ Britanniarū urbis Lon
 dini & ciuem, &
 Vicecomitem.

q Vm non exigui momenti negocia
 quædam inuidissimus Angliæ rex
 Henricus eius nominis octavius, om
 nibus egregij principis artibus or
 natissimus cum serenissimo Castel
 læ principe Carolo controuersa ni
 per habuisset, ad ea tractanda, componendaq; oratorē
 me legauit in Flandriam, comitem & collegam viri in
 comparabilis Cuthberā Twinstalli, quem sacris scrinijs
 nuper ingenti omnium gratulatione præfecit, de cuius
 sane laudibus nihil à me dicetur, non quod uerear ne
 parum sinceræ fidei testis habenda sit amicitia, sed qd
 uirtus eius, ac doctrina maior est, quàm ut à me prædi
 cari possit, tum notior ubiq; atq; illustrior, quàm ut des
 beat, nisi uideri uelim soleni lucerna, quod aiunt, ostens
 dere. Occurrerunt nobis Brugis (sic enim conuenerat)
 hi, quibus à principe negotium demandabatur, egre
 gj uiri omnes. in his præfectus Brugenſis uir magnifi
 cus, princeps & caput erat, cæterum os & pectus Ge
 orgius Temſicius Cassiletanus Præpositus, non arte so
 lum, uerumetiam natura facundus, ad hæc irreconfu
 tissimus, tractandi uero negotij cum ingenio, tum assi

duo rerum usu eximius artifex. ubi semel atq; iterū congressi, quibusdam de rebus non satis consentiremus, illi in aliquot dies uale nobis dicto, Bruxellas profecti sunt principis oraculum sciscitaturi. Ego me interim (sic. n. res ferebat) Antuerpiam confero. Ibi diu uersor, sæpe me inter alios, sed quo non alius gratior, inuisit Petrus Ægidius Antuerpiæ natus magna fide, & loco! apud suos honesto, dignus honestissimo, quippe iuuenis haud scio doctior ne, an moratior. est enim & optimus et literatissimus, ad hæc animo in omnes candido, in amicos uero tam propenso pectore amore, fide, affectu tam sincero, ut nix unum aut alterum usquam inuenias, quem illi sentias omnibus amicitiae numeris esse conferendum. Rara illi modestia, nemini longius abest fucus, nulli simplicitas inest prudentior, porro sermone tam lepidus, & tam innoxie facetus, ut patriæ desiderium, ac claris domestici, uxoris, & liberorum, quorum studio reuiscendorum nimis quam anxie tenebar (iam tum enim plus quamior mensibus absueram domo) magna ex parte mihi dulcissima consuetudine sua, & mellinissima consabulatione leuauerit. Hunc quum die quadam in templo diuæ Mariæ, quod et opere pulcherrimum, & populo celeberrimū est, rei diuinæ interfuissem, atq; peracto sacro, parare inde in hospitium redire, forte colloquētem uideo cum hospite quodam, uergentis ad senium ætatis, uultu adusto promissa barba, penula neglectim ab humero pendēte, qui mihi ex uultu atque habitu nauclerus esse uidebatur. At Petrus ubi me cōspexit, adit ac salutat. respondere conantem seducit paululū, & rides inquit hunc? (simul defi-

gnabat eum cum quo loquentem uideram) eum inquit iam hinc ad te recta parabam ducere. Venisset inquam pergratus mihi tua causa. Immo inquit ille, si nos ses hominem, sua. Nam nemo uiuit hodie mortalium omnium qui tantam tibi hominum, terrarumq; incognitarum narrare possit historiam quarum rerum audiendarum scio auidissimum esse te. Ergo inquam non pessime conieciui. Nam primo aspectu protinus sensi hominem esse nauclerum. Atqui inquit aberrasti longissime, nauigauit quidem non ut Palinurus, sed ut Vlyses, imo uelut Plato. Nempe Raphael iste, sic enim uocatur gentilitio nomine Hythlodæus, & latine lingue non indoctus, & græcæ doctissimus (cuius ideo studio fior quam Romana fuit, quoniam totum se addixerat philosophiæ, qua in re nihil quod alicuius momenti sit præter Senecæ quædam, ac Cicronis extare latine cognouit) relicto fratribus patrimonio, quod ei domi fuerat (est enim Lusitanus) orbis terrarum contemplandi studio Americo Vesputio se adiunxit, atque in tribus posterioribus illarum quatuor nauigationum quæ passim iam leguntur, perpetuus eius comes fuit, nisi quod in ultima cum eo non redijt. Curauit enim atq; adeo extorsit ab Americo, ut ipse in his XXIII esset qui ad fines postreniæ nauigationis in Castello relinqueretur. Itaq; relictus est, uti obtemperaretur animo eius, peregrinationis magis q̃ sepulchri curioso. quippe q̃ hæc assidue sunt in ore, Cælo tegitur qui non habet urnam, & undiq; ad superos tantum deni esse uia. Quæ mens eius, nisi deus ei propitius adfuisset, nimio fuerat illi cōstatura. Cæterum postquam digresso Vesputio multas

regiones cum quinque Castellanorum comitibus enun-
sus est, mirabili tandem fortuna Taprobanen delatus,
inde peruenit in Caliquit, ubi repertis commode Lus-
tanorum nauibus. in patriam denique prater spem reue-
hitur. Hæc ubi narrauit Petrus, actis ei gratijs quod ita
officiosus in me fuisset, ut cuius uiri colloquium mihi
gratum speraret, eius uñ sermone fruerer, tantam ratio-
nem habuisset, ad Raphaelen me conuerto, tum ubi nos
mutuo salutassemus, atque illa communia dixissemus,
quæ dicî in primo hospitium congressu solent, inde dor-
mum meam digredimur, ibique in horto confidentes in
scamno cespitibus herbeis constrato, confabulamur.
Narrauit ergo nobis, quo pacto posteaquam Vespiciam
abierat, ipse, sociique eius, qui in Castello remanserant,
conueniendo atque blandiendo cœperint se paulatim
eius terræ gentibus insinuare, iamque non innoxie mo-
do apud eas, sed etiam familiariter uersari, tum prin-
cipi cuidam (cuius & patria mihi, & nomen excidit)
grati, charique esse. eius liberalitate narrabat commu-
tum, atque uiaicum ipsi & quinque eius comitibus ef-
factum fuisse suppeditatum, cum iñneris (quod per aquam
rañibus, per terram curru peragebant) fidelissimo duci
qui eos ad alios principes, quos diligenter commendari
petebant, adduceret. Nam post multorum iñnera die-
rum oppida atque urbes aiebat reperisse se, ac non pesti-
me instantas magna populorum frequentia respublicas.
Nempe sub æquatoris lineam hinc atque inde
ab utroque latere quantum ferè spatij solis orbita com-
plectitur, uastas obiacere solitudines perpetuo sermore
torridas. Squalor undique & tristis rerum facies hui-

rida atque inculta omnia feris habitata, serpennibusq;
aut denique hominibus, neq; minus efferis quàm sint
beluæ, neque minus noxijs. Caterum ubi longius eue-
runt, paulatim omnia mansuescere, cælum minus
asperum, solum virore blandum, mitiora animantium
ingenia, tandem aperiri populos, urbes, oppida, in his
assidua non inter se modo ac finitimos, sed procul eti-
am dissitas gentes, terra mariq; commercia. Inde sibi
arant facultatem multas ultro citroq; terras inuisendi
quod nulla navis ad iter quodlibet instruebatur, in qua
et ille, comitesq; eius libentissime admittabantur. Na-
ves quas primis regionibus conspexerunt, carina plas-
ta fuisse narrabat vela consutis papyris aut viminibus
intendebantur, alibi coriacea. post vero acuminatas ca-
nas canabea vela reppererunt. omnia denique nor-
ris similia. nautæ maris ac cæli non imperiti. Sed nū-
quam se narrabat inisse gratiam, tradito magnetis usu,
uius antea penitus erant ignari, ideoq; timide pelago
convenisse sese, neq; aliàs timere, quàm æstate credere.
Nunc vero eius fiducia lapidis contemnunt hyemem, se-
ui magis, quàm aut, ut periculum sit, ne q̄ res magno
his bono futura putabatur, eadem per imprudentiam
magnum causa malorum fiat. Quid quoq; in loco se
sedisse narrauit, & longum fuerit explicare, neque hu-
ius est operis institutum, & alio fortasse loco dicitur à
nobis, præsertim quicquid ex usu fuerit non ignorari,
qualia sunt in primis ea, quæ apud populos usquâ ci-
viliter conuiuentes animaduertit, recte prudenterq; pro-
fusa. His enim de rebus & nos avidissime rogabamus
& ille libentissime differebat, omiſſa interim inquisitio

ne monstrorum, quibus nihil est minus novum. Nam Scyllas & Celenos rapaces, & Lestrigonas populinoros, atque eiusmodi immania portenta, nusquam ferè non inuenias, at sanè ac sapienter instituto ciues haud reperiras ubilibet. Cæterum ut multa apud novos illos populos adnotauit perperam consulta, sic haud pauca recensuit, unde possint exempla sumi corrigendis harum urbium, nationum, gentium, ac regnorum erroribus idonea, alio, ut dixi, loco à me commemoranda. Nunc ea tantum referre animus est, quæ de moribus atque institutis narrabat Vtopiensium, præmissis tamen eo sermone, quo uelut tractu quodam ad eius mentionem Reipublicæ deuentum est. Nam quum Raphael prudentissimè recensuisset, alia hic, alia illic errata, utrobique certe plurima, tum quæ apud nos, quæ ne item sunt apud illos tanta sapientiis, quum uniuscuiusque populi mores atque instituta sic teneret, tanquam in quocumque locum diuersisset, totam ibi uitam uixisse uideretur, admiratus hominem Petrus, Miror profecto mi Raphael, inquit, cur te regi cuiuspiam non adiungas, quorum neminem esse satis scio, cui tu non sis futurus uehementer gratus, utpote quem hac doctrina, atque hac locorum hominumque perita non oblectare solum, sed exemplis quorumque instruere, atque adiuuare consilio sis idoneus, simul hoc pacto & tuis rebus egregie consulueris, & morum omnium commodis magno esse adiumento possis. Quod ad meos atinet, inquit ille, non ualde commoueor, nempe in quos mediocriter opinor me officij mei partes impleuisse, nam quibus rebus alij non nisi senes & ægri cedunt, immo tum quoque ægre cedunt, quum

amplius retinere non possunt, eas res ego non sanus modo ac negetus, sed inuenis quoque cognatis, amicisque dispartiri, quos debere puto hac mea esse benignitate contentos, neque id exigere atque expectare præterea, ut inemet eorum causa regibus in seruitium dedam. Bona uerba inquit Petrus, mihi uisum est non ut seruias regibus, sed ut inseruias. Hoc est inquit ille, una syllaba plusquam seruias. At ego sic censeo inquit Petrus, quoquo tu nomine rem appelles, eam tamen ipsam esse uiam, qua non alijs modo & priuatim, & publice possis conducere, sed tuam quoque ipsius conditionem reddere feliciorē. Feliciorē ne inquit Raphael, ea uia facerem, à qua abhorret animus? Atqui nunc sic uiuere uolo, quod ego certe suspicor paucissimis purpuratorum contingere. Quin satis est eorum, qui potentium amicitias ambiunt, ne magnam putes iacturam fieri, si ine atque uno aut altero mei similibus sint carituri. Tum ego, perspicuum est inquam te mi Raphael, neque opum esse, neque potentia cupidum, atq; ego profecto huius tuæ mentis hominem non minus ueneror ac suspicio, quàm eorum quenuis, qui maxime rerum sunt potentes. Ceterum uideberis planè rem te atque isthoc animo tuo tam generoso, tam uere philosopho dignam facturum, si te ita compares, ut uel cum aliquo priuatim incommodo ingenium tuum atque industriam, publicis rebus accommodes, quod nunquam tanto cum fructu queas, quanto si à consilijs fueris magno alicui principi, eique (quod te facturum certe scio) recta atque honesta persuaseris, nempe à principe bonorum, malorumque omnium

torrens in totum populum, uelut, à perenni quodā fon-
 te promanat. In te uero tam absoluta doctrina est, ut uel
 citra magnum rerum usum, porro tāta rerum peritiā,
 ut sine ulla doctrina, egregium consiliarium cuius rei
 gium sis præstaturus. Bis erras, inquit ille, mi More, pri-
 mum in me, deinde in re ipsa, nam neq; mihi ea est fa-
 cultas, quam tu tribuis, & si maxime esset, tamen quā
 ocio meo negotium facerem, publicam rem nihil pro-
 moueam. Primum enim principes ipsi plerique omnes
 militaribus studiis (quorum ego neq; peritiā habeo,
 neq; desydero) libentius occupantur, q̄ bonis pacis ar-
 tibus, maiusq; multo studium est, quibus modis per fas
 ac nefas noua sibi regna pariant, q̄ nū parata bene admi-
 nistrent. Præterea quicunq; regibus à consilio sunt, eorū
 nemo est, qui non aut uere tantum sapit, ut non egeat,
 aut tantū sibi sapere uidetur, ut non libeat alterius pro-
 bare consilium, nisi quod absurdissimis quibusq; dictis
 assentiuntur & supparasantur eorum, quos ut maxi-
 me apud principem gratiæ, student assentatione de-mer-
 eri sibi. Et certe sic est natura comparatum, ut sua cuiq;
 inuenta blandiantur. Sic & coruo suus arridet pullus,
 & suus finis Catulus placet. Quod si quis in illis
 uel alienis inuidendum, uel præferendum sua, aliquid
 afferat, quod aut alijs temporibus factum legit, aut ali-
 is fieri locis uidit, ibi qui audiunt, perinde agunt, ac si
 tota sapientiæ suæ periclitaretur opinio, & post illa pro-
 stultis planè sint habendi, nisi aliquid sufficient inueni-
 re, quod in aliorum inuentis uertant uitiō. Si cætera de-
 stituant, tum huc confugiunt, hæc nostris, inquit, pla-
 cere maioribus, quorum prudentiam uinā nos æqua-
 renus,

renius, itaq; hoc dicto ueluti egregie perorata re confis-
dunt. Tanq; magnum sit periculum, si quis ulla in re de-
prehendatur maioribus suis sapientior, à quibus tamen,
ut quicq; optime consultum est, ita æquissimo animo na-
lere simimus, at si qua de re potuit consuli prudens, eā
proñus ansam cupide arreptam mordicus retinemus.
Itaq; in hæc superba, absurda, ac morosa iudicia, cum
sæpe alibi, tum semel in Anglia quoq; incidi. Obsecro
inquam, fuisti apud nos? Fui inquit, atq; aliquot men-
ses ibi sum uersatus, non multo post eam cladem, qua
Anglorum occidentalium civile aduersus regem bellū
miserāda ipsorum strage compressum est. Interea mul-
tum debui reuerendissimo patri Ioanni Mortono Can-
uariensi Archiepi Copo & Cardinali, ac tum quoque
Angliæ Cancellario, uero mi Petre (nam Moro cognita-
sum narraturus) non autoritate magis, q̃ prudentia ac
uirtute uenarabili. Etenim statura ei mediocris erat, nec
ætati, quanquam sææ cedens, uultus quem reuerere,
non horreas, in congressu non difficilis, serius tamen
& grauis, libido erat asperius interdum compellendo
supplices experiri, sed sine noxa, quid ingenij, quam
animi præsentiam quisq; præ se ferret, qua uelut cognat-
ta sibi uirtute, modo abesset impudentia delectabatur,
& ut idoneam ad res gerendas amplectebatur, Sermo
politus & efficax, iuris magna peritia, ingenium in-
comparabile, memoria ad prodigiū usq; excellens. Hæc
enim natura egregia discendo atq; exercendo pronexit.
Huius consilijs rex plurimum fidere, multum Resp. nā
n (cum ego aderam) uidebatur, quippe qui ab prima
ferè iuuenta proñus à schola coniectus in aulam, ma-

V T O P I Æ T H O M Æ M O R I

*ximis in negocijs per omnem uersatus aetatem, ac uarijs
 is fortuna æstibus assidue iactatus prudentiam rerum
 (quæ sic recepta non facile elabitur) multis, magnisq;
 cum periculis didicerat. Fortè fortuna quum die quor-
 dam in eius mensa essem, laicus quidam legum uestra-
 rum peritus aderat, is nescio unde nactus occasionem,
 cœpit accurate laudare, rigidam illam iustitiam, quæ
 tum illic exercebatur in fures, quos passim narrabat nō
 nunq̃ suspendi uiginti in unâ cruce, atq; eo uehementius
 dicebat se mirari, cum tam pauci elaborerentur supplicio,
 quo malo fato fieret, uñ tam multa tamen ubiq; grassa-
 rentur. Tum ego, ausus enim sum libere apud Cardina-
 lem loqui, nihil mireris inquam. Nam hæc punitio fur-
 tum & supra iustum est, & non ex usu publico. Est. n.
 ad uindicanda furti nimis atrox, nec tamen ad refren-
 anda sufficiens. Quippe neq; furtum simplex tam in-
 gens facinus est, ut capite debeat plecti, neque ulla pœ-
 na est tanta, ut ab latrocinijs cohibeat eos, qui nullam
 aliam artem quærendi uictus habent. Itaque hac in re
 non uos modo, sed bona pars huius orbis imitari uide-
 tur malos præceptores, qui discipulos uerberant libentius
 quam docent. Decernuntur enim furanti grauiora at-
 que horrenda supplicia, cum potius multo fuerit promi-
 dendum, uñ aliquis esset prouentus uitæ, ne cuiquam
 tam dira sit furandi primum, dehinc pereundi neces-
 sitas. Est inquit ille, satis hoc promissum, sunt artes me-
 chanicæ, est agricolatio, ex his ueri uitam liceat, ni
 sponte mali esse mallent. At non sic euades inquam. Nā
 primum omittamus eos, qui sæpe uel ab externis bel-
 lis, uel ciuilibus uiculi redeunt domum, ut nuper apud*

nos è Cornubiensi pralio, & non ita pridem è Gallico, qui uel Reip. impendunt membra, uel regi, quos neque pristinas artes exercere debilitas patitur, neque atas nonnam discere, hos inquam omittamus, quando bella per intermissas uices commueant. Ea contemnemur, quæ nullo die non accidunt. Tantus est ergo nobilium numerus, qui non ipsi modo degant ociosi tanquam faci laboribus aliorum, quos puta suorum prædiorum color nos augendis reditibus ad uinum usque radunt. Nam eam solam frugalitatem nonere, homines alioquin ad mendicitatem usq; prodigi, uerum immensam quoque ociosorum stipatorum turbam circumferunt, qui nullam unquam querendi uictus artem didicere. Hi simul atq; herus obierit, aut ipsi ægrotauerint, eiciuntur illico, nam & ociosos libentius q̃ ægrotos alunt, & saepe morientis hæres non profinus alenda sufficit paternæ familiæ, interim illi esuriunt strenue, nisi strenue latrocinnunt. Nam quid faciant? Siq̃dem ubi errando paululum uestes ac ualentinē attrinere, morbo iā squalidos atq; obritos pānis, neq; generosi dignantur accipere, neq; audent rustici, nō ignari eū qui molliter educatus i ocio ac delicijs, solitus sit accinctus acinace ac cetra, totam uiciniā uultu nebulonico despicere & continere oēs præ se, baudquaq̃ idoneū fore, qui cum ligone ac marte, maligna mercede ac uictu parco, fideliter inserviat pauperi. Ad hæc ille, atqui nobis inquit, hoc hominum genus in primis fouendum est. In his. n. ut pot' hominibus animi magis excelsi ac generosioris, q̃ sint opifices aut agricolæ, consistunt uires ac robur exercitus, si quando sit confliendum bello. Profecto inquam ego, eadem

UTOPIÆ THOMÆ MORI

opera dicas licet, belli gratia fouendos esse fures, quibus
 haud dubie nunq̃ carebitis, dum habebitis hos. Quin
 neq; latrones sunt instrenui milites, neq; milites igna-
 vissimi latronum, adeo inter has artes belle conuenit.
 At hoc uitium tamen frequēs est uobis, non proprium,
 est enim omnium ferē gentium commune. Nam Gallia
 infestat alia præterea pestis pestilentior. Tota patria
 stipendiarijs, in pace quoq; (si illa pax est) oppleta atq;
 obfessa miliābus, eadem persuasionē inductis, qua uos
 ociosos hic ministros alendo esse censuistis, nempe quod
 Morosophis uisum est, in eo sitam esse publicam salutē,
 si in promptu semper adsit ualidum, firmumq; præsi-
 dium, maxime ueteranorum, neq; enim confidunt in ex-
 ercitatibus quicquam, ut uel ideo querendum eis bellum
 sit, ne imperitos habeant milites, & homines ingulan-
 di gratis, ne (ut habet facete Salustius) manus aut ani-
 mus incipiat per ocium torpescere. At quā sit perni-
 ciosum huiusmodi belluas alere, & Gallia suo malo di-
 dicat, & Romanorum, Carthaginensium, ac Syrorū,
 tum multarum gentium exempla declarant, quorum
 omnium non imperium modo, sed agros quoq; atque
 adeo urbes ipsas paratū ipsorum exercitus alijs atq; alijs
 occasionibus euerterunt, Quā uero non magnopere
 necessarium, uel hinc elucescit, quod ne Galli quidem
 milites armis ab unguliculis exercitatissimi cum euoca-
 tis comparatū uestris, admodum saepe gloriantur super-
 iores sese discessisse, ut ne quid dicam amplius, ne præ-
 sentibus uidear adblandiri uobis. Sed nec uestri illi uel
 opifices urbici, uel rudes, atq; agrestes agricolæ ociosos
 generosorum stipatores creduntur ualde perānescere,

nisi aut hi quibus ad vires atq; audaciam corpus contigit ineptius, aut quorum animi vis inopia rei familiaris infringitur, adeo periculum nullum est, ne quorum valida & robusta corpora (neq; enim nisi selectos dignantur generosi corrumpere) nunc vel elanguescunt ocio, vel negocijs propè muliebribus emolliuntur, idē bonis artibus instructi ad uitam, & virilibus exercitijs laboribus effæminentur. Certe utcumq; sese hac habet res, illud mihi nequaquam videtur publicæ rei conducere, in euentum belli, quod nunquam habetis, nisi quum uultis, infinitam eius generis turbam alere, qd̄ infestat pacem, cuius tanto maior haberi ratio, quàm belli debeat. Neque hac tamen sola est furandi necessitas. Est alia magis, quantum credo, peculiaris nobis. Quanam est ea inquit Cardinalis. Oues inquam uestra, quæ tam mites esse, tamq; exiguo scilicet ali, nunc (ut fertur) tam edaces atq; indomitæ esse cœperunt, ut homines deuorent ipsos, agros, domos, oppida vastent ac depopulentur. Nempe quibuscunque regni partibus nascitur lana tenuior, atque ideo præciosior, ibi nobiles & generosi, atq; adeo Abbates aliquot sancti uiri, non his contenti redditibus, fructibusq; annuis, qui maioribus suis solebant ex prædijs crescere, nec habentes satis, quod ociose ac laute uiuentes, nihil in publicum profint, nisi etiā obsint, aruo nihil relinquunt, omnia claudunt pascuis, demoluntur domos, dirunt oppida, templo diuitas at stabulandis ouibus relicto, & tanquam paruum soli perderent apud uos ferarum saltus, ac uinaria, illi boni uiri habitationes omnes, & quicquid usquā est culi, uerunt in solitudinem. Ergo ut unus belluo in

explicabilis ac dira pestis patriæ, continuatis agris, aliquot millia iugerum uno circundet septo, eijciuntur coloni quidam, suis etiam aut circūscripi fraude, aut vi oppressi exiuntur, aut fatigati iniurijs, adiguntur ad venditionem. Itaque quoquo pacto emigrant miseri, viri, mulieres, mariti, uxores, orbi, viduæ, parentes cum parvis liberis, & numerosa magis quam diuite familia, ut multis opus habet manibus res rustica, emigrant inquam è portis atque assuetis laribus, nec inveniunt quo se recipiant suppellectilem omnem haud magno vendibilem, etiam si manere possit emptorem, quum extrudi necesse est, minima vendunt. id quum breui errando insumpserint quid restat aliud denique, quam uti furentur, & pendeant in fide scilicet, aut uagentur atque mendicent. quamquam tum quoque uelut erronei conijciuntur in carcerem, quod otiosi obambulent, quorum operam nemo est qui conducat quum illi cupidissime offerant. Nam rusticæ rei cui assueuerunt nihil est quod agatur, ubi nihil feritur. Siquidem unus opilio atque bubulcus sufficit ei terræ depascenda pecoribus, in cuius cultum, ut sementi faciendæ sufficeret, multæ poscebantur manus. Atque hac ratione fit, ut multis in locis annona multo sit carior. Quin lanarum quoque adeo increuit pretium, ut à tenuioribus, qui pannos inde solent apud nos conficere, prorsus emi non possint, atque ea ratione plures ab opere ablegantur in otium. Nam post aucta pascua infinitam ouium uin assumpsit tabes, uelut eorum cupiditatem ulciscēte deo immissa in oues lue, quam in ipsorum capita contortam esse fuerat iustus. Quod si maxime incre scat ouium numerus, pretio nihil decre scit tamen. quod earum,

si monopolium appellari non potest quod non unus uendit, certe oligopolium est. Reciderunt enim ferè in manus paucorum, eorumdenq; diuitum. quos nulla necessitas urget ante uendendi quàm libet, nec ante libet quàm liceat quàm libet. Iam cætera quoque pecorum genera, ut æque cara sint, eadem ratio est, atq; hoc etiam amplius, quod diuites uillis, atque immunita re rustica non sint qui scaturam curent. Neque enim diuites illi, ut ouium, sic etiam armentorum fœtus educant, sed alium de macra empti uili, posteaquam suis pascuis pinguerint, magno reuendunt. Ideoq; sicut reor, nondum sentitur totum eius rei incommodum. Nempe adhuc his modo locis reddunt cara, ubi uendunt. cæterum ubi aliquandiu celerius extulerint illinc, quàm nasci possint, tum demum ibi quoq; paulatim decrecente copia ubi coeuntur, necesse est hic insigni laboretur inopia. Ita quare uel maxime felix hæc uestra uidebatur insula, iam ipsam paucorum improba cupiditas uerit in perniciem. Nam hæc annonæ caritas in causa est, ut quisque quàm possit plurimos è familia dimittat, quo quæso nisi mendicatum. aut quod generosis animis persuadeas facilius latrocinium? Quid quod ad miseram hanc egestatam, atque inopiam adiungitur, importuna luxuries. Nam & ministris nobilium, & opificibus, & ipsis propemodum rusticis, et omnibus denique ordinibus, multum est insolētis apparatus in uestibus. nimius in uictu luxus. Iam ganea, lustra, lupanar, et aliud lupanar tabernæ, uinariæ, ceruisiariæ, postremo tot improbi ludi, alea, charta, friallus, pila, sphaera, discus, an non hæc celeriter exhausta pecunia, recta suos mystas

UTOPIÆ THOMÆ MORI

mittunt aliquò latrocinium? Has perniciosas pestes
eijcete, statuite, ut nullas atq; oppida rustica, aut hi resti-
tuant, qui diruere, aut ea cedant reposituris, atq; ædifi-
care uolentibus. Refrenate coemptiones istas diuitum,
ac uelut monopolij exercendi licentiam. Pauciores alā-
tur oīo, reddatur agricolatio, lanificium instauretur,
ut sit honestum negotium, quo se ualiter exerceat oīo,
sa ista turba, uel quos hactenus inopia fures fecit, uel q-
nunc erronei aut oīosi sunt ministri, fures nimirum
utriq; futuri. Certe nisi his malis uedemini, frustra ia-
stetis exercitum in uindicanda furta iusticiam, nempe
speciosam magis, quàm aut iustā aut utilem. Siquidē
cum pessime finitis educari, & mores paulatim ab te-
neris annis corrumpi, puniendos uidelicet, tum demū
quum ea flagitia uiri designent, quorum spes de se
perpetuam à pueritia usq; præbuerant, quid aliud qua-
so quàm facitis fures, & iidem plectitis? Iam me hac lo-
quente iuris ille consultus interim se ad dicendum com-
posuerat, ac statuerat secum modo illo solenni disputan-
tium uti, qui diligentius repeunt quàm respondent,
adeo bonam partem laudis ponunt in memoria. Belle
inquit dixisti profecto, quum sis uidelicet hospes, q- ma-
gis audire his de rebus aliquid poteris, quàm exacte
quicquam cognoscere, id quod ego paucis efficiam per-
spicuum. Nam primum ordine recensebo quæ tu dixi-
sti. deinde ostendam quibus in rebus imposuit tibi no-
strarum rerum ignoratio, postremo rationes tuas om-
nes diluam atq; dissoluam. Igitur ut à primo quod sum
pollicitus exordiar, quatuor mihi uisus es, Tace inquit
Cardinalis, nam haud responsurus paucis uideris qui

sic incipias. Quamobrem lenabimus in presenti te hac respondendi molestia, seruaturi tamen integrum id munus tibi in proximum congressum uestrum, queni (nisi quid impedit, aut te, aut Raphaelem hunc) crastinus dies uelim referat. Sed interim abs te mi Raphael per quam libenter audierim, quare tu furtum putes ultimo supplicio non puniendum quamue aliam poenam ipse statuas, quæ magis conducat in publicum. Nam tolerandum ne tu quidem sentis. At si nunc per mortem quoque, tamen in furtum ruir, proposita semel uitæ securitate, quæ uis, quis metus posset abstergere maleficos, qui mitigatione supplicij, uelut præmio quodam ad maleficium se inuitatos interpretarentur? Omnino mihi uidetur inquam pater benignissime homini uitam eripi propter ereptam pecuniam prorsus iniquum esse. Siquidem cum humana uita ne omnibus quidem fortunæ possessionibus paria fieri posse arbitror. Quod si lafam iustitiam, si leges uiolatas, hac rependi pœna dicant, haud pecuniam, quid ni merito summum illud ius, summa uocetur iniuria? Nam neque legum probanda sunt tam Manliana imperia, ut sicubi in leuissimis parum obtemperetur, ilico strigant gladium, neque tam Stoica scita, ut omnia peccata adeo existiment paria, ut nihil iudicent interesse, occidat ne aliquis hominem an nummum ei surripiat, inter quæ (si quicquam æquitas ualet) nihil omnino simile aut affine. Deus uenit occidi quenquam, & nos tam facile occidimus ob ademptam pecuniolam? Quod si quis interpretetur, illo dei iussu interdictam necis potestatem, nisi quatinus humana lex declarat occidendum, quid obstat quo

VTOPIÆ THOMÆ MORI

minus homines eodem modo constituent inter se, quatenus stuprum admittendum sit, adulterandum, peierandum? Siquidem cum deus non alienæ modo, verum etiam suæ cuique mortis ius ademrit, si hominum inter se consensus de mutua cæde, ceteris placitis consentientium, adeo debet valere, ut illius præcepti vinculis eximat suos satellites, qui sine ullo exemplo dei, eos interemerint, quos humana sanctio iussit occidi, an non hoc pacto præceptum illud dei tantum iuris est habiturum quantum humana iura permiserint? ac fiet nimirum ut ad eundem modum omnibus in rebus statuant homines, quatenus divina mandata conveniat observari. Denique lex Mosæ, quanquam inclemens & aspera, nempe in servos, & quidem obstinatos lata, tamen pecunia furtum haud morte mulctavit. Ne putemus deum in nova lege clementiæ, quæ pater imperat filijs maiorem indulgisse nobis invicem salvandi licentiæ. Hæc sunt cur non licere putem. Quàm vero sit absurdum, atque etiam perniciosum reipi. furem, atque homicidam ex æquo puniri, nemo est opinor, qui nesciat. Nempe quum latro conspiciat non minus imminere discriminis dumtaxat furti damnato, quàm si præterea convincatur homicidij, hac una cogitatione impellitur in cædem eius, quem alioqui fuerat tantum spoliaturus, quippe præterquam quod deprehenso nisi sit plus periculi, est etiam in cæde securitas maior, & maior calandi spes sublato facinoris indice. Itaque dum fures nimis atrociter studemus perterrere, in bonorum incitamus perniciem. Iam quod quaeri solet, quæ puniō possit esse commodior, hoc meo iudicio haud paulo facilius est reper,

at, quàm quæ possit esse deterior. Cur enim dubitemus
eam niam utilem esse castigandis sceleribus, quam sci-
mus olim tam diu placuisse Romanis administrandæ
reipub. periculis? Nempe hi magnorum facinorum
convictos in lapidinas, atque fodienda metalla dam-
nabant, perpenis adseruandos uinculis. Quanquam
ego quod ad hanc rem attinet, nullius institutum gen-
tis magis probo, quàm id quod interea dum peregrin-
nabar, in Perside observatum apud vulgo dictos Polyler-
ritas adnotavi, populum neq; exiguum, neq; impru-
dentem institutum, & nisi quod tributum quorannis Per-
sæ pendit regi, cætera liberum ac suis permissum
legibus. Cæterum quoniam lōge ab mari montibus fe-
rè arcuati, & suæ terræ nulla in re maligne contenti
fructibus, neq; adeunt alios sæpe, neq; adeuntur. tamen
ex vetusto more gentis, neq; fines prorogare studeant, &
quos habent ab omni facili iniuria, & montes timentur
& pensio quam rerum ponenti persoluant, inermes
prorsus ab militia, haud perinde splendide, atq; cōmo-
de, felicesq; magis quàm nobiles, aut clari degunt. q̄p-
pe ne nomine quidem opinor præter quam ceterminis
admodum, satis notū. Ergo apud hos furti qui peraguntur,
quod sustulere domino reddunt, non, quod alibi fie-
ri solet, principi, utpote cui tantum iuris esse censent in
rem furtivam quantum ipsi furi. Sin res perierit, præcio
ex bonis furum confecto, ac persoluto tum reliquo iux-
tibus eorum, atque liberis integro, ipsi damnantur in
opera, ac nisi atrociter commissum furtū est, neq; claudū-
tur ergastulo, neq; gestant compedes, sed liberi, ac solus
in publicis occupantur operibus detrectantes ac lans

quidius gerentes sese, nō tam uinculis coercent, quā
excitant uerberibus, strenuam nauantes operam, abi
sunt à conuinculis, noctu tantum nominatim censiti cu
bicularis includuntur. prater assiduum laborem nihil
incommodi est in uita. Aluntur enim haud duriter qui
publicae rei seruiunt, è publico. alibi aliter. Siquidem ali
ubi quod impediatur in eos ex elemosyna colligitur,
atq; ea uia quanquam incerta, tamen ut est ille popu
lus misericors nulla reperitur iberior. alibi redditus q
dam publici ad id destinantur. Est ubi certum in eos
usus tributum uirum conferunt. Quin aliquot in locis
nullum publicum opus faciunt, sed ut priuatus quisq;
eget mercenarijs, ita illorum cuiuspiam in eum diem
operam, stata mercede conducit apud forum, paulo mi
noris quā quantū liberam fuerat conducturus, prater
ea fas est seruilem ignauiam flagris corripere. Sic su
mā nunquam opere careant, & prater uictum aliquid
quoque diei ab singulis publico inferatur aerario. Vno
quodam colore uestiuntur & omnes & soli, capillo nō
abrado uerum paulo supra auriculas attonso è qua
altera paululum præscinditur. Cibum cuiq; ab ami
cis dari, potumq; ac sui coloris uestem, licet pecuniam
datam esse danti pariter, atq; accipienti capitale, neque
minus periculosum etiā homini libero quacūq; de
causa nummum à damnato recepisse, & seruos ita
(sic enim damnatos uocant) arma cōtingere. Suos qua
q; regio propria distinguit nota, quam abieciisse capitu
le est, ut uel extra suos conspici fines, uel cum alterius
regionis seruo quicūq; esse collocum. At neq; tutior fu
ga meditatio q̄ ipsa est fuga. Quin consciūm talis fuit

Se consilij in seruo nex est, in libero seruitus. Contra in-
dici premia decreta sunt, libero pecunia, seruo libertas
utriq; uera uenia atq; impunitas conscientiae, ne quan-
do persequi malum consilium q̄ pœnitere sit tutius. Hi-
us rei hæc lex atque hic ordo est, quem dixi. qui quan-
tum habeat humanitatis & commodi facile patet. qñ
sic irasciatur, ut uicia perimat seruatis hominibus, et que
tra tractatis, ut bonos esse necesse sit. & quantum ante
damni dederunt, tantum reliqua uita resarciant. por-
rò ne ad pristinos relabantur mores, adeo nullus est me-
tus, ut uiciores quoq; quibus iter aliquò institutum est,
non alijs uia ducibus sese tutiores arbitrentur, quam
seruis illis ad quamq; regionem subinde commutatis.
Nempe ad perpetrandum latrocinium nihil habent
usquam non importunum, manus inermes, pecunia
tantum sceleris index, deprehenso parata uindicta ne-
q; spes ulla prorsus fugiendi quoquam. Quo enim pacto
falleret ac tegeret fugã, homo nulla uestium parte por-
pulo similis, nisi abeat nudus? quin sic quoq; fugientem
proderet auricula. At ne inito saltim consilio conirent
in rem publi. id denum scilicet periculum est. quasi in
tantam uenire spem ulla possit uicinia non tentatis ac
solicitatibus ante multarum regionum seruitijs, quæ tan-
tum absunt à facultate conspirandi, ut ne conuenire qui-
dem, & colloqui aut salutare se mutuo liceat, ut credã-
tur interim id consilium intrepide credituri suis, quod
reuerentibus periculosum, prudentibus maximo esse bo-
no sciant. Quum contra nemo sit prorsus ex spes, obedi-
endo ac perferendo, bonamq; de se præbendo spem emē-
dationis in posterum uitæ, posse his modis fieri, ut liberta

tem aliquando recuperet, quippe nullo non anno resti-
 titis aliquot commendatione patientiæ. Hæc quum di-
 xissem atque adiecissem nihil mihi videri causæ, quæ
 re non hic modus haberi vel in Anglia possit, multo
 maiore cum fructu, quàm illa iniustitia, quam iuris ille
 peritus tantopere laudauerat. Sub hæc ille, nempe inter
 consultus. Nunquam inquit istud sic stabiliri queat in
 Anglia, ut non in summum discrimen adducat Remp.
 Et simul hæc dicens, commouit caput, ac distorsit la-
 brum, atque ita contulit. Et omnes qui aderant, pedu-
 bus in eius ibant sententiã. Tum Cardinalis non est,
 inquit, proclive diuinare, commode ne an secus res ces-
 sura sit, nullo prorsus facto periculo. Verũ si pronuncia-
 ta mortis sententiã, differri executionem iubeat prin-
 cept, atque hinc experiatu morem. cohibitis asyloꝝ
 privilegijs. Tum uero si res comprobetur euentu essen-
 tis, rectum fuerit eam stabiliri, alioqui nunc quoque affi-
 cere supplicio eos, qui sunt ante damnati, neque minus in
 Republica fuerit, neque magis iniustum, quàm si nunc
 idem fieret, nec ullum interea nasci ex ea re potest peri-
 culum. Quin mihi certe videntur erronei quoque adeũ
 deni posse modum non pessime tractari, in quos hæter-
 nus tam multis editis legibus, nihil promouimus ta-
 men. Hæc ubi dixit Cardinalis, quæ me narrante con-
 temperant omnes, eadem nemo non certatim laudibus
 est prosequutus, maxime tamen illud de erroneis, quo-
 niam hoc ab ipso adiectum est. Nescio an quæ sunt se-
 cura silere præstiterit, erant enim ridicula, sed narrabo
 tamen, nam non erant mala, Et aliquid ad hanc rem
 pertinebant. Adstabat forte parasitus quidam, qui vide

ri uolebat imitari morionem, sed ita simulabat, ut propior uero esset, tam frigidis dictis captans risum, ut ipse sapius, quam dicta sua rideretur. Excidebant hominibus tamen interdum quædam, adeo non absurda, ut fidenti adagio facerent, crebro iactum iaci aliquando Venerem. Is ergo, dicente quodam è conuiuiis, Iam meo sermone bene prouisum esse furibus, atque à Cardinale etiam sanctum de erronibus, restare nunc ut his præterea consulere publicitus, quos ad egestatem morbus aut seruetus impulisset, atque ad labores unde uini possit, reddidisset impotes. Sine, inquit, me. nam ego & hoc recte ut fiat uideo. Etenim hoc genus hominum misere cupio aliquò è conspectu amoliri meo, ita me male ne xarunt sapere, cum querulis illis opplorationibus flagitarent pecuniam, quas nunquam tamè tam commode potuerunt occinere, ut nummum à me extorquerent. Quippe semper alterum euenit, ut aut non libeat dare, aut ne liceat quidem, quando nihil est quod denur. Itaque nunc cœperunt sapere, nam ne perdant operam, ubi me præterire uident, prætermittunt taciti, ita nihil à me sperant amplius, non Hercule magis quàm si essem sacerdos. Sed illos ego mendicos omnes lata lege distribui ac disparari iubeo in Benedictinorum Cœnobis, & fieri laicos ut uocant monachos, Mulieres moniales esse impero. Subrisit Cardinalis et approbat ioco, cæteri etiam serio. Cæterum Theologus quidam frater hoc dicto in sacerdotes ac monachos adeo est exhilaratus, ut iam ipse quoque cœperit ludere homo alioqui propè ad toruitatem grauis. At ne sic quidem, inquit extricaberis à mè-

dicis, nisi nobis quoque prospexeris fratribus. Atqui, inquit Parasitus, hoc iam curatum est. Nam Cardinalis egregie prospexit nobis quum statueret de coercendis, atque opere exercendis erroribus, nam vos estis erronei maximi. Hoc quoque dictum, quum coniectis in Cardinali oculis eum viderent non abnuere, coeperunt omnes non illibenter arripere, excepto fratre. Nam is (neque equidem miror) tali persusus aceto, sic indignatus est, atque incanduit, ut nec à conuitijs quidem potuerit temperare, hominem uocauit nebulonem, detractorem, susurrionem, & filium perditionis, minas interim terribiles citat è scriptura sacra. Iam scurra serio scurrari coepit, & erat planè in sua palæstra. Noli, inquit, irasci bone frater, scriptum est, in patientia uestra possidebitis animas uestras. Rursum frater (referam enim ipsius uerba) non irascor, inquit furcifer, uel saltem non pecco. Nam Psalmista dicit, Irascimini & nolite peccare. Admonitus deinde frater à Cardinale suauiter, ut suos affectus compesceret. Non domine, inquit, ego loquor nisi ex bono zelo sicut debeo. Nam uiri sancti habuerunt bonum zelum, unde dicitur. Zelus domus tue comedit me, et canitur in ecclesijs, Irrisores Heliæei, dum conscendit domum dei, zelus calui sentiunt, sicut fortasse sentiet iste derisor, scurra, ribaldus. Facis inquit, Cardinalis bono fortassis affectu, sed mihi uideris facturus, nescio an sanctius, certe sapientius, si te ita compares, ne cum homine stulto & ridiculo ridiculum tibi certamen instituas. Non domine inquit, non facerem sapientius. Nam Solomon ipse sapientissimus dicit, Responde stulto secundum stultitiam eius, sicut ego nunc facio, & demonstro ei foveam in quam

in quam cadet, nisi bene præcaueat. Nam si multi irrisores Heliæ, qui erat tantum unus caluus, senserunt Zelus calui, quanto magis sentiet unus derisor multorum fratrum, in quibus sunt multi calui? Et etiam habemus bullam Papalem, per quam omnes qui derident nos, sunt excommunicati. Cardinalis, ubi uidit nullum fieri finem, nuntius ablegato Parasito, ac aliam in rem commotum uerso sermone, paulo post surgit è mensa, atq; audiendis clientum negocijs dedit se, nosq; dimisit. En mihi More, quàm longo te sermone oneravi, quod tam diu facere planè puduisset me, nisi tu Et cupide flagitasses, Et sic uidereris audire, tanquam nolles quicquam eius consulationis omitti, quæ quanquam aliquanto perstrictius, narranda tamen mihi fuit omnino propter eorum iudiciũ, qui quæ me dicente spreuerant, eadem rursus exestigio non improbante Cardinale, etiam ipsi cõprobarunt, usque adeo assentantes ei, ut Parasiti quoq; eius inuentis, quæ dominus per iocum non aspernabatur, adblandirentur Et serio propemodum admitterent. Ut hinc possis aestimare quantũ me ac mea consilia auici forent aestimaturi. Profecto mi Raphael inquam magna me affecisti uoluptate, ita sunt abs te dicta prudenter simul Et Lepide omnia, præterea uisus mihi iterum sum, non solum in patria uersari, uerum etiam repuerascere quodammodo iucunda recordatione Cardinalis illius, in cuius aula puer sum educatus, cuius uiri memoriæ quod ut tam impense faues, nõ credas mi Raphael quãto mihi sis effectus hoc nomine charior, cum esses aliorum qui charissimus. Cæterum non possum adhuc ullo pacto meam demutare sententiã, quin te planè putem,

Erasmus

D

si animum inducas tuum, ut ne ab aulis principum abhorreas, in publicum posse te tuis consilijs plurimum boni conferre, quare nihil magis incumbit tuo, hoc est boni viri, officio. Si quidem cum tunc censeat Plato. Resp. ita denique futuras esse felices, si aut regnent philosophi aut reges philosophentur, quam procul abierit felicitas, si philosophi regibus nec dignentur saltem suum imparitari consilium? Non sunt, inquit, ille tam ingrati, quin id libenter facerent, immo multis libris aditis iam fecerunt, si ij qui rerum potuerunt essent parati, bene consultis parere. Sed bene haud dubie praevidit Plato, nisi reges philosophentur ipsi, nunquam futurum, ut peruersis opinionibus à pueris imbuti, atque infecti penitus philosophantium comprobent consilia, quod ipse quoque experiebatur apud Dionysium. An non ne putas, si apud aliquem regum decreta sana proponerem, & perniciofa malorum semina, conarer illi euellere, proinus aut eiciendum aut habendum ludibrio? Age finge me apud regem esse Gallorum, atque in eius considerare consilio, dum in secretissimo secessu praesidente rege ipso, in corona prudentissimorum hominum, magnis agitur studiis, quibus artibus ac machinamentis Mediolanum retineat, ac fugiuam illam Neapolim ad se retrahat, postea uero euertat Venetos, ac totam Italiam subiiciat sibi, deinde Flandros Brabatos, totam postremo Burgundiam suae faciat diuisionis. Atque alias praeterea gentes, quarum regnum iam olim animo inuasit. Hic dum alius suadet ferendum cum Venetis foedus tanisper duraturum, dum ipsis fuerit commodum, cum illis communicandum consilium, quin deponenda quoque apud

eosdem aliquam prædæ partem, quam rebus ex sententia peractis repetat, dñ alius consulit conducendos Germanos, alius pecunia demulcendos Elueños. Alius aduersus numen imperatoriae maiestatis, autò uelut anathemate propiciandum. Dum aliq uidetur cum Arragonum rege componendas esse res, & alieno Nauarrie regno, uelut pacis authoramento cedendum, Alius interim censet Castellia principem aliqua spe affinitatis irrehendum, atque aulicos nobiles aliquot in suam factionem certa pensione esse pertrahendos. Dum maximus omnium nodus occurrit, quid statuendum inter, rim de Anglia sit. Ceterum de pace tractandū tamen, & constringenda firmissimis uinculis, semper infirma scietas, amici uocentur, suspiciantur ut inimici. Habent igitur paratos, uelut in statione Scotos, ad omnem intentos occasionem, si quid se commoneant Angli. prorsus immittendos. Ad hac fouendum exulem nobilem aliquem occulte, nanque id aperte ne fiat prohibet scædera, qui id regnum sibi deberi contendat, ut ea uelut anfa contineat, suspectum sibi principem. Hic, inquam, in tanto rerum molimine, tot egregijs uiris ad bellum sua certatim consilia conferentibus, si ego hominibus surgam, ac uerò iubeam uela, omittendam Italiam censem & domi dicam esse manendum, unum Galia regnum ferè maius eē, q̃ ut commode possit ab uno administrari, ne sibi putet rex de alijs adiiciendis esse cogitandum. Tñ si illis proponerē decreta Achoriorū populi, Vtopiensium insulæ ad Ekronoton oppositæ, q̃ quum, olim bellū gessissent, ut regi suo aliud obtinerent regnū, qd affinitatis antiquæ causa sibi contendeat hereditate,

deberi, consequi tandem id, ubi uiderunt nihilo sibi minus esse molestia in retinendo, quàm in quærendo per-
tulerunt, uerum assidua pullulare semina, uel internæ
rebellionis, uel externæ incursionis, indeditos ita sem-
per aut pro illis, aut contra pugnandum, nunquam da-
ri facultatem dimittendi exercitus, compilari interim
se, efferri foras pecuniam, alienæ gloriolæ suum impen-
di sanguinem, pacem nihilo tutiorem, domi corruptos
bello mores, imbibitam latrociniandi libidinem, confir-
matam cædibus audaciam, leges esse contemptui, quod
rex in duorum curam regnorum distractus, minus in
utrumuis animum posset intendere. Cum uideret alio
qui tantis malis nullum finem fore, inito tandem consi-
lio, regi suo humanissime fecerunt optionem retinendi
utrius regni uellet, nam utriusq; non fore potestatem, se
plures esse, quàm qui à dimidiato possint regē gubernar-
ri, quum nemo sit libenter admissurus milionem sibi cū
alio communem. Ita coactus est ille bonus princeps, no-
uo regno cupiā ex amicis relicto (qui breui etiā post
eiectus est) antiquo esse contentus. Præterea si ostenderet
omnes hos conatus bellorum, quibus tot nationes eius
causa tumultuarentur, quū thesauros eius exhausissent,
ac destruxissent populum, aliqua tandem fortuna fru-
stra cessuros tamen, proinde auitum regnum coleret,
ornaret quantum posset, & faceret quàm florētissimū.
Amet suos & ametur à suis, cum his unā uiuat, impe-
retq; suauiter, atq; alia regna ualere sinat, quando id qd
nunc ei contigisset, satis amplum superq; esset, hāc ora-
tionem quibus auribus mi More, putas excipiendam?
Profecto non ualde prorsus inquam. Pergamus ergo in

quit, si consiliarijs cum rege quopiam tractantibus, & comminiscantibus quibus technis ei queant coacervare thesauros, dum unus intendendam consulit aestimationem monetae, quum ipsi sit eroganda pecunia, deiciendam rursus infra iustum, quum fuerit corroganda, ut & multum aeris paruo dissolvat, & pro paruo multum recipiat. Dum alius suadet ut bellum simulet, atque eo prae-textu coacta pecunia cum visum erit, faciat pacem, sanctis ceremonijs, quo plebeculae oculis fiat praestitum, miseratus videlicet humanum sanguinem princeps pius, Dum alius ei suggerit in mentem, antiquas quasdam, & tunc adeas leges, longa desuetudine antiquatas, quas quod nemo latas meminisset, omnes sunt transgressi, earum ergo multas iubeat exigi, nullum uberiorem proventum esse, nullum magis honorificum, utpote qui iustitiae prae se personam ferat, Dum ab alio admonetur, ut sub magnis multis multa prohibeat, maxime talia, quae ne fiant, in rem sit populi, post pecunia cum illis dispenset, quorum commodis obstat interdictum, sic & a populo gratiam iniri, & duplex adferri compendium, vel dum ij multantur, quos quaelus cupiditas pellexit in casses, vel dum alijs uedit privilegia, tanto pluris, quanto. scilicet fuerit melior princeps, utpote qui gravatim quicquam contra populi commodum privato cuiquam indulgeat, & ob id non nisi magno pretio. Dum alius ei persuadet obstringendos sibi indices, qui quavis in re pro regio iure disceptent, accersendos praeterea in palatium, atque inuitandos uti coram se de suis rebus disserant, ita nullam causam eius tam aperte iniquam fore, in qua non aliquis eorum vel contra

dicendi studio, vel pudore dicendi eadem. vel quo gratiam ineant, apud eum aliquam reperiant rimam, qua possit intendi calūnia. Si dum iudiciis diuersa sentiētibz, res p se clarissima disputatur & ueritas in quaestionem uenit, ansam commodum regi dari, pro suo cōmodo ius interpretandi. ceteros aut pudore accessuros aut metu, sic intrepide fertur, postea pro tribunali sentētia. Neq; enim deesse prætextus potest pronuntiāti propriæ. Nēpe cui satis est aut æq̃tatem à sua parte esse aut uerba legis, aut contorum scripti sensum, aut quæ legibus deniq; omnibus præponderat, apud religiosos iudices principis indisputabilem prærogatiuam. Dum omnes in Crassiano illo consentiunt atq; cōspirāt. Nul- lam auri uim satis esse principi, cui sit alendus exerci- tus. præterea nihil iniuste regi facere, ut maxime etiā uelit posse. Quippe omnia omnium eius esse, ut homi- nes etiā ipsos, tantum uero cuiq; esse proprium quan- tum regis benignitas ei non ademerit, qđ ipsum ut q̃ minimum sit, principis multum referre, ut cuius tutamētū in eo situm sit, ne populus diuitijs ac libertate lasciuat, qđ hæ res minus patienter ferāt dura atq; ini- iusta impia, quum contra egestas atq; inopia retundat animos, ac patiētes reddat, adimatq; pressis generosos rebellandi spiritus. Hic si ego rursus adsurgens contēdā hæc consilia omnia regi & inhonesta esse, et p̃uiciosa. Cuius nō honor modo, sed securitas quoq; in populi ma- gis opibus sita sit q̃ suis. quos si ostendam, regi sibi de- ligere sua causa, non regis, uidelicet ut eius labore ac studio ipsi cōmode uiuāt, utq; ab iniurijs, eoq; magis ad principem eā p̃uicere curā, ut populo bene sit suo, q̃

ut sibi, non aliter ac pastoris officium est, oves potius quā
 senet pascere, quatenus opilio est. Nam quā populi ege-
 statem censeant pacis praesidium esse, longissime aberrare
 eos ipsa res docet. Nempe ubi plus rixarum cōperias, quā
 inter mendicos? Quis intentius mutationi rerum studet
 quā cui minime placet praesens vitae status? Aut cui denique
 audacior impetus ad conturbanda omnia, spe alicuius
 de lucrandi, quā cui iam nihil est quod possit perdere?
 Quod si rex aliquis adeo aut contemptus esset, aut in-
 iustus suis, ut aliter eos continere in officio non possit, nisi
 si contumelijs, compilatione, et sectione grassetur. eosque
 redigat ad mendicitatem, praestiterit illi profecto regno
 abdicare, quā his retinere artibus, quibus quā imperij nor-
 men, retineat, certe amittit maiestatem. Neque enim regiae
 dignitatis est, imperium in mendicos exercere, sed in
 opulētos potius, atque felices. Quod ipsum sensit certe vir
 erecti ac sublimis animi Fabricius, cū responderet mal-
 le se imperare diuinibus, quā diuitem esse. Et profecto unum
 aliquem uoluptate ac delicijs fluere gemenibus undique
 ac lamentantibus alijs, hoc non est regni, sed carceris
 esse custodeni. Denique ul imperiosissimus medicus est, qui
 morbum nescit nisi morbo curare, ita qui uitam ciuium
 non nouit alia uia corrigere, quā ademptis uitae com-
 modis, is se nescire fateatur imperare liberis, quā aut in-
 eriam potius nutet suam, aut supbiam. nam his ferē
 uitijs accidit. ut populus eum uel cōtemnat, uel habeat
 odio. uiuat innocuus de suo, sumptus ad reditus accōr-
 modet, refrenet maleficia, et recta institutione suorum
 praeniat potius, quā sinat incrementum, quā deinde puniat. le-
 ges abrogatas consuetudine haud temere reuocet, pre-

UTOPIÆ THOMÆ MORI

ferunt quæ diu desit & nunq̃ desiderata sunt. neq; unq̃
commissi nomine eiusmodi quicquam capiat, quale pri
uatum quempiam iudex uelut iniquum ac iusfr̃ non
pateretur accipere. Hic si proponerē illis Macarensum
legem, qui & ipsi non longe admodum absunt ab Uto
pia, quorum rex quo primū die auspiciatur imperium,
magnis adhibitis sacrificijs iurjurando astringitur, nū
q̃ se uno tempore supra mille auri pōdo in thesauris ha
biturum, aut argenti, quātum eius auri precii æquet.
Hanc legem ferunt ab optimo quodam rege institutam
cui maiori curæ fuit patriæ cōmodum, q̃ diuitiæ suæ, ne
lut obicem aceruandæ pecuniæ tantæ, quanta faceret in
opiam eius in populo. Nempe eum thesaurū uidebat
suffecturum, siue regi aduersus rebelleis, siue regno ad
uersus hostium incursiones esset confliendum. Ceterū
minorem esse quā ut animos faciat inuadendi aliena
quæ potissima condendæ legis causa fuit. Proxima q̃
sic prospectum putauit, ne desit pecunia, quæ in quod
diana ciuium commutatione uersetur, & cum regi ne
cesse est erogare, quicquid thesauro supra legitimū ac
creuit modum, non quaesitum censuit occasiones ini
riæ. Talis rex & malis erit formidini, & à bonis am
bitur. Hæc ergo atq; huiusmodi si ingererent apud ho
mines in contrariam partem uehementer inclinatos, q̃
surdus essem narraturus fabulam? Surdissimis inquam
haud dubie. neq; hercule miror, neq; mihi uidetur (u
uere dicam) huiusmodi sermones ingerēdi, aut talia di
da consilia, quæ certus sis nunq̃ admissum iri. Quid. n.
prodesse possit, aut quomodo in illorum pectus influe
re sermo tam insolens, quorum præoccupauit animos,

q; infedit genitus diuersa persuasio? Apud amiculos
familiari colloquio non insuauis est hac philosophia
holastica. Cæterum in cōsilijs principum, ubi res ma-
gnæ magna autoritate agitur, nō est his rebus locus.
Hoc est, inquit ille, quod dicebam nō esse apud princi-
ps locum philosophiæ. Immo inquā est uerū, nō huic
holasticæ, quæ quiduis putat ubiuis conuenire, sed est
alia philosophia ciuiliior, quæ suam nouit scenam, eiq;
se accōmodans in ea fabula quæ in manibus est, suas
artes concinne & cum decoro nitatur. Hac utendum
tibi. Alioqn dum agitur quæpiam Plauti comœdia,
iugantibus inter se uernulis, si tu in proscenium prodeas
fabini philosophico, & recēscas ex Octauia locum in
quo Seneca disputat cum Nerone, nonne præstiterit es-
se mutam personam q̄ aliena recitando talem fecisse
tragicomœdiam? Corrueris enim, peruerterisq; præ-
sentem fabulam, dum diuersa permiscēs, etiam si ea quæ
affers meliora fuerint. Quæcunq; fabula in manu est
am age q̄ potes optime. neq; ideo totam perturbes, qd̄
tibi in mentem uenit alterius, quæ sit lepidior. Sic est in
republicis, sic in consultationibus principum. Si radicatus
uelli non possint opiniones prauæ, nec receptis usu ui-
sjs mederi queas ex animi tui sententiā, non ideo tamē
referenda Resp. est, & in tempestate nauis destituens
est, quoniam uentos inhibere nō possis. at neq; insue-
tus & insolens sermo inculcandus, quem scias apud di-
uersa persuasos pondus non habiturum, sed obliquo du-
ctu conandum est, atq; adnitendū tibi, ut pro tua uirili
omnia trahes commode, & qd̄ in bonum nequis uer-
tere, efficias saltē, ut sit q̄minime malum. Nam ut oīa

UTOPIÆ THOMÆ MORI

bene sint, fieri non potest, nisi omnes boni sint, quod ad aliquot abhinc annos adhuc non expetito. Hac inquit, arte nihil fieret aliud, quàm ne dum a'iorum furori mederi studeo, ipse cum illis insaniam. Nam si uera loqui uolo talia loquar necesse est. Cæterum falsa loqui, sit ne philosophi nescio certe non est meum. Quanquàm ille meus sermo ut fuerit fortasse ingratus illis, atque molestus, ita non uideo cur uideri debeat usque ad ineptias insolens. Quod si aut ea dicerem, quæ fingit Plato in sua Reipublica. aut ea quæ faciunt Utopienses in sua, hæc quæquæ essent, ut certe sunt, meliora, tamem aliena uideri possint, quod hic singulorum privatae sunt possessiones, illic omnia sunt communia. Mea uero oratio nisi quod ad eos qui statuisserint secum, ruere diuersa uia præcipites, incundus esse non potest, qui reuocet ac præmonstret pericula, alioquin quid habuit, quod non ubiuis dici, uel conueniat, uel oporteat? Equidem si omittenda sunt omnia tanquam insolentia atque absurda, quæcumque peruersi mores hominum fecerunt, ut uideri possint aliena, dissimulamus oportet apud Christianos, pleraque omnia quæ CHRISTVS docuit, ac dissimulari uideamus adeo uenit, ut ea quoque quæ ipse in aures insusurrasset suis, palam in tectis inferret prædicari. Quorum maxima pars ab istis moribus longe est alienior, quam mea fuit oratio. Nisi quod concionatores homines callidi, tum illud consilium secuti sunt, quando mores suos homines ad CHRISTI normam grauiter paterentur aptari, doctrinam eius uelut regulam plumbeam accommodauerunt ad mores, ut aliquo saltem pacto coniungerentur scilicet. quare nihil uideo quid profecerint, nisi ut securius li-

erat esse malos, atque ipse profecto tantundem proficiam in consilijs principum. Nam aut diversa sentiam quod perinde fuerit, ac si nihil sentiam. aut eadem, & ipsorum adiutor sim, ut inquit Miño Terentianus, in *saturnia*. Nam obliquus ille ductus tuus non video quid sibi uelit, quo censes adnitendum, si non possint omnia reddi bona, tamen ut tractentur commode, fiantque, quoad licet quamminime mala. Quippe non est ibi dissimulandi locus, nec licet connivere. approbanda sunt aperte pessima consilia, & decretis pestilentissimis subscribendum est. Speculatoris uice fuerit, ac penè proditoris, etià qui improbe consulta maligne laudauerit. Porro nihil occurrit, in quo prodesse quicquid possis, i eos delatus collegas, qui uel optimum uirum facilius corruperint, quàm ipsi corrigantur. quorum peruersa consuetudine uel deprauaberis, uel ipse integer atque innocens, aliena malitia, stultitiaque prætexeris, tantum abest ut aliquid possit in uelut obliquo illo ductu conuertere, Quamobrem pulcherrima similitudine declarat Plato cur merito sapientes abstineant à capessenda Rep. Quippe quum populum uideant in plateas effusum assidujs imbris perfundi, nec persuadere queant illis, ut se subducant pluuia, tectaque subeant. gigni nihil profuturos, se se si exeant, quàm ut una cõpluantur, semet intra tecta continent habentes satis, quàm aliena stultitia non possint morderi, si ipsi saltem sint in tuto. Quamquid profecto mihi Morre (ut ea uere dicam, quæ mens animus fert) mihi uidetur ubicunque priuata sunt possessiones, ubi oēs omnia pecunijs metantur, ibi uix unquam posse fieri, ut cñ. Rep,

aut iuste agatur, aut prospere, nisi uel ibi sentias agi iuste, ubi optima quæq; pueniunt ad pessimos, uel ibi feliciter, ubi omnia diuiduntur in paucissimos, nec illos habitos undecumq; commode, cæteris ueroplanè miseris. Quamobrem quum apud animum meum reputo prudentissima atq; sanctissima instituta Vtopiensium, apud quos tam paucis legibus, tam commode res administratur ut & uirtutis præcium sit, & tamen æquatis rebus omnia abundant omnibus, tum ubi his eorum moribus ex aduerso comparo, tot nationes alias, semper ordinate, nec ullam satis ordinatam unquam, earum omnium in quibus quod quisq; nactus fuerit, suum uocat priuatum, quorum tam multæ indies conditæ leges non sufficiunt, uel ut consequatur quisq;, uel ut ne auir, uel ut fur is internoscat ab alieno, illud quod suum inuicem quisq; priuatum nominat, id quod facile indicant infinita illa tam assidue nascentia, quàm nunquam finiēda litigia, hæc inquam dum apud me cōsydero, æquior Platoni sum, minusq; demiror, dedignatum illis leges ferre ullas, quæ recusabant eas quibus ex æquo omnes omnia pariter commoda. Siquidem facile præuidit homo prudentissimus, unam atq; unicam illam esse uiam ad salutem publicam, si rerum indicatur æqualitas, quæ nescio an unquam possit obseruari, ubi sua sunt singulorum propria. Nam quum certis titulis, quisq; quantum potest, ad se conuerit, quantacumq; fuerit rerum copia, eam omnia pauci inter sese partiti, reliquis relinquunt inopiam, feruntq; accidit, ut alteri sint alterorum sorte dignissimi quum illi sint rapaces, improbi atq; inuiles, contra hi modesti

rari, ac simplices, & cotidiana industria, in publicum
q̄ in se uet benigniores. Adeo mihi certe psuadeo, res
æquabili ac iusta aliqua ratione distribui, aut feliciter
agricum rebus mortalium, nisi sublata prorsus proprie-
tate, non posse. Sed manente illa, mansuram semp apud
multo maximam, multoq; optimam hominum partem,
egestatis & erumnarum anxiam atq; ineuitabilem sar-
cinam. Quam ut fateor lenari aliquantulum posse, sic
tolliplanè contendo non posse. Nempe si statuantur ne q̄s
supra certum agrum modum possideat, & uñ sit legiti-
mus cuiq; census pecuniæ, si fuerit legibus quibusdam cau-
tum, ut neq; sit princeps nimium potens, neq; populus
nimis insolens. Tum magistratus ne ambiantur, neq; de-
ant ueniam, aut sumptus in illis fieri sit necesse, alioquin
& occasio datur per fraudem ac rapinas sarcinæ pe-
cuniæ, & sit necessitas eis muneribus præficiendi diuiti-
es, quæ potius fuerant administranda prudentibus tar-
tibz inquam legibus, quænamadmodum ægra assiduè
olent fomentis fulcari corpora deploratæ ualitudinis,
ita hæc quoq; mala leniri queant, ac mitigari, ut sanen-
tur uero atq; in bonum redeant habitum, nulla omni-
no spes est, dum sua cuiq; sunt propria. Quin dū unius
partis curæ studes, aliarum uulnus exasperaueris, ita
munio nascitur ex alterius inceda alterius morbus, qñ
nihil sic adijci cuiq; potest, ut non idem adimatur alij.
At mihi inquam contra uidetur, ibi nunq̄ commode ui-
uere posse, ubi omnia sint communia. Nam quo pacto sup-
petat copia rerum. unoquoq; ab labore subducente se?
utpote quem neq; sui quæstus urget ratio, & alienæ in

*industria fiducia reddit segnem . At quum & stimulen-
 tur inopia, neq; quod quisquam fuerit nactus, id pro suo
 meri ulla possit lege, an non necesse est ppenia cade ac
 seditione laborentur? Sublata presertim auctoritate ac rei
 uerentia magistratum, cui quis esse locus possit, apud
 homines taleis, quos intur nullum discrimen est, ne com-
 minisci quidem queo. Non miror inquit, sic uideri tibi,
 quippe cui eius imago rei, aut nulla succurrit, aut falsa.
 Verum si in Vtopia fuisses mecum, moresq; eorum atq;
 instituta uidisses presens, ut ego feci, qui plus annis quin-
 que ibi uixi, neque unquam uoluissim inde discedere,
 nisi ut nouum illum orbem proderem, tum planè fati-
 rere, populum recte institutum nusquam alibi te uidisi-
 se quàm illic. Atq; i profecto inquit Petrus Aegidius,
 ægre persuadeas mihi, melius institutum populum in
 nouo illo, quàm in hoc noto nobis orbe reperiri, ut in
 quo neque deteriora ingenia, & uenustiores opinor eẽ,
 quàm in illo Respub. & in quibus plurima ad uitam
 commoda longius inuenit usus, ut ne adiciam apud
 nos casu reperta quedam, quibus excogitandis nullum
 ponisset ingenium sufficere. Quod ad uenustatem, in-
 quit ille, rerum attinet publicarum, tum pronunciare
 posses rectius, si historias illius orbis perlegisses, quibus
 si fides haberi debet, prius apud eos erant urbes, quàm
 homines apud nos, iam uero quicquid hastenus uel in-
 genium inuenit, uel casus repperit, hoc utrobique po-
 tuit exstisse. Cæterum ego certe puto, ut illis prastemus
 ingenio, studio tamen atq; industria longè à tergo relin-
 quimur. Nam (ut ipsorum habent annales) ante appulu-*

sum illuc nostrum de rebus nostris (quos illi uocant Vl
traequinoſtiales) nihil unquam quicquam audierant
nifi quod olim annis ab hinc ducentis ſupra mille, na
uis quaedam apud inſulam Vtopiam naufragio periit,
quam tempeſtas eo deuilerat. Eiecti ſunt in littus Ro
mani quiſiam, atque Aegyptij, qui poſtea nunquam in
de diſceſſere. Hanc unam occaſionem, uide quam com
modam illis ſua fecit induſtria. Nihil artis erat intra
Romanum imperium, unde poſſit aliquis eſſe uſus, qđ
non illi aut ab expoſitis hoſpitibus didicerint, aut accē
ptis querendi ſeminibus adinuenerint, tanto bono fuit
illis aliquos hinc ſemel iluc eſſe delatos. At ſiqua ſimilis
forama quempiam antehac illic huc perpulerit, tam
penitus hoc oblitteratum eſt, qđ iſtud quoq; forſan exci
det poſteris, ne aliquādo illic fuiſſe. Et ut illi uno ſtāim
congreſſu quicquid à nobis commode inuentum eſt, fe
cerunt ſuum. Sic diuſurum puto, priuſq; nos accipia
mus quicquam quod apud illos melius qđ nobis eſt inſti
tutum. Quod unum maxime eſſe reor in cauſa, cur cui
neq; ingenio, neq; opibus inferiores ſimus eis, ipſorum
tamen res quā nōſtra prudētius adminiſtrantur, & fe
licius effloreſcat. Ergo mē Raphael inquam, quaſo te
atq; obſecro, deſcribe nobis inſulam, nec uelis eſſe bre
uis, ſed explices ordine, agros, fluuios, urbes, homines,
mores, inſtituta, leges, ac deniq; omnia, qđ nos putes uel
le cognoscere, putabis aut uelle qcqđ adhuc neſcimus.
Nihil inquit faciam libētius. Nā hēc in prōptu habeo.
Sed res oīum poſcit. Eamus ergo inquam intro pran
tium, mox tempus nōſtro arbitrati ſumemus. Fiat iquā.

UTOPIÆ THOMÆ MORI

Ita ingressi prandenus, pransi in eundem reuersi locum, in eodem sedili consedimus, ac iussis ministris ne quis interpelleret, ego ac Petrus Ægidius hortamur Raphaeleni, ut præstet quod erat pollicitus. Is ergo ubi nos uidit intentos, atque avidos audiendi, quum paulisper tacitus & cogitabundus assedisset, hunc in modum exorsus est.

PRIMI LIBRI

FINIS.

SERMONIS QVEM RAPHAEL HY-
THLODÆVS DE OPTIMO REI
PV. STATV HABVIT, LIBER
SECVNDVS, PER THO-
MAM MORVM CI-
VEM ET VICECO-
MITEM LON-
DINENSEM.

T O P I E N S I V M *Insula in me-
dia sui parte (nam hac latissima ē)
millia passuum ducenta porrigitur,
magnumq; per insulae spatium nō
multo angustior, fines uersus paulat-
im utrinq; tenuatur, hi uelut circū
ducti circū quingentorum ambitu millium insulam
totam in lunæ sp̄ciens renaſcentis effigiant. Cuius cor-
nua fretum interfluens, millibus passuum plus minus
undecim dirimit, ac per ingens inane diffusum, circū
iectu undiq; terræ prohibitis uentis, uasti in morem lac-
cus stagnans magis, q̄ ſæuiens omnem propē eius ter-
ræ alium pro portu facit, magnoq; hominum usu na-
ues quaquā uersus transmitti, fauces hinc uadis, inde ſa-
xis formidolosa. In medio fermē interſitiō una rupes
eminet, eoq; innoxia, cui inædificatam turrim præſidio
tenent, ceteræ latentes & inſidioſæ. Canales ſolis ipſis*

Erasmus

E

non, atq; ideo non temere accidit, uti externus quisquam. Hunc in sinum, nisi Vtopiano duce, penetret, ut in quē uix ipsis tutus ingressus est, nisi signis quibusdam è litorum iam regentibus. His in diversa translatis loca, hostium quamlibet numerosam classem facile in perniciem traherent. Ab altera parte nō infrequentes portus. At ubiq; descensus in terram ita natura munitus, aut arte, ut ingentes copiae paucis inde queant propugnatoribus arceri. Ceterū uñ fertur, utiq; ipsa loci facies præ se fert, ea tellus olim non ambiebat mari, sed Vtopus cuius utpote uictoris nomen refert insula. Nam ante id temporis Abraha dicebatur, quiq; rudem atq; agrestem urbē ad id quo nunc ceteros propè mortales antecellit cultus humanitatisq; perduxit, primo proñus appulsu uictoria positus, passuum millia quidecim, qua parte tellus continenti adhæsit, excindendum curauit, ac mare circum terram duxit. Quumq; ad id operis non incolas modo coegisset (ne contumelia loco laborem ducerent) sed suos præterea milites omnes adiungeret, in tantam hominum multitudinem opere distributo incredibili celeritate res perfecta, finitimos (qui initio uanitatem iccepariserant) admiratione successus ac terrore perculerit. Insula ciuitates habet quatuor & quinquaginta spatiofas omnes ac magnificas lingua, moribus institutis, legibus, prorsus iisdem, idem situs omnium, eadem ubiq; quatenus per locum licet, rerum facies. Harumq; proximæ intersunt millia quatuor ac uiginti separant. Nulla rursus est tam deserta, è qua non ad aliam urbem pedibus queat unius itinere dici perueniri. Cives quaq; ex

urbe terni senes ac rerum peritiam tractatum de rebus in
 sula cōmuniū, quotannis conveniunt Amantolūm.
 Nam (ea urbs quod tanq̃ in umbilico terræ sita maxi
 me iacet omnium partium legatis opportuna) prima,
 princepsq̃ habetur. Agri ita cōmode civitanibus assigna
 ti sunt, ut ab nulla parte minus soli q̃. XX. passuum nil
 liana quis habeat, ab aliqua multo etiā amplius, ut
 delictet qua parte lōgins urbes inter se distīguantur. Nul
 li urbi cupido promouendorum finium. Quippe quos ha
 bent agricolas magis eorum se, q̃ dominos putant. Ha
 bent ruri per omnes agros cōmode dispositas domos, ru
 sticis instrumentis instructas. Hæ habitantur civibus p
 uices eò commigrantibus. Nulla familia rustica in uiris
 mulieribusq̃ pauciores habet, q̃ quadraginta p̃ter duos
 ascriptiōis seruos, quibus pater materq̃ familias graues
 ac manū præsiciunt, Et singulis tricenis familijs Phir
 larchus unus. E quaq̃ familia uiginti quotannis in ur
 bem remigrant, hi qui biennium ruri complevere. In ho
 rum locum totidem recentes ex urbe subrogantur, ut ab
 his qui annum ibi fuisse, atq̃ ideo rusticarum peritiores
 rerum instituantur, alios anno sequente docturi, ne si pa
 riter omnes ibi noui, agricolationisq̃ rudes essent, aliqd
 in annona per imperitiam peccaretur. Is in nouando
 agricolarum mos, Et si solēnis sit, ne quisquam inuitus
 asperiores uiam cogatur continuare diuinus, nullū ta
 men quos rusticæ rei studiū natura delectat, plures si
 bi annos impetrant. Agricola terram colunt, nutriunt
 animalia, ligna comparant, atq̃ in urbem qua commo
 di est, terra, mari ne cōuehant. Pullorum infinitā edu

VTOPIÆ THOMÆ MORI

tant multitudinem, mirabili artificio. Neq; enim incur-
 bant oia gallinæ, sed magnū eorū numerū calo-
 re quodam æquabili fouentes animant, educantq; hi si-
 mul atq; è testa prodire, homines, uice matrum comi-
 tantur, & agnoscunt. Equos alunt perq; paucos, nec m-
 si ferocientes, neque aliū in usū q̄ exercenda rebus
 equestribus inueniunt. Nam omnem, seu colendi, seu uer-
 bendi laborem, boves obeunt, quos (ut fatentur) equis
 ipse cedere, sic patientia uincere, nec tot obnoxios mor-
 bis putant, ad hæc minore impendio, & operæ, et sum-
 ptus ali, ac deniq; laboribus emeritos, in cibum tandē
 usui esse. Semente in solū panem uincunt. Nam aut
 uinū bibunt, aut pomū, pirorū ne, aut
 deniq; aquam nonnunquam ineram, sæpe etiā, qua
 mel, aut glycyrrham incoxerint, cuius haud exigua
 habent copiam. Quum exploratum habeant (habent
 enim certissimū) quantū annonæ consumat urbs, & cir-
 cūiectus urbi conuentus, tñ multo amplius & semen-
 tis faciunt, & pecudum educant, q̄ qd̄ in suos usus suffi-
 ciat, reliquū impartiri finitimis. Quibuscūq; rebus
 opus est, q̄ res ruri non habentur, eam supplectilem oēm
 ab urbe petunt, & sine ulla reꝝ commutatione, à magi-
 stratibus urbanis nullo negotio consequuntur. Nā illo
 singulo quoq; mēse, pleriq; ad festum diem conueniūt.
 Quum frumentandi dies instat, magistratibus urbanis
 agricolarū phylarchi denunciant, quantum ciuium
 numerū ad se mītī conueniat, quæ multitudo frumē-
 tatorum, quū ad ipsum diem opportune adsit, uno pro-
 pè sereno die tota frumentatione defunguntur.

Rbium qui unam norit, omnes noverit,
ita sunt inter se (quatenus loci natura non
obstat) omnino similes. Depingam igitur
unam quampiam (neq; enim admodum
refert quam) Sed quâ potius, q̃ Amaurotum? qua nec
ulla dignior est, quippe cui senatus gratia reliquæ defer-
runt, nec ulla mihi notior, ut in qua annos quinq; per-
penui xerim. Situm est igitur Amaurotum, in Lem-
deiectu montis, figura ferè quadrata. Nā latitudo eius
paulo infra collis incœpta ueraceni, millibus passuum
duobus ad flumen Anydrium pertinet, secundum ripā
aliquanto longior. Oritur Anydrius millibus octoginta
supra Amaurotum, modice fonte, sed altorum occurſu
fluminum, atq; in his duorum etiam mediocrium am-
ētus, ante urbem ipsam, quin gentos in latum passus ex-
tēditur, mox adhuc amplior, sexaginta millia prolapsus
excipitur oceano. Hoc toto spacio, quod urberis ac mare
interiacet, ac supra urbem quoq; aliquot millia, sex hor-
ras perpetuas influens æstus, ac refluxus alternat celerū
flumine. Quum sese pelagus infert, triginta in longum
millia, totum Anydri alueum suis occupat undis, pro-
fligato retrorsum fluuiio. Tum aliquanto ultra liquor-
rem eius falsugine corrumpit, dehinc paulatim dulces-
cens amnis, syncerus urbeni perlabitur. ac refugientem
uicissim purus & incorruptus, ad ipsas propè fauces
insequitur. Urbs aduersa fluminis ripæ, non pilis ac

publicibus ligneis, sed ex opere lapideo, egregie arcuato
 ponte, commissa est, ab ea pte, quæ longissime distat à
 mari, quo naues totum id latus urbis possint inoffense
 præteruehi. Habent alium præterea flumiñ hand ma-
 gnum qdem illum, sed per q placidum ac iucundum.
 Nam ex eodem scaturiens monte, in quo ciuitas colloca-
 tur, mediam illam p denexa pfluens Anydro miscetur.
 Eius fluij caput, fontemq; qd paulo extra urbem na-
 scitur, munimentis amplexi, Amaurotani iunxerunt
 oppido, ne si qua uis hostium ingruat, intercipi, atque
 auerñ aqua, néne corrumpi queat. Inde canalibus coti-
 libus, diuersim ad inferiores urbis ptes aqua derivatur,
 id siubi locus fieri uetat, cisternis capacibus, collecta
 pluuia, tantundem usus adfert. Murus altus, ac latus
 oppidum cingit, turribus ac propugnaculis frequēs an-
 da fossa, sed alta, latq; ac ueprium sepibus impedita
 tribus ab lateribus circūdat mœnia, quarto flumen ipi-
 sum pro fossa est. Platea cū ad uecturam, tum aduersus
 uentos descripta, cōmode ædificia neutiq; serdida, quo-
 rum lōga, & totum p uicium, ppetua series, aduersa do-
 morum frōte conspicitur, has uicorum frōtes uia distin-
 gnit pedes uiginti lata. Posterioribus ædium partibus,
 quanta est uicū longitudo, hortus adiacet, latus & uico-
 rum tergis undiq; circūseptus. Nulla domus est, q non
 ut hostium in plateam, ita posticum in hortum habeat.
 Quin bifores quoq; facili tractu manus aptiles, ac de
 in sua sponte coeñtes, quēuis intromittunt, ita nihil usq;
 priuati est. Nam domos ipsas uno quoq; decennio sorte
 cōmutant. Hos hortos magnificiunt. in his uineas, fru-

Æus, herbas, flores habent. tanto nitore, cultuq; , ut nihil fructuosius usquam uiderim, nihil elegantius, quæ in re studium eorum, non ipsa uoluptas modo, sed uicorum quoq; inuicem de suo cuiusq; horti cultu certamen accendit, & certe non aliud quicq; tenere urbe tota reperias, siue ad usum ciuium, siue ad uoluptatem commodius, eoq; nullius rei quàm huiusmodi hortorum, maiorem habuisse curam uidetur is qui cōdidit. Nam totam hanc urbis figuram, iam inde ab initio descriptam ab ipso Vtopo ferunt. Sed ornatum, cateruq; cultum, quibus unius ætatem hominis haud suffecturam uidit, posteris adiiciendum reliquit. Itaq; scriptum in annalibus habent, quos ab capta usq; insula, mille septingentorum, ac sexaginta annorum complectentes historiam, diligenter & religiose pscriptos adseruant, ædes initio humiles, ac uelut casae, & tuguria fuisse, è quolibet ligno temere factas, parietes luto obductos, culmina in aciem fastigiata stramentis operuerant. At nunc omnis domus uisenda forma tabularum trium parietum facies, aut silice, aut cementis, aut latere coctili constructæ in alium introrsus congesto rudere. Tecta in planum subducta, q̄ intritis quibusdam insternunt, nullius impedij, sed ea temperatura, q̄ nec igni obnoxia sit, & tolerandis tempestatum iniurijs plumbū superet. Ventos è fenestris uitro (nam eius ibi creberrimus usus est) expellunt. Interim etiam lino tenui, quod plucido oleo, aut succino perlinunt, gemino nimirum commodo. Siquidem ad eum modum fit, ut & plus lucis transmittat, & uentorum minus admittat.

▼ТОРІÆ THOMÆ MORI
DE MAGISTRATIBVS.

¶ Riginta quæq; familiæ magistratum sibi
quotannis eligunt quæ sua prisca lingua
Syphograntum vocant, recentiore phylar-
chum, Syphograntis decem cum suis fa-
milijs Tramiborus olim, nunc protophylarchus dictus
præficiunt. Denique Syphogranti omnes, qui sunt ducenti,
iurati lecturos sese, quem maxime censent utilem, sus-
fragijs occultis renunciant principem unum videlicet
ex his quatuor, quos eis populus nominavit. Nam à
quaque urbis quarta parte, selectus unus commenda-
tur senatui. Principis magistratus perpetuus est in om-
nem illius vitam, nisi tyrannidis affectatæ suspitio im-
pediat. Tramiboros quotannis eligunt. Ceterum haud
temere commutant. Reliqui magistratus omnes annui
Tramibori tercio quoq; die, interdum si res postulat sa-
pius, in consilium cum principe veniunt. De rep. con-
sultant. cōtrouersias priuatorum (si quæ sunt) quæ per
quàm pauca sunt, mature dirimunt. Syphograntos sem-
per in senatum duos adsciscunt, atque omni die diuer-
sos. canuntq; ut ne quid ratum sit quod ad rempu. perti-
neat, de quo non tribus in senatu diebus ante agitatum
quàm decretum sit. Extra senatum, aut comitia publica
de rebus communibus inire consilia capitale habetur.
Hæc eò ferunt instituta, ne proclive esset, coniuratione
principis, ac Tramibororum, oppresso per tyrannidem
populo, statum reip. mutare. Atque ideo quicquid ma-
gni momenti indicatur, ad Syphograntorum comitia

defertur, qui cum suis familijs communicata re, post in
se consultant, ac suum consilium renunciant senatui
tardum ad totius insulae consilium res deferant.
Quin id quoque moris habet senatus, ut nihil quo die
proponitur, eodem disputetur, sed in sequens
diem senatum differatur, ne quis ubi quod in buccam
primum uenerit, temere efficiat, ea potius excogitet
postea, quibus decreta meant sua, quàm quæ ex rei
publ. usu sint. malitq; salutis publicæ, quàm opinionis
de se iacturam facere, peruerso quodam ac præpostero
iudicio, ne initio parum prospexisse uideatur. Cui pro
ficiendum initio fuit, ut consulto potius, quàm cito
loqueretur.

DE ARTIFICIIS.

Res una est omnibus uiris, mulieribusque
promiscua agricultura, cuius summo est ex
pers. Hac à puertia erudiuntur omnes,
parum in schola traditis præceptis, par
um in agros uiciniores ubi, quasi per ludum educti,
non inuientes modo, sed per exercitandi corporis occa
sionem tractantes etiam Præter agriculturam (quæ est
omnibus, ut dixi, communis) quilibet unam quampi
am, tanquam suam docetur, ea est ferè aut lanificiū aut
operandi lini studium, aut cementarium, aut fabri,
seu ferrarij, seu materiarij artificium. Neq; enim aliud
est opificiū ullum, quod numerum aliquem, dictu di
gnum occupet illic. Nam ne scies, quid sit, nisi quod ha

biti sexus discernitur, & calibatus à coniugio, una p
totam insulam forma est, eademq; per omne ævum p
pena, nec ad oculum indecora, & ad corporis motū
habilis, tum ad frigoris æstusque rationem apposita.
Eas inquam, quæque sibi familia conficit. Sed ex alijs
illis artibus unusquisque aliquam discit, nec viri modo
sed mulieres etiam. ceterum hæ velut imbecilliores, le
uiora tractant, lanam ferè, linumq; operantur. viris ar
tes reliquæ magis laboriosæ mandantur, maxima ex
parte quisq; in patrijs artibus educatur. nam eò pleriq;
natura servitur. Quod si quem animus alio trahat. in
eius opificij, cuius capitur studio, familiam quampiam
adoptione traducitur. cura non à patre modo eius, sed
magistratibus etiam præstita, ut graui, atq; honesto pa
trifamilias mancipetur. Quin si quis unam perdoctus
artem, aliam præterea cupierit, eodem modo permit
tunt. Vtramq; nactus, utram uelit exercet, nisi alteru
tra ciuitas magis egeat. Syphograntorum præcipuum
ac prope unicuique negotium est, curare, ac prospicere.
ne quisquam desideat ociosus. Sed uti suæ quisque ar
ti sedulo incumbat, nec ab summo mane tamen, ad
multam usque noctem perpetuo labore, uelut inueni
ta, fatigatus. nam ea plusquam seruilis erumna est quæ
tamen ubiq; ferè opificum uita est, exceptis Utopien
sibus, qui cum in horas uiginti quatuor æquales, diem
connumerata nocte diuidant, sex duntaxat operi de
putant, tres ante meridiem, à quibus prandium incunt
atq; à prandio duas pomeridianas horas, quum inter
quieuerunt, tres deinde rursus labori datas, cæna clau

dunt. Quum primam horam ab meridie numeret, sub
octavam cubitum eunt, horas octo somnus uendicat.
Quicquid inter operis horas ac somni cibiq; medium
esset, id suo cuiusq; arbitrio permittatur, non quo per
luxum, aut segnitiam abutatur, sed quod ab opificio
suo liberum, ex animi sententia in aliud quippiam stu-
dij bene collocet. has intercaedines pleriq; impendunt
litteris. Solenne est enim publicas cotidie lectiones ha-
beri, antelucanis horis, quibus ut intersint, ij duntaxat
adiguntur, qui ad litteras nominatim selecti sunt. Cete-
rum ex omni ordine mares simul, ac foeminae multatim
domaxima ad audiendas lectiones, alij alias, prout cu-
iusq; fert natura confluit. Hoc ipsum tempus tamen, si
quis artem suam malit insumere quod nullis usu uenit
(quorum animus in nullius contemplatione discipli-
nae consurgit) haud prohibetur, quin laudatur quoque
ut uilis reipublicae. Super cenam tum unam horam
ludendo producant, aestate in hortis, hyeme in aulis ile-
lis communibus, in quibus comedunt. Ibi aut musici
exercent, aut se sermone recreant. Aleam atque id ge-
nus ineptos ac perniciosos ludos ne cognoscunt quidena
ceterum duos habent in usu ludos, latrunculorum lu-
do non dissimiles. Alterum numerorum pugnam, in qua
numerus numerum praedatur. Alterum in quo collata
aetate cum uirtutibus uicia confligunt. Quo in ludo perq-
scite ostenditur & uiciorum inter se dissidium, & aduersus
uirtutes concordia. item quae uicia, quibus se uirtutibus
opponant, quibus uiribus aperte oppugnent, quibus
machinamentis ab obliquo adoriantur, quo praesidio, uir

artes videtur vires infringant, quibus artibus eorum
 conatus eludant, quibus denique modis alterutra pars
 victoria compos fiat. Sed hoc loco, ne quid erretis
 quiddam pressius intueendum est. Etenim quod sex dñi
 taxat horas in opere sunt, fieri fortasse potest, ut inopi-
 am aliquam putes, necessariarum rerum sequi. Quod
 tam longe abest ut accadat, ut id temporis ad omnium
 rerum copiam quæ quidem ad uitæ vel necessitatem re-
 quirantur vel commoditatem non sufficiat modo, sed se-
 persit etiam, id quod vos quoque intelligetis si nobiscum
 reputeris apud alias gentes, quàm magna populi pars
 iners degit. primum mulieres ferè omnes, totius sum-
 mæ dimidium, aut sicubi mulieres negotiosæ sunt, ibi
 ut plurimum, earum vice, viri stertunt. ad hæc sacer-
 dotum ac religiosorum, quos uocant quanta quaq; odo-
 ra turba, adijce diuites omnes maxime prædiorum do-
 minos, quos vulgo generosos appellant ac nobiles, his
 adnumeranda ipsorum famulitium, totam uidelicet illam
 cetratorum nebulonum colluient, robustos denique
 ac ualentes mendicos adijunge, morbum quempiam
 prætexentes inertiae, multo certe pauciores esse quàm
 putaras inuenies eos, quorum labore constant hæc om-
 nia quibus mortales uiuunt. Expende nunc tecum ex
 his ipsis quàm pauci in necessarijs opificijs versantur.
 siquidem ubi omnia pecunijs inueniunt, multas artes ne-
 cesse est exerceri inanes et rorsus ac superfluas, luxus tan-
 tum ac libidinis ministras. nam hæc ipsa multitudo
 quæ nunc operatur, si pareretur in tam paucas artes,
 quàm paucas commodus naturæ usus postulat, in tam

ta rerum abundantia, quantam nunc esse necesse sit, præ
cua nimirum uiliora forent, quam ut artifices inde ui
tam acri suam possent. At si isti omnes quos nunc iner
tes artes distringunt, ac tota insuper otio ac desidia lan
guescens uirba, quorum unus quouis earum rerum quæ
aliorum laboribus suppeditantur, quantum duo earum
dem operatores consumit, in opera uniuersi atque eadem
uilia collocarentur, facile animaduertis, quantum
temporis ad suppeditanda omnia, quæ uel necessitatis
ratio, uel commoditatis effluegit (adde uoluptatis eti
am quæ quidem uera sit ac naturalis) abunde satis su
perque foret. atque id ipsum in Vtopia res ipsa perspicu
um facit. Nam illic in tota urbe cum adiacente uicinia
uix homines quingenti ex omni uiro: rum ac mulierum
numero, quorum ætas ac robur operi sufficit, uacatio p
mititur. In ijs Syphograntæ (quanquam leges eos labo
re soluerunt) ipsi tamen sese non eximunt, quo facilius
exemplo suo reliquos ad labores inuitent. Eadem im
munitate gaudent hi, quos commendatione sacerdotum
persuasus populus occultis Syphograntæ suffragijs
ad perdiscendas disciplinas perpetuam uacationem in
dulget. Quorum si quis conceptam de se spem se fellerit
ad opifices retrudatur, contraque non rarenter usu uenit,
ut mechanicus quæpiam, subcistinas illas horas tam gna
uiter impèdat litteris, tantum diligentiâ proficiat, ut opifi
cio suo exemptus, in litteratorum classem prouehatur.
Ex hoc litteratorum ordine legunt, sacerdotes, Tranibo
ri ac ipse denique deligitur princeps, quem illi prisca ipso
rum lingua Barzanem, recentiore Ademum appellant.

V T O P I Æ T H O M Æ M O R I

Reliqua ferē multitudine omnīs, quī neq; ociosa sit, nec inuilibus opificijs occupata, procliuīs aestimatio est, q̄ pauca horā quantum boni operis pariant, ad ea quæ commemorauī, hoc præterea facilitatis accedit quod in necessarijs plerisq; artibus, minore opera q̄ aliæ gentes, opus habent. Nam primum ædificiorum, aut structura, aut refectio ideo tam multorum assiduam ubiq; requirit operam, quod quæ pater ædificauit, hæres parum frugī paulatim dilabi sinīt, ita quod minimo neri potuit, successor eius de integro impendio magno cogitur instaurare, quin frequenter etiam quæ domus alij ingenti sumptu stetit, hanc alius delicato animo contemnit, eaq; neglecta, atq; ideo breui collapsa, aliam alibi impensis non minoribus extruit. At apud Vtopienses compositis rebus omnibus, & constituta Rep. rarissime accidit, ut noua collocandis ædibus area deliganur & non modo remedium celeriter præsentibus uitijs adhibetur, sed etiā imminētibus occurritur. Ita fit, ut minimo labore, diutissime perdurent ædificia, & id genus opifices uix habeant interdum quod agant, nisi quod materiam dolare domi & lapides interim quadrare atq; aptare iubentur, quo (si quod opus incidat) maturius possit exurgere. Iam in uestibus uide, q̄ paucis operis egeant, primum dum in opere sunt, corio neglectim aut pellibus amittuntur quæ in septennium durent, quum procedunt in publicum, superinduunt chlamydem uestē, quæ rudiores illas uestes cōtegat, eius per totam insulam unus color est, atq; is natiuus. Itaq; lanei panni, non modo multo minus quæ usq; alibi sufficāt, uerum is ipse quoq; mul

to minoris impēdij est, at lini minor est labor, eoq; usus crebrior, sed in lineo solus candor, in laneo sola mundi cies conspicitur, nullum tenuioris fili precium est. Itaq; fit, ut quum alibi nusq; uni homini quatuor aut quinque togæ laneæ diversis coloribus, ac totidem sericiæ tunica sufficiāt, delicatioribus paulo ne decem quidem, ibi una quisq; contentus est plerumq; in biennium. Quippe nec causa est ulla cur plures affectet, quas cōsecutus neq; aduersus frigus esset munior, neq; uestitus uideretur uel pīlo cūlior. Quamobrem quū & omnes ualibus sese artibus exercent, & ipsarum etiā opera pauciora sufficiant, sit nimirum, ut abundanter rerum omnium copia, interdum in reficiendas (si quæ detrita sunt) uias publicas immensam multitudinem educant, persæpe etiā quum nec talis cuiuspiam operis usus occurrat, pauciores horas operandi publice denuncient, neq; n. superuacaneo labore ciues inuitos exercent magistratus, quandoquidem eius Reip. institutio hunc unum scopū in primis respicit, ut quoad per publicas necessitates licet, q̄ plurimum temporis ab seruitio corporis ad animi libertatem cultumq; ciuibus uniuersis asseratur. In eo enim sitam uitæ felicitatem putant.

DE COMMERCIIIS MUTVIS.

Ediam quo pacto sese mutuo ciues utantur, quæ populi inter se commercia, quæq; sit distribuendæ res forma uidentur explicandum. Quū igitur ex familijs constet ci-

VTOPIÆ THOMÆ MORI

uitas, familias ut plurimum, cognationes efficiunt. Nā
 ſæminæ (ubi maturuerint) collocatæ maritis, in ipſarū
 domicilia concedunt, at maſculi filij, ac deinceps nepo-
 tes, in familia permanent, & parentum antiquiſſimo
 parent, niſi præ ſenectâ mente parum ualuerit, tunc. n.
 ætate proximus ei ſufficiat. Verum ne ciuitas aut fieri
 infrequentior, aut ultra modum poſſit increſcere, caue-
 tur, ne ulla familia, quarum millia ſex, quæq; ciuitas, ex-
 cepto conuentu, complectitur, pauciores quàm decem,
 plures' ne quàm ſexdecim puberes habeat. Impuberum
 enim nullus præſiniri numerus poteſt. Hic modus faci-
 le ſeruat, tranſcriptis hijs in rariores familias, qui i ple-
 nioribus excreſcunt. At ſi quando in totum plus iuſto
 abundauerit, aliarum urbium ſuarum infrequentiam
 ſarciant. Quod ſi forte per totam inſulā plus æquo mor-
 les intumuerit, tum ex qualibet urbe deſcriptis ciuibus
 in conſtante proximo ubicunq; indigenis agri multum
 ſuperest, & culu uacat, Coloniam ſuis ipſorum legi-
 bus propagant, aſcitis unâ terræ indigenis ſi conuiuere
 ſecum uelint. Cum uolentibus coniuncti in idem uitæ
 inſtitutum, eoſdenq; mores, facile coaleſcunt, idq; utri-
 uſq; populi bono, efficiunt enim ſuis inſtitutis ut ea ter-
 ra, ut. iſq; abunda ſit, quæ alteris aut parca ac maligna
 uidebatur. Renuentes ipſorum legibus uiuere, propellunt
 his finibus quos ſibi ipſi deſcribunt. Aduerſus repugnantes,
 bello conſigunt, nam eam iuſtiſſimam belli cauſam
 ducunt, quum populus quiſpiam eius ſoli quo ipſe non
 utitur, ſed uelut inane ac uacuum poſſidet, alijs tamen
 qui ex naturæ præſcripto inde nutriri debeāt, uſum ac
 poſſeſſionem

possessionem interdicat. Si quando ullas ex suis urbibus aliquis casus, eo usque imminuerit, ut ex alijs insula partibus seruat suo cuiusque urbis modo, resarci non possint (quod bis dumtaxat ab omni ano pestis grassante sania fertur contigisse) remigrantibus e Colonia ciuibz replentur. Perire enim Colonias potius patiuntur, quam ullam ex insulanis urbibus imminui. Sed ad coniectum ciuium reuertor. Antiquissimus (ut dixi) praest familiae. Ministri sunt uxores maritis, & liberi parentibus, atque in summa minores nati maioribus. Civitas omnis in quatuor aequales partes diuiditur. In medio cuiusque partis forum est omnium rerum. Eo in certas domos opera cuiusque familiae conuehuntur, atque in horrea singulae seorsum species distributae sunt. Ab ijs quilibet paterfamilias quibus ipse sui que opus habent, petit, ac sine pecunia, sine omni prorsus hostimento quicquid petierit, aufert. Quare enim negetur quicquam? quum et omnium rerum abunde satis sit nec timor ullus subsit, ne quisquam plusquam sit opus, flagitare uelit? Nam cur superuacua petiturus putatur is, qui certum habeat, nihil sibi unquam defuturum? Nempe auidum ac rapacem, aut timor carendi facit, in omni animantium genere, aut in homine sola reddit superbia, quae gloriae sibi ducit, superflua rerum ostentatione ceteros antecellere, quod uitij genus in Vtopiensium institutis nullum omnino locum habet. Adiuuncta sunt foris (quae commemoravi) fora cibaria, in quae non olera modo, arborumque fructus & panes comportantur, sed pisces praeterea quadrupedumque & animi quicquid esculentum

est, extra urbem locis appositis ubi fluente tabum ac
 fordes eluantur. Hinc deportant pecudes occisas depu-
 ratasq; manibus famulorum (nam neque suos cives pa-
 rum affuescere laniati animalium, cuius usu, clemē-
 tiam humanissimum naturæ nostræ affectum paulat-
 im deperire putant, neq; sordidum quicquam atq; im-
 mundum, cuius putredine corruptus aer morbum posi-
 set inuehere) perferri in urbem sinunt. Habet præterea
 quilibet vicus, aulas quasdam capaces, æquali ab sese
 invicem intervallo distantes, nomine quamq; suo cogni-
 tas. Has colunt Syphograntī, quarum unicuiq; triginta
 familiæ videlicet ab utroq; latere quidēdecim sunt adscri-
 ptæ, cibum ibi sumptura. Obsonatores cuiusq; aula, cer-
 ta hora conveniunt in forum, ac relato suorum nume-
 ro, cibum petunt. Sed prima ratio ægrotorum habeatur,
 qui in publicis hospicijs curantur. Nam quatuor habet
 in ambitu civitatis hospitia, paulo extra muros tam ca-
 pacia, ut totidem oppidulis æquari possint, tum ut neq;
 ægrotorum numerus quamlibet magnus angustæ collo-
 caretur, Et per hoc incōmode, tum quo iī qui tali mor-
 bo tenerentur, cuius contagio solet ab alio ad alium ser-
 pere, longius ab aliorum cœtu semoveri possint. Hac
 hospitia ita sunt instructa, atque omnibus rebus quæ ad
 salutem conferant referta, tum tam tenera ac scdula cu-
 ra adhibetur, tam assidua medicorum peritissimorum
 præsentia, ut quum illuc nemo mittatur inuitus, nemo
 tamen ferè in tota urbe sit, qui adversa valetudine labor-
 rans, non sibi decumbere q̄ domi suæ præferat. Quum
 ægrotorum obsonator cibos ex medicorum præscripto

repperit, deinceps optima quæq; inter aulas æquabiliter pro suo cuiusq; numero distribuuntur, nisi quod præcipis, pontificis, & Tributorum respectus habetur, ac legatorum etiam, & exterorum omnium (si q sunt qui pauci ac rari sunt) sed ijs quoque cum adsunt, dormilia certa atque instructa parantur. Ad has aulas prandij, cænæq; statis horis tota Syphograntia conuenit, aeneæ tubæ clangore commonefacta, nisi qui aut in hospicijs, aut domi decumbunt, quamquam nemo prohibetur. postquam aulis est satis factum è foro dormium cibum petere, sciunt enim neminem id temere facere, nam & si domi prandere nulli uentum sit, nemo tamen hoc libenter facit, cum neque honestum habeatur, & stultum sit deterioris parandi prandij sumere laborem, cum lautum atq; opiparum præsto apud aulam, tam propinquam sit. In hac aula ministeria omnia in quibus paulo plus serdis, aut laboris est, obveniunt serui. Cæterum coquendi, parandique cibi officium, & totius denique instruendi conuiuij scilicet mulieres exercent, cuiusque uidelicet familiæ per uices. Tribus pluribusue mensi: pro numero conuiuium discumbitur. Viri ad parietem, scæminæ exterius collocantur, ut siquid his subiti oboriantur mali, quod uterum gerentibus interdum solet accidere, imperturbatis ordinibus exurgant, atque inde ad nutrices abeant. Sedent illæ quidem seorsum cum lactentibus in cœnaculo quorundam ad id destinato, nunquam sine foco atque aqua munda, nec absque canis interim, ut & reclinare liceat infanulos, & ad ignem cum uelint exemptos fascijs

liberare, ac ludoreficere, sua quæq; soboli nutritrix est, nisi aut mors, aut morbus impediat, id cum accidit, uxores Syphograntorum propere nutricem quærent nec id difficile est. Nam quæ id præstare possunt, nulli officio sese offerunt libentius, quoniam & omnes eam misericordiam laude prosequuntur, & qui educatur, nutricem parentis agnoscit loco. In Antro nutricum, confidunt pueri omnes, qui primum lustrum non expleverunt, cæteri impuberes, quo in numero ducunt quicumque sexus alterius utrius intra nubiles annos sunt, aut ministrant discumbentibus, aut qui per ætatem nondum valent, adstant tamen, atq; id summo cum silentio, utriusque quod à sedentibus porrigitur, eo uestiuntur, nec aliud discretum prandendi tempus habent. In medio prima mensa (qui summus locus est, & cui, Nam ea mensa suprema in parte cœnaculi transversa est) totus convectus conspicitur. Syphograntus cum uxore confidet. His adiunguntur duo ex natu maximis. Sedent enim per omnes inensas quaterni. At si templum in ea Syphograntia situm est, sacerdos, eiusque uxor cum Syphogranto sedent ut præsideant. Ab utraque parte collocantur iuniores, post senes rursus, atq; hoc pacto per totam domum, & æquales inter se iunguntur, & dissimilibus tamen immiscentur, quod ideo ferunt institutum, ut senum gravitas ac reverentia (quæ nihil ita in mensa fieri, dicere ne potest, ut eos ab omni parte vicinos effugiat) Iuniores ab improba verborum, gestuumque licentia cohibeat. Ciborum ferula non à primo loco deinceps apponuntur, sed senioribus primum omnibus (quorum insignes loci

à sunt) optimus quisq; cibus inferitur, deinde reliquis
aqualiter ministratur. At senes laudatias suas (quarum
non tanta erat copia, ut posset totam per domum affar-
tim distribui) pro suo arbitratu circumsidentibus impar-
tuntur. Sic & maioribus natu suis servatur honos, &
commodi tantundem tamen, ad omnes pervenit. Omne
prandium, cenamq; ab aliqua lectione auspicantur,
quæ ad mores faciat, sed brevi tamen ne fastidio sit. Ab
hac seniores, honestos sermones, sed neq; tristes, ac infar-
ectos ingerunt. At nec longis logis totum occupant
prandium, quin audiunt libenter iuvenes quoq; atque
adeo de industria provocant, quo & indolis cuiusque
& ingenij per conviviij libertatem prodeuntis sese, capi-
ant experimentum. Prædia breviuscula sunt, cenæ lar-
giores, quod labor illa, has somnus & nocturna quies
excipit, quam illi ad salubrem concoctionem magis effi-
cacem putant. Nulla cæna sine musica transigitur, nec
nilis caret secunda mensa bellarijs, odores incendunt, et
unguenta spargunt, nihilq; non faciunt, quod exhilar-
rare convivas possit, sunt enim hanc in partem aliqua-
to procliviores, ut nullum voluptatis genus, ex quo ni-
hil sequatur incommodi, censeant interdictum. Hoc pa-
sto igitur in urbe conviviunt, at ruri, qui longius ab sese
dissiti sunt, omnes domi quisq; suæ comedunt, nulli eni
familie quicquam ad victum deest, quippe à quibus id
totum venit, quo nescantur urbici.

UTOPIÆ THOMÆ MORI
DE PEREGRINATIONE
UTOPIENSIVM.

T si quos aut amicorum alia in urbe com-
morantū aut ipsius etiā vidēdi loci de-
syderiū cæperit à Syphograntis ac Tra-
niboris suis ueniā facile impetrant, nisi si-
gus impediat. Mittitur ergo simul numerus aliquis cum
epistola principis, q̄ & datam peregrinandi copiā testa-
tur, & reditus diem p̄scribit. Vehiculum datur cū ser-
uo publico, q̄ agat boves & curet, ceterū nisi mulieres
in cœni habeāt, uehiculum uelut onus & impedi-
um remittitur. Toto itinere cum nihil secū efferāt, ni-
hil desit in, ubiq; enim domi sunt. Si quo in loco diu-
us uno die cōmorentur, suam ibi q̄sq; artem exercet, at-
q; ab artis eiusdē opificibus humanissime tractantur.
Si semet autore quisq; extra suos fines uagetur, dephē-
sus sine principis diplomate, contumeliose habitus, pro-
fugiuo reducitur, castigatus acriter, idem ausus denno
seruitute plectitur. Quod si quem libido incessat p̄ suā ci-
uitatis agros palandi uenia patris & consentiente con-
iuge non prohibetur. Sed in quodcunq; rus peruenierit,
nullus ante cibus datur, q̄ ante meridianum operis p̄-
sum, (aut quantum ante cœnam ibi laborari solet) ab-
soluerit. Hac lege quouis intra suæ urbis fines ire licet.
Erit .n. non minus uilis urbi, quā si in urbe esset. Iam
uidetis q̄ nulla sit usq; ociandi licentiā, nullus inertia
p̄textus, nulla tabernacula, nulla cernisaria, nisiq;

Imparatur, nulla corruptelæ occasio, nulla latebræ, concubiliabulum nullum, sed omnium præsentis oculi necessitatem aut consueti laboris, aut otij non inhonesti faciunt. Quem populi morem necesse est omnium rerum copiam sequi, atque ea quæ æquabiliter ad omnes perveniat, sit nimirum, ut inops esse nemo aut medicus possit. In senatu Amaurico (quem uti dixi terni quotannis omni ex urbe frequentant) ubi primum constitit, quæ res quoque loco abundet, rursum cuius alicubi malignior proventus fuerit, alterius inopiam, alterius proventus ubertas explet, atque id gratuito faciunt, nihil vicissim ab his recipientes quibus donant. Sed quæ de suis rebus unicuique urbi dederint, nihil ab ea repetentes, ab alia cui nihil impenderunt, quibus egent, accipiunt. Ita tota insula velut una familia est, At postquam satis promissum ipsis est, (quod non antea factum censerent quam in biennium propter anni sequentis eventum prospexerint) tum ex his quæ supersunt magnam vini frumenti, mellis, lanae, lini, ligni, cocci, et conchyliorum, vel lerum, ceræ, seui, corij, ad hæc animalium quoque in alias regiones exportant. quarum rerum omnium, septimam partem inopibus eius regionis dono dant, reliquæ precio mediocri vendunt, quo ex commercio, non eas modo merces, quibus domi egent (nam id ferè nihil est præter ferrum) sed argenti atque auripretia, magnam vim in patriam reportant. Cuius rei diuina consuetudine supra quam credi possit, ubique iam earum rerum copia abundant. Itaque nunc parum pensi habent, præsentis ne pecunia, an in diem vendat, nulloque maximam partem ha-

beant in nominibus, in quibus tamen faciendis non priuatorum unq̃, sed confectis ex more instrumentis, publicam urbis fidem sequuntur. Civitas ubi solutionis dies aduenerit, à priuatis debitoribus exigit credendum, atque in ærarium redigit, eiusq̃ pecuniæ quoad ab Utopiensibus reputatur, usura fruatur. Illi maximam partem nunquā repetunt. Nam quæ res apud se nullum habet usum, eam ab his auferre, quibus usui est, haud æquum censent. Cæterum si res ita poscat, ut eius aliquā partem alij populo mutuum daturi sint, tum denum poscunt, aut quum bellum gerendum est, quam in rem unam totum illum thesaurum quem habent domi seruant, uel aut extremis in periculis, aut in subitis praesidio sit. potissimum quo milites externos (quos libentius quàm suos ciues obijciunt discrimini) immodico stipendio cōducant, gnari multitudine pecuniæ hostes ipsos plerūq̃ mercabiles, & uel proditiōne, uel infestis etiā signis inter se committi. Hanc ob causam inestimabilem thesaurum seruant, at non ut thesaurum tamen, sed ita habent, quomodo me narrare profecto deterret pudor, metuam ne fidei oratio non sit habitura, quod eo iustus uereor, quo magis mihi sum conscius, nisi uidissem praesens, quàm ægre potuissem ipse perducī, ut alteri idē recensenti crederem. Necesse est enim ferè quàm quicq̃ est ab eorum qui audiunt moribus alienum, tam idem procul illis abesse à fide. quanquam prudens rerum aestimator minus fortasse mirabitur, quum reliqua eorum instituta, tam longe ab nostris differant, si argenti quoque atq̃ auri usus ad ipsorum potius, quàm ad nostri mor-

his rationem accommodetur. Nempe quum pecunia nō
utatur ipsi, sed in eum seruent euentum, qui ut potest
uenerire, ita fieri potest ut nunquam incidat. Interim
aurum, argentumq; (unde ea fit) sic apud se habent,
ut ab nullo pluris aestimetur, quàm rerum ipsarum na-
tura mereatur, qua quis non uidet quàm longe infra fer-
rum sunt? ut sine quo non hercule magis quàm absque
igni atq; aqua uiuere mortales queant, quum interim
auro, argentoq; nullum usum, quo non facile careamus
natura tribuerit, nisi hominum stultitia precium rari-
tati fecisset, quin contra, uelut parens indulgentissima op-
tima quæq; in prophanilo posuerit, ut aerem, aquam, ac
tellurem ipsam longissime uero uana ac nihil profua-
ra sermouerit. Ergo hæc metalla si apud eos in turrim ali-
quam abstruderentur, princeps ac senatus in suspicionē
uenire posset (ut est uulgi stulta solertia) ne deluso per te-
chnam populo, ipsi aliquo inde commodo fruerentur.
porrò si phyalas inde aliaq; id genus opera fabre exca-
sa conficerent, si quando incidisset occasio, ut conflanda
sint rursus, atq; in militum eroganda stipendium, uidēt
nimium fore, ut ægre patiantur auelli quæ semel in de-
litij habere cœpissent. His rebus uti occurrant, excogi-
tare quandam rationem, ut reliquis ipsorum institui-
tis consentaneam, ita ab nostris (apud quos aurum tan-
ti sit, ac tam diligenter conditur) longissime abhorren-
tem, eoq; nisi peritis non credibilem. Nam quum in si-
cilibus è terra utroq; elegantissimis quidem illis, sed
uilibus tamen edant bibantq;, ex auro, atque argento
non in communibus oculis modo, sed in priuatis etiam

UTOPIÆ THOMÆ MORI

domibus, matillas passim, ac sordidissima quæque uasa
conficiunt. Ad hæc catenas & crassas compedes quibus
cohercent seruos, iisdem ex metallis operantur. Postre-
mo quoscumque aliquod crimen infames facit, ab horum
auribus anuli dependent aurei digitos aurum cingit,
aurea torques ambit collum, & caput denique auro in-
ciuitur. Ita omnibus curant modis, ut apud se aurum ar-
gentumque in ignominia sint, atque hoc pacto fit, ut hæc
metalla, quæ ceteræ gentes non minus ferè dolenter ac vi-
scera sua distrahi patiuntur, apud Vtopien- si semel oia
res postularet efferri, nemo sibi iacturam unius fecisse af-
fis uideretur. Margaritas præterea legunt in litoribus, quæ
in rupibus quibusdam adamantes ac pyropos quoque, ne-
que tamen quærunt, sed oblatos casu, perpoliunt. His ori-
nant infantulos, qui ut primis pueritiæ annis, talibus
ornamentis gloriantur, ac superbiunt, sic ubi plusculum
accrevit ætatis, cum animaduertunt eiusmodi nugis non
nisi pueros uide, nullo parentum moniti, sed suomet ipso-
rum pudore deponunt. non aliter ac nostri pueri, quæ
grandescunt nices, bullas, & puppas abijciunt. Itaque
hæc tam diuersa ab reliquis gentibus instituta, quam di-
uersas itidem animorum affectiones pariat, nunquam
æque mihi atque in Anemoliorum legatis inclaruit. Ve-
nerunt hi Amaurotum (dum ego aderam) & quoniam
magnis derebus tractatum ueniebant, aduentum eorum
terni illi cines, ex qualibet urbe præuenerant, sed omnes
finitimarum gentium legati, qui eò ante appulerant, quibus
Vtopiensium perspecti mores erant, apud quos sum-
ptuosæ uestimenti nihil honoris haberi intelligebant, seru-

eum contemptui esse, aurum etiam infame sciebant, cui quam poterant modestissimo venire consueverant. At Anemolij, quod longius aberant, ac minus cum illis commercij habuerant, quum accepissent. eodem omnes, eoq; rudi corporis cultu esse, persuasi non habere eos quo non utebantur, ipsi etiam superbi magis, quam sapientes, decreuerunt apparatus elegantia, deos quosdam representare, et miserorum oculos Vtopiensium ornatus sui splendore praestringere. Itaque ingressi sunt legati tres, cum comitibus centum, omnes uestitu uersicolori, plerique serico, legati ipsi (nam domi nobiles erant) amictu aureo, magnis torquibus et inauribus aureis, ad haec anulis aureis in manibus, monilibus insuper appensis in pileo, quae margaritis ac gemmis affulgebant, omnibus postremo rebus ornati, quae apud Vtopienses, aut feruorum supplicia, aut infamium dedecora, aut puero- rum nugamenta fuisse. Itaque operae pretium erat uidere, quo pacto cristas erexerint, ubi suum ornatum cum Vtopiensium uestitu (nam in plateis sese populus effuderat) consilere. contraque non minus erat uoluptatis considerare quam longe sua eos spes expectatioque se fellerat quamque longe ab ea existimatione aberant, quam se consecuturos putauerant. Nempe Vtopiensium oculis omnium exceptis perquam paucis, qui alias gentes aliqua idonea de causa inuiserant, totus ille splendor, apparatus pudendus uidebatur, et infimum quenque pro dominis reuerenter salutantes, legatos ipsos ex aurearum usu catenarum pro seruis habitos, sine ullo prorsus honore praetermiserunt. Quin pueros quoque uidisses, qui gemmas

ac margaritas abiecerant, ubi in legatorum pileis affixas conspexerunt, compellere matrem ac latus fodere. En mater quàm magnus nebulomargaritis adhuc & gemmulis utitur, ac si esset puerulus? At parens serio etiam illa, tace inquit fili, est opinor quispiam è morionibus legatorum. Alij catenas illas aureas reprehendere, utpote nullius usus, quippe tam graciles, ut eas facile servus infringere, tam laxas rursus, ut quicumque libitum possit excutere, & solutus ac liber quovis ausu fugere. Verum legati postquàm ibi unum, atque alterum diem versati tantam auri vini in tanta uilitate conspexerunt nec in minore contumelia, quàm apud se honore habitam uidissent, ad hæc in unius fugitivi servi catenas compedesque plus auri, atque argenti congestum, quàm totus ipsorum trium apparatus constiterat, subsidentibus penis omnem illum cultum, quo sese tam arroganter extulerant, pudefacti, seposuerunt. Maxime uero postquàm familiaris cum Vtopiensibus collocuti, mores eorum atque opiniones didicere, mirantur illi siquidem quenquam esse mortalium quem exigua gemmula, aut lapilli dubius oblectet fulgor, cui quidem stellam aliquam, atque ipsum denique solem liceat intueri, aut quenquam tam insanum esse, ut nobilior ipse sibi ob tenuioris lanae filum videatur, si quidem hanc ipsam (quatumvis tenui filo sit) ovis olim gestavit, nec aliud tamen interim, quàm ovis fuit. Mirantur item aurum suapte natura tam inutile, nunc ubique gentium aestimari tantum, ut homo ipse per quem, et que adeo in cuius usum id precij obtinuit, minoris multo quàm aurum ipsum aestimetur, usque adeo ut plerumque

hens quissiam, & cui non plus ingenij sit quàm stulti-
tiae minus etiã improbus quàm stultus, multos tamẽ
& sapientes & bonos viros in servitute habeat, ob id
dñtaxat, quod ei magnus cōtigat aureorum numisma-
rum cumulus, quem si qua fortuna, aut aliqua legum
strophæ (quæ nihil minus ac fortuna ipsa summis ima
permiscet) ab hero illo ad abiectissimum totius familiæ
sue nebulonem transtulerit, sit vñmirum paulopost, ut
in famuli sui famulicium concedat, velut appendix ad
ditamētumq; numismatum. Ceterum multo magis eo-
rum mirantur, ac detestantur insaniam qui diuitibus il-
lis, quibus neq; debent quicquam, neque sunt obnoxij,
nullo alio respectu, quàm quod diuites sunt, honores tã-
tum non diuitiosos impendunt, idq; cum eos tam sordis-
dos atq; avaros cognoscunt, ut habeant certo certius ex
tanto nummorum cumulo uiuentibus illis ne unum
quidem nummulum unquam ad se uenturum. Has atq;
huiusmodi opiniones partim ex educatione conceperūt.
in ea educti Rep. cuius instituta lōgissime ab his stulti-
tiae generibus absunt, partim ex doctrina & litteris.
Nam & si haud multũ cuiusq; urbis sunt, qui ceteris
exonerati laboribus soli disciplinæ deputantur. ij uide-
licet in quibus à pueritiã egregiam indolem eximium
ingenium, atq; animum ad bonas artes propensum de-
prehendere, tamen omnes pueri litteris imbuuntur, &
populi bona pars, uiri, sceminaq; per totam uitam, ho-
ras illas quas ab operibus liberas diximus, in litteris
collocant. Disciplinæ ipsorum lingua perdiscunt. est
enim neque uerborum inops, nec insuauis audiri, nec

V T O P I Æ T H O M Æ M O R I

ulla fidelior animi interpret est, eadem ferè (nisi quod
 ubiq; corruptior, alibi aliter) magnam eius orbis plagam
 peruagatur. Ex omnibus his philosophis, quorum no-
 mina sunt in hoc noto nobis orbe celebria, ante nostrum
 aduentum ne fama quidem cuiusquam eò perueniat,
 et tamen in musica, dialecticâq; ac numerandi & me-
 tiendi scientia, eadem ferè quæ nostri illi veteres inueni-
 re. Ceterum ut antiquos omnibus propè rebus exæquât,
 ita nuperorum inuentis dialecticorum longe sunt im-
 pares. Nam ne ullam quidem regulam inueniunt ear-
 um, quas de restrictionibus, amplificationibus, ac sup-
 positionibus acutissime excogitatis in parvis logicali-
 bus passim hic ediscunt pueri. Porro secundas inten-
 tiones tam longe abest ut investigare suffecerint, ut nec bo-
 minem ipsum in communi quem vocant quamq; (ut sci-
 tis) planè Colosseum & quouis gigante maiorem, tum
 à nobis præterea digito demonstratum, nemo tamen eo-
 rum videre poterit. At sunt in astrorum cursu, & ce-
 lestium orbium motu, peritissimi. Quin instrumenta quoq;
 diversis figuris solerter excogitarunt, quibus solis ac lu-
 nae, & cæterorum item astrorum quæ in ipsorum hori-
 zonte uisuntur, motiones ac situs exactissime comprei-
 hensos habent. Ceterum amicitias, atq; errantium de-
 sideria syderum, ac totam deniq; illam ex astris diuinari
 di imposturam, ne somniant quidem. Imbres, uentos, ac
 cæteras tempestatum uicissitudines, signis quibusdam lō-
 go perspectis usu præsentunt. Sed de causis earum rerum
 omnium, & de fluxu maris eiusq; salitate, & in sum-
 ma de cæli mundiq; origine, ac natura parum eadē qua

ceteri philosophi nostri differunt, parum ut illi inter se
 dissident, ita hi quoque diu novas rerum rationes affer-
 unt, ab omnibus illis dissentiunt, nec inter se tamen usque
 unaque conueniunt. In ea philosophia parte qua de mori-
 bus agitur, eadem illis disputantur qua nobis, de bonis
 animi quaerunt et corporis, et externis, cum utrum
 boni nomen omnibus his, an solum animi donibus conue-
 niat. De uirtute differunt, ac uoluptate, sed omnium pri-
 ma est ac princeps controuersia, qua nam in re, una plu-
 ribus uisum sitam hominis felicitatem putant. At hac in re
 propensiores a quo uidentur in factionem uoluptatis af-
 fectricem, ut qua uel totam, uel potissimam felicitatis hu-
 manae partem definiant. Et quo magis mireris ab religio-
 ne quoque (qua grauis et seuera est fereque tristis et rigi-
 da) petunt tamen sententiae tam delicatae patrocinium. Neque
 enim de felicitate disceptant unquam, quin principia quaedam
 ex religione deprompta, tum philosophia qua rationibus
 uisum coniungant, sine quibus ad uerae felicitatis inuesti-
 gationem maneat, atque imbecillam per se rationem putant.
 Et principia sunt huiusmodi. Animam esse immortalem, ac
 dei beneficentia ad felicitatem naturam, uirtutibus ac benefa-
 ctis nostris premia post hanc uitam, flagitijs destinata sup-
 plicia. Haec tamen si religionis sint, ratione tamen censent ad-
 ea credenda, et concedenda produci, quibus est medio subla-
 tis, siue ulla cunctatione pronuntiant neminem esse tam stupi-
 dum, qui non sentiat petendam sibi per fas ac nefas uolupta-
 tem, hoc tamen cauere ne minor uoluptas obstat maiori,
 aut eam persequatur quam inuicem retaliet dolor. Nam uir-
 tutem asperam, ac difficilem sequi, ac non abigere modo suauis

tatem vitæ, sed dolorem etiam sponte perpeti, cuius nul-
 lum expectes fructum (quis enim potest esse fructus si
 post mortem nihil assequeris quam hanc vitam totam
 insuauiter hoc est misere traduxeris) id vero dementissi-
 mum ferunt. Nunc vero non in omni voluptate felici-
 tatem, sed in bona, atque honesta sitam putant, ad eam
 enim velut ad summum bonum, naturam nostram ab
 ipsa virtute pertrahi, cui sola aduersa factio felicitatem
 tribuit. Nempe virtutem definiunt, secundum naturam
 vivere ad id siquidem à deo institutos esse nos. Eum ve-
 ro naturæ ductum sequi quisquis in appetendis fugien-
 disque rebus obtemperat rationi. Rationem porro, men-
 tales primum omnium in amorem, ac uenerationem
 diuinæ maiestatis incendere, cui debemus, & quod sum-
 mus, & quod compotes esse felicitatis possumus, secun-
 dum id commonet, atque excitat nos ut vitam quam li-
 cet minime anxiam, ac maxime lætam ducamus ipsi,
 cæterisque omnibus ad idem obtinendum adiutores nos
 pro naturæ societate præbeamus. Neque enim quisquam
 unquam fuit tam tristis ac rigidus affecla virtutis, &
 osce voluptatis, qui ita labores, uigilias & squalores in-
 dicat tibi, ut non idem aliorum inopiam, atque incom-
 moda leuare, te pro tua uirili iubeat, & id laudandum
 humanitatis nomine censeat, hominem homini salu-
 ac solatio esse, si humanum est maxime (qua uirtute nul-
 la est homini magis propria) aliorum mitigare mole-
 stiam, & sublata tristitia uitæ iucunditati, hoc est volup-
 tati reddere. Quid ni natura quemque instiget ut sibi ut
 idem præstet? Nam aut mala est uita iucunda, id est,
 voluptaria,

voluptaria, quod si est, non solum neminem ad eam debes adiutare, sed omnibus utpote noxiam ac mortiferam, quantum potes adimere, aut si conciliare alijs eam, ut bonam non licet modo, sed etiam debes, cur non tibi in primis ipsi? cui non minus propitium esse te quam alijs decet, neque enim quum te natura moneat ut in alios bonus sis, eadem te rursus iubet, in tamen sanum atque inclementem esse. Vitam ergo incundam inquiunt, id est voluptatem tanquam operationum omnium finem, ipsa nobis natura praescribit, ex cuius praescripto vivere, vitam definiunt. At quum natura mortales inuitet ad bilioris vitae munus subsidium (quod certe merito facit, neque enim tam supra generis humani sortem quisquam est, ut solus naturae cura sit, quae universos ex aquo facit, quos eiusdem formae communionem complectitur) eadem te nimirum iubet etiam atque etiam observare, ne sic tuis commodis obsecundes, ut aliorum procures incommoda. Servanda igitur censent non inita solum inter privatos pacta, sed publicas etiam leges, quas aut bonus princeps iuste promulgavit, aut populus, nec oppressus tyrannide, nec dolo circumscriptus, de partiendis civitatis commodis, hoc est materiae voluptatis, communi consensu sanxit. his inoffensis legibus vitam curare commodum, prudentia est, publicum praeterea, pietatis. Sed alienam voluptatem praereptum ire, dum consequaremur, ea vero iniuria est, contra tibi aliquid ipsi demerre, quod addas alijs, id demum est humanitatis ac benignitatis officium, quod ipsum nunquam tantum auferat commodi, quantum refert. Nam & beneficiorum vicissitudine pensatur, & ipsa benefacti conscientia, ac recordari

ño charitatis eorum & beneuolentiæ quibus benefe-
 ceris, plus uoluptatis affert animo, quàm fuisset illa cor-
 poris qua abstinuisti. Postremo (quod facile persuadet
 animo libenter assentiendi religio) breuis & exigua uo-
 luptatis uicem, ingenti ac nunquam interituro gaudio
 rependit deus. Itaque hoc pacto censent, & excussa se-
 dulo & perpensare omnes actiones nostras, atque in
 his uirtutes etiam ipsas, uoluptatens tandem uelut fi-
 neni, felicitatensque respicere. Voluptatens appellane
 omnem corporis animi'ue motum statumque, in quo
 uersari natura duce delectet. Appetitionem naturæ, non
 temere addunt. Nam ut quicquid natura incundum est,
 ad quod neque per iniuriam tenditur, nec incundius ali-
 ud amittitur, nec labor succedit, non sensus modo, sed re-
 cta quoque ratio persequitur, ita quæ præter naturam
 dulcia sibi mortales uanissima conspiratione confin-
 gunt (tanquam in ipsis esset perinde res ac uocabula
 commutare) ea omnia statuunt adeo nihil ad felicitatens
 facere, ut plurimum officiant etiam, uel eo quod
 quibus semel insederunt, ne ueris ac genuinis oblecta-
 mentis usquam uacet locus, totum prorsus animum fal-
 sa uoluptatis opinione præoccupant. Sunt enim per-
 quam multa, quæ quum suapte natura nihil contineât
 suauitatis, immo bona pars amaritudinis etiam pluri-
 mum, peruersa, tum improbarum cupiditatum illece-
 bra, non pro summis tantum uoluptatibus habeantur,
 uerum etiam inter præcipuas uitæ causas numerentur.
 In hoc adulterinæ uoluptatis genere, eos collocât, quos
 ante memorauimus, qui quo meliorem togam habent, eo si-
 bi meliores ipsi uidentur, qua una in re, bis errant. Neq

enim minus falsi sunt, quod meliorem putant togam suam, quam quod se. Cur enim si uestis usum spectes, tenuioris fili lana præstet crassiori? at illi tamē tanquam natura non errore præcellerent, attollunt cristas, & sibi inuicem quoque precij credunt inde non nihil accedere, eoque honorem, quem uilius uestiā sperare non essent ausi elegantiori togæ, uelut suo iure exigunt, & prætermissi negligentius indignantur. At hoc ipsum quoque, uanis & nihil profuturis honoribus affici, an non eiusdem insitiæ est? Nam quid naturalis & ueræ uoluptatis affert nudatus alterius uertex, aut curuati poplites, hoc an non poplitum dolori medebitur? aut tui capitis phrenesim leuabit? In hac fucata uoluptatis imagine, mirum quàm suauiter insaniunt ij qui nobilitatis opinione sibi blandiuntur ac plaudunt, quod eiusmodi maioribus nasci contigerit, quorum longa series diues (neque enim nunc aliud est nobilitas) habita sit, præsertim in prædijs, nec pilo quidem minus sibi nobiles uidentur, etiam si maiores nihil inde reliquerint, aut relictū ipsi obliguerint. His adnumerant eos qui gemmis ac lapillis (ut dixi) capiuntur, ac dii quodammodo sibi uidentur facti, si quando eximium aliquem consequantur, eius præsertim generis, quod sua tempestate, maximo apud suos aestimetur, neque enim apud omnes, neque omni tempore, eadem genera sunt in precio. Sed nec nisi exemptum auro ac nudum comparant. Immo ne sic quidem nisi adiurato uenditore, & præstanti cautionē, ueram gemmam ac lapidem uerum esse, tam solliciti sunt, ne oculis eorum, ueri loco adulterinus imponat. At spectauro auri tibi, cur minus præbeat oblectamētū factiū, quem

UTOPIÆ THOMÆ MORI

cæcus oculus non discernit à nero. Vtrq; ex æquo valere
 debet, tibi, non minus hercle quàm cæco. Quid ij qui su-
 perfluas opes adseruant, ut nullo acerni usu, sed sola cõ-
 templatione delectentur, num veram percipiunt, an fal-
 sa potius voluptate luduntur? aut hi qui diverso viro,
 ærum quo nunquam sint usuri, fortasse nec usuri am-
 plius abscondunt, & solliciti ne perdant, perdunt, qd
 enim aliud est, usibus deniptum tuis & omnium for-
 tasse mortalium, telluri reddere? & tu tamen abstracto
 thesauro, velut animi iam securus lætitiâ gestis. Quem
 si quis furto sustulerit, cuius tu ignarus furti, deceni post
 annis obieris, toto illo decennio, quo subtracta pecunia
 superfuisti, quid tua retulit, surreptum an saluum fuis-
 se? utroq; certe modo tantûdem usus ad te peruenit. Ad
 has tam ineptas lætitiâs, aleatores (quorum insaniam
 audiri, non usu cognoscere) venatores præterea, atq; an-
 cipes, adiungunt. Nam quid habet, inquirunt, volupta-
 tis, talos in alveum proijcere, quod tonnes fecisti, ut si qd
 voluptatis inesset, oriri tamen potuisset ex frequenti usu
 facietas, aut quæ suauitas esse potest, ac non fastidiû po-
 tius, in audiendo latrare, atq; ululatu canum? aut qui
 maior voluptatis sensus est, cum leporeni canis insequi-
 tur, quàm quum canis canem? nempe idem utrobique
 agitur, accurritur enim, si te cursus oblectet. At si te ca-
 dis spes, laniatus expectatio sub oculis peragendi reti-
 net, misericordiam potius mouere debet, spectare, lepu-
 sculum à cane, imbecillum à validiore, fugacem ac timi-
 dum à ferocem, innoxium deniq; à crudeli discerptum.
 Itaq; Vtopienses totum hoc venandi exercitiû, ut rem
 liberis indignam, in lanios (quâ artem per seruos obiu-

re eos supra diximus) reiecerunt, infimā enim eius partem esse uenationem statuunt, reliquas eius partes et meliores & honestiores ut quæ & multo magis conferāt, & animalia necessitatis dūtaxat grātia perimāt, quā uenator ab miseri animalculi cade ac laniatu, nihil nisi uoluptatē petat, quam spectanda necis libidinem in ipsis etiam bestiis, aut ab animi crudelis affectu censent exoriri, aut in crudelitate: deniq; assiduo tā effusa uoluptatis usu defluere. Hæc igitur et qcquid ē eiusmodi (sunt enim innumera) q̄q̄ pro uoluptatibus mortaliū uulgus habeat, illi tamen quum natura nihil infuse suauē, planē statuunt, cum uera uoluptate nihil habere commercij. Nam quod uulgo sensum iucunditate perfundunt (quod uoluptatis opus uidetur) nihil de sententia decedunt, non enim ipsius rei natura, sed ipsorū peruersa consuetudo in causa est, cuius uitiō sit, ut amara pro dulcibus amplectantur. Non aliter ac mulieres gravidæ picem & fenū, corrupto gustu, inelle mellianis arbitrantur. Nec cuiusq̄ tamen aut morbo, aut consuetudine deprauatum iudiciū, mutare naturam, ut non aliarū rerum, ita nec uoluptates potest. Voluptatum quas ueras fatentur, species diuersas faciunt. Siquidem alias animo, corpori alias tribuunt. Animo dant intellectu, eamq; dulcedinem quam ueri contemplatio pepererit. Ad hæc suauis additur bene actæ uitæ memoria, et spes nō dubia futuri boni. Corporis uoluptatē in duas partiuuntur formas, quarum prima sit ea, quæ sensum p̄spicuā suauitate perfundit, quod alias earum instauratiōe parauim fit, quas insitius nobis calor exhauserit. Nam bæ cibo potiq; redduntur, alias dum egeruntur illa,

V T O P I Æ T H O M A E M O R I

quorum copia corpus exuberat. hæc suggeritur, dñ excrementis intestina purgamus, aut opera liberis datur, aut illius prurigo partis frictu scalpne lenitur. Inter dñ uero uoluptas oritur, nec redditura quicq̃ quod mēbra nostra desyderent, nec ademptura quo laborent, ceterum quæ sensus nostros tamen in quadam occulta, sed illustri motu tñllet, afficiatq̃, & in se conuertat. qualis ex musica nascitur. Alteram corporeæ uoluptatis formā, eam uolunt esse, quæ in quieto atq̃ æquabili corporis statu consistat, idest nimirum sua cuiusq̃ nullo interpellata malo sanitas. Hæc siquidem, si nihil eā doloris oppugnet, p se ipsa delectat, etiam si nulla extrinsecus adhibita uoluptate moueatur. Quāq̃. n. sese minus effert, minusq̃ offert sensui, q̃ tumida illa edendi bibendiq̃ libido, nihilo tamen secus multa eam statuūt uoluptatum maximam, omnes ferē Vtopienses magnam et uelut fundamentum omnium ac basim fatentur, ut. quæ uel sola placidam & optabilem uitæ conditionem reddat, & qua sublata, nullus usq̃ reliquus sit cuiq̃ uoluptatū locus. Nā dolore prorsus macare, nisi adsit sanitas stuporē certe nō uoluptatē uocant. Iamdudñ explosum est apud eos decretum illorum, q̃ stabilem & trāquillam sanitatem (nam hæc quoq̃ quæstio grauiter apud eos agitata est) ideo non habendā pro uoluptate censebant, qd̃ præsentem non posse dicerent, nisi motu quo piam extrario senāri. Verñ cōtra nñc in hoc propē uerſi cōspirant sanitatem uel in primis uoluptatū esse. Etenim quñ in morbo, inquit, dolor fit. qui uoluptatū implacabilis hostis est, nō aliter ac sanitatū morbus, qd̃ in uicissim inſit sanitatis tranquillitatū uoluptas? nihil

enim ad hanc rem referre putat, seu morbus dolor esse, seu morbo dolor inesse dicatur. Tantū dē. n. utroq; modo effici. Quippe si sanitas, aut voluptas ipsa sit, aut necessario voluptatem pariat, velut calor igni gignitur, nimirum utrobiq; efficiatur, ut quibus immota sanitas adest his voluptas abesse non possit. Præterea dum nescimus inquirunt, quid aliud quam sanitas quæ labefactaricæ perat, aduersus esurientem (cibo commilitone) depugnat, in qua dñ paulatim inualefcit, ille ipse profectus ad solium vigorem suggerit illam, qua sic reficiuntur, voluptatem. Sanitas ergo quæ in conflictu letatur, eadem non gaudebit adepta victoriam? Sed pristinum robur, quod solum toto conflictu petuerat tandem, feliciter assecuta, protinus obstupescet? nec bona sua cognoscat atq; amplexabitur? Nam quod non sentiri sanitas dicta est, id vero per quam procul à vero putant. Quis enim vigilans, inquit, sanum esse se non sentit, nisi qui non est? quē ne tātus aut stupor, aut lethargus adstringit, ut sanitatem non iucundā sibi fatatur ac delectabilem? at delectatio quid aliud quam alio nomine voluptas est? Amplectuntur ergo in primis animi voluptates, (eas enim primas omnium principesq; ducūt) quarum potissimam partem censent ab exercitio virtutum bonāq; vitæ conscientia proficisci. Earum voluptatum quas corpus suggerit, palmam sanitati defrunt. Nam edendi, bibendiq; suauitatem, & quicquid eandem oblectamentū rationem habet, appetenda quidem, sed nō nisi sanitatis gratia statuant. Neque enim per se iucunda esse talia, sed quatenus aduersæ valetudini clanculū surrepentū resistunt. ideoq; sapienti, sicuti magis depre-

candos morbos, quàm optandam medicinam, & dolores profligandos potius, quàm adsciscenda solatia, ita hoc quoque voluptatis genere non egere quàm deliniri præstiterit, quo voluptatis genere si quisquam se beatum putet, is necesse est fateatur, se tum denique fore felicissimum, si ea vita contingerit, quæ in perpetua fame, siti, pruritu, esu, potatione, scalpore, frictuque, traducatur, quæ quàm non fœda solum, sed misera etiam sit, quis non videtur? Infimæ profecto omnium hæ voluptates sunt, ut minime sincere, neque enim unquam subeunt nisi contrariis cõiunctis doloribus, Nempe cum edendi voluptate compulsetur esuries, idque non satis aqua lege. Nam ut uehementior, ita longior quoque dolor est. quippe & ante voluptatem nascitur, & nisi voluptate una commoriente, non extinguatur. Huiusmodi ergo voluptates, nisi quatenus exeat necessitas, haud magni habendas putant. Gaudent tamen etiam his, gratique agnoscunt naturæ parentis indulgentiam, quæ foetus suos ad id quod necessitatis causa tam assidue faciundum erat, etiam blandissima suavitate pelliceat. Quanto enim in tædio uiuendum erat si ut ceteræ egritudines quæ nos infestant rariis, ita et quoque cõdiani famis ac sitis morbi, uenenis ac pharacis amaris essent abigendi? At formam vires, agilitatē hæc ut propria, iucundaque naturæ dona libenter fouent. Quin eas quoque voluptates, quæ per aures, oculos, ac nares admittuntur, quas natura proprias ac peculiare esse homini uoluit (neque enim aliud animantium genus aut mundi formam pulchritudinemque suspiciat, aut odorem, nisi ad cibi discrimen, ulla commouetur gratia, neque consonas inter se discordesque sonorum distantias in

tenoscit) & has inquam ut incunda quadam vita cō
diimenta persequuntur. In omnibus autem hunc habent
modum ne maiorem minor impediat, neque dolorem ali
quando voluptas pariat, quod necessario sequi censent,
si inhonesta sit. At certe formæ decus contemnere, vires
deterere, agilitatem in pigritiam vertere, corpus exha
rere ieiunijs, sanitati iniuriam facere, & cætera naturæ
blandimenta respicere, nisi quis hæc sua commoda ne
gligat, dum aliorum publicani ne ardentius procurat,
cuius laboris vice maiorem à deo voluptatem expectet
alioquin ob inanem virutis umbram nullius bono, se
met affligere, vel quo adversa ferre minus moleste pos
sit, nunquam fortasse ventura, hoc uero putant esse demens
simum, animique & in se crudelis, & erga naturam in
gratissimam, cui tanquam debere quicquid dedignetur, om
nibus eius beneficijs renunciat. Hæc est eorum de viruta
te ac voluptate sententia, qua nisi sanctius aliquid inspī
ret homini, cœlitus immissa religio, nullam investigari
credunt humana ratione ueriores, qua in re recte an
fecus sentiant, excutere nos, neque tempus patitur, neque
necesse est, quippe qui narranda eorum instituta non enī
am munda suscepimus. Ceterum hoc mihi certe persuas
deo, ut ut sese habeant hæc decreta, nusquam neque præ
stantiorem populum, neque feliciorem esse rempublicam
Corpore sunt agili negetoquē, uirum amplius quā statura
promittat. nec ea tamen improcera, & quum neque solo
sint usquequaque ferili, nec admodum salubri cœlo, ad
uersus aerem ita sese temperantia victus muniant, terræ
sic medentur industria, ut nusquam gentium sit frugis
pecorisque promentis uberior, aut hominum uiciora

corpora, paucioribusq; morbis obnoxia. Itaque non ea modo quæ vulgo faciunt agricolæ, diligenter ibi administrata conspicias, ut terram naturam maligniorem, arte atq; opera iuvant, sed populi manibus alibi radicatus enulsam sylvam, alibi consitam videas, qua in re habitata est non ubertatis, sed necessitatis ratio, ut essent ligna, aut mari, aut fluvij aut urbibus ipsis viciniora, minore enim cum labore terrestri invenire, fruges quam ligna longius afferuntur. Gens facilis ac faceta solers, otio gaudens, corporis laborum (quum est usus) satis patiens. Cæterum alias haud quæ sanè appetens, animi studiis infatigata. Qui quum à nobis accepissent de litteris & disciplina Græcorum (Nam in latinis præter historias ac poetas nihil erat quod videbantur magnopere probaturi) mirum quanto studio contenderunt, ut eas liceret ipsis, nostra interpretatione perdiscere. Cœpimus ergo legere, magis adeo primū, ne recusare laborē videremur quæ quod fructum eius aliquem speraremus. At ubi paulū processimus ipsorum diligentia fecit, ut nostram haud frustra impendendam animo statim perciperemus. Si quæ litterarum formas, tam facile imitari, verba tam expedite pronuntiare tam celeriter mādare memoriæ, & tanta cū fide reddere cœperunt, ut nobis miraculi esset loco, nisi quod pleraq; pars eorum, qui non sua solum sponte accensi, verum senatus quoque decreto iussi, ista sibi discenda sumpserunt. Enumero scholasticorum, selectissimis ingenijs, & matura ætate fuerunt. Itaque minus quam triennio nihil erat in lingua, quod requirerent, bonos autores, nisi obstat libri munda, inoffense perlegerent. Eas litteras ut equidem coniunctio ob id quoq; facilius ar-

ipserunt quod nonnihil illis essent cognata. Suspico
enim eam gentem à græcis originem duxisse, propterea
quod sermo illorum cætera ferè Persicus, non nulla græ
ci sermonis vestigia seruet in urbium ac magistratum
vocabulis habent ex me. (Nam librorum sarcinam me
diocrem loco mercium quarto navigaturus in nauem
coniecì quod mecum planè decreueram nunq̃ potius
pedire quàm cito) Platonis opera pleraque, Aristotelis
plura, Theophrasti item de plantis, sed pluribus, quod
doleo, in locis mutilum. In librum enim dum naviga
bamus negligentius habitum, cercopithecus inciderat
qui lasciuens ac ludibundus, paginas aliquot hinc atq̃
inde euulsas laceravit. Ex ijs qui scripserunt grammati
cam, Lascarenus habent tantum, Theodorum enim non
aduxi mecum, nec dictionarium aliquem præter Hes
ychium, ac Dioscoridem, Plutarchi libellos habet cha
rissimos, & Luciani quoq̃ facetijs ac lepore capiuntur.
Ex poetis habent Aristophanem, Homerum, atq̃ Em
ripidē, tum Sophoclem minusculis Aldi formulis. Ex
historicis Thucydidem atq̃ Herodotum, necnon He
rodianum. Quin in re medica quoq̃ sodalis meus Tri
cius Apinatus aduexerat secum parua quædam Hip
pocratis opuscula, ac Microtechnen Galeni, quos li
bros magno in precio habent, siquidem & si omnium
ferè gentium, re medica minime egent nusq̃ tamen in
maiore honore est, vel eo ipso quod eius cognitionem
munerant inter pulcherrimas atq̃ utilissimas ptes phi
losophiæ, cuius ope philosophiæ dum naturæ secreta
scrutantur, videntur sibi non solum admirabilem inde
voluptatem percipere, sed apud autorem quoque eius,

atq; opificem summam inire gratiam. Quæ caterorum more artificum arbitrantur, mundi huius uisendam machinam homini (quem solum tantæ rei capacem fecit) exposuisse spectandam, eoq; chariorem habere, curiosum ac sollicitum inspectorem, operisq; sui admiratorem, quàm eum qui uelut animal expers nientis, tantum ac tam mirabile spectaculum, stupidus immotusq; neglexerit. Vtopiensium itaq; exercitata litteris ingenia mirae ualent ad inuentiones arum, quæ faciant aliqd ad commodæ uitæ compendia. Sed duas tamen debent nobis Chalcographorum & faciendæ chartæ nec solis tamen nobis sed sibi quoq; bonam eius partem. Nā quum ostenderemus eis libris chartaceis impressas ab Aldo litteras, & de chartæ faciendæ materia, ac litteras imprimendi facultate loqueremur, aliquid magis q̄ explicaremus (neq; enim quisq; erat nostrum qui aliter tractaret) ipsi statim acutissime coniecerunt rem, & quā ante pellibus coriis ac papyro tantum scriberent, iam chartam ilico facere, et litteras imprimere tentarunt quæ cum primo non satis procederent, eadem sapius experiendo, breui sunt utrumq; cōsecuti, tantumq; effectum, ut si essent Græcorum exemplaria librorum, codices deesse non possent. At nunc nihil habent amplius q̄ à me commemoratum est, id uero qd habent impressum iam libris in multa exemplariorum millia propagare. Quisquis eò spectandi gratia uenerit, quem insignis aliqua dos ingenij aut longa peregrinatioe usus, multarum cognitio terrarum commēdet (quo nomine gratus fuit noster appulsus) pronis animis excipitur. Quippe libenter audiunt, quid ubiq; terrarum geratur. Cal

erum mercandi gratia non admodum frequenter ap-
pellant. Quid enim ferrent, nisi aut ferrum, aut quod
quisq; referre mallet, autum argentiue? Tum quæ ex
ipsis exportanda sint, ea consulens putant ab se efferri
quàm ab alijs illinc peti, quo & exteras undiq; gentes
explorationes habeant, neq; maritimarum rerum usum
ac peritiam oblitum eant.

DE SERVIS.

Ro servis neq; bello captos habent nisi ab
p ipsis gesto neq; servorum filios, neq; deniq;
quemq; quem apud alias gentes serviẽtem
possent comparare, sed aut si cuius apud se
flagitium in servitium meretur, aut quos apud exteras
urbes (qd genus multo frequentius est) admissum faci-
nus destinavit supplicio. Eorum. n. multos, interdum
estimatos nili, sæpius etiam gratis impetratos, auferunt.
Hæc servorum genera non in ope solum ppetuo, verũ
etiam in vinculis habent, sed suos durius quos eo deplo-
ratiore, ac deteriora meritis exempla censent, quod tã
præclara educatione ad virtutem egregie instructi, cõ-
tineri tamen ab scelere non poterint. Aliud servorum
genus est, quum alterius populi inediastinus quispiam
laboriosus ac pauper elegerit apud eos sua sponte servi-
re. Hos honeste tractant ac nisi quod laboris, utpote cõ-
suetis, imponitur plusculum non multo minus clemen-
ter ac cives habent, volentem discedere (quod non sæpe
fit) neq; retinent inuitum, neq; inanẽ d'mittunt. Ægro-
tantes, ut dixi, magno cum adfectu curant, nihilq; pror

V T O P I Æ T H O M Æ M O R I

sus omittunt quo sanitati eos, uel medicinae uel uictus ob-
 seruatione, restituant. Quin insanabili morbo laborantes
 assidendo, colloquendo, adhibendo denique quae possint
 leuamenta solantur. Ceterum si non immedicabilis mo-
 do morbus sit uerumtamen perpetuo uexet atque discru-
 ciet, tum sacerdotes ac magistratus hortantur homi-
 nem, quandoquidem omnibus uita munus impar alijs
 molestus ac sibi grauis mortis iam suae superuincat, ne se-
 cum statuat pestem diuinus ac lueni alere, ne' ne quum
 tormentum ei uita sit mori dubitet, quin bona spe fretus
 acerbis illa uita uelut carcere atque aculeo uel ipse seinet
 eximat, uel ab alijs eripi se sua uoluntate patiantur, hoc
 illum quum non commoda, sed supplicium abrupturus
 morte sit prudenter facturum, quoniam uero sacerdos
 tum in ea re consilijs, id est interpretum dei sit obsecran-
 tus, etiam pie sancteque facturum. Haec quibus persuade-
 rint, aut inedia sponte uitam finiunt, aut sopiti sine
 mortis sensu soluantur. Inuitum uero neminem tollunt
 nec officij erga eum quicquam immuniunt persuasos
 hoc pacto defungi honorificum. Alioqui qui mortem si-
 bi consciuerit causa non probata sacerdotibus et senatui,
 hunc neque terra, neque igne dignantur, sed in
 paludem aliquam turpiter insepultus abijcitur. Foemina
 non ante annum duodecesimum nubit. Mas non
 nisi expletis quatuor etiam amplius. Ante coniugium,
 mas aut foemina si conuincatur furina libidinis, graui-
 ter in eum eamue animaduertitur, coniugioque illis in-
 totum interdicitur, nisi uenia principis noxam remise-
 rit, sed et pater et mater familias cuius in domo ad-
 missum flagitium est, tanquam suas partes parum diligenter

per uitam magna obiacent infamiae, id facinus ideo tam
seuere uindicant, quod futurum prospiciunt, ut rari in
coniuuali amore coalescerent, in quo aetatem omnem
cum uno uideant exigendam, & perferendas insuper
quas ea res affert molestias, nisi à uago concubini diligē
ter arceantur. Porro in deligendis coniugibus ineptissi
mum ritum (nā nobis uisum est) adprineq; ridiculum
illi serio ac seuere obseruant. Mulierem enim seu uirgo seu
uidua sit, grauis & honesta matrona proco nudam ex
hibet, ac probus aliquis uir uicissim nudā puellae pro
cium sistit. Hunc morem quum uelut ineptum ridentes
improbaremus, illi contra ceterarum omnium gentium
insignem demerari stultitiam, qui quum in equuleo cō
parando, ubi de paucis agitur nummis, tam cauti sint,
ut quamuis ferē nudum nisi detracta sella tamen, omni
busq; reuulsis ephippijs recusent emere, ne sub illis oper
culis hulcus aliquod delitesceret, in deligēda coniuge
qua ex re aut uoluptas, aut nausea sit totam per uitam
comitatura, tam negligenter agant, ut reliquo corpore
uestibus obuoluto, totam mulierem uix ab unius palmae
spatio (nihil enim praeter uultum uisitur) abstinent ad
iungantq; sibi non absq; magno (si qd offendat postea)
male coherendi periculo. Nam neque omnes tam sapi
entes sunt ut solo mores respiciant, & in ipsorum quoq;
sapientium coniugijs, ad animi uirtutes non nihil addi
tamenti corporis etiam dotes adiiciunt, certe tam foeda
deformitas, latere sub illis potest inuolucris ut aliena
re prorsus animum ab uxore queat, quum corpore iam
seungi non liceat. Qualis deformitas si quo casu con
iungat post contractas nuptias, suam quisq; sortem ne

VTOPIÆ THOMÆ MORI

cesse ferat, ante uero ne quis capiatur infidijs, legibus ca-
 ueri debet, idq; tanto maiore studio fuit curandum qd
 & soli illarum orbis plagarum singulis sunt contra
 coniugibus, & matrimonium ibi haud saepe aliter, q
 morte soluitur, nisi adulterium, in causa fuerit, aut mor-
 rum non ferenda molestia. Nempe alterutri sic offenso
 facta ab senatu coniugis mutandi uenia, alter infamem
 simul ac cœlibem perpetuam ducit. Alioquin inui-
 tam coniugem, cuius nulla sit noxa repudiare, qd cor-
 poris obtigerit calamitas, id uero nullo pacto ferunt,
 nam & crudele iudicant, tum queniq; deserere, cum ma-
 xime eget solatio, & senectutē, quum & morbos affe-
 rat & morbus ipsa sit, incertam atq; infirmam fidem
 fore. Ceterum accidit interdum ut quum non satis in-
 ter se coniugum conueniant mores repertis utriq; alijs
 quibus cum sperent se suauius esse uicturos amborum
 spōte separati, noua matrimonia contrahant, haud abs-
 que senatus autoritate tamen, qui nisi causa per se atque
 uxores suas diligenter cognita, diuortia non admittit.
 Immo ne sic quidem, facile, quod rem minime ualens sci-
 unt firmandæ coniugum charitatē, facili nonarū nu-
 ptiarum spem esse propositam. Temeratores coniugij
 grauissima seruitute plectuntur, et si neuter erat cœlebs,
 iniuriam passi (uelint modo) repudiatīs adulteris con-
 iugio inter se ipsi iunguntur alioquin quibus uidebatur.
 At si laetorum alteruter erga tam male merentem coniu-
 gem in amore persistat, tamen nō coniugij lege non pro-
 hibetur si uelit in opera damnatum sequi, acciditq; in-
 terdum ut alterius pœnitentiā alterius officiosa sedulu-
 tas miserationem commouens principi, libertatem ruri-
 sus impetret.

fas impetret. Caterum ad scelus iam relapso nex infli-
gitur. Cateris facinoribus nullam certam pœnam lex
nulla præstituit, sed ut quodque atrox, aut contra usum
est, ita supplicium senatus decernit. Vxores maritum casti-
gat, & parentes liberos, nisi quid tam ingens admise-
rint, ut id publice puniri, morum interfit, sed ferè gra-
uissima quæq; scelestæ seruitutis incommodo puniuntur,
id siquidem & sceleratis non minus triste, & reipubli-
cæ magis commodum arbitrantur, quàm si mactare no-
xios & prociuius amoliri festinent. Nam & labore quæ
nec magis prosunt, & exemplo diuinus alios ab simili
flagitio deterrent, quod si sic habitum rebellent atque recalci-
trent, tum denique uelut indomita belua, quos coherce-
re carcer & catena non potest, trucidantur. At patienti-
bus non adimitur omnis omnino spes, quippe legis do-
minum malis si eam pœnitentiam præ se ferant, quæ pecca-
tum tæstatur magis eis displicere quàm pœnam, princi-
pis interdum prærogatiua, interdum suffragiis popu-
li, aut mitigatur seruitus aut remittitur. Sollicitasse ad
supremum nihilo minus quàm impræstare periculi est. In om-
ni siquidem flagitio certum destinatumque conatum
aquant facto, neque enim id quod defuit ei putant pro-
desse debere, per quem non stetit, quo minus nihil defue-
rit. Moriones in delicijs habentur, quos ut affecisse con-
tinentia magno in probro est, ita uoluptatem ab stulti-
tia capere non uetant. Si quidem id morionibus ipsis ma-
ximo esse bono censent, cuius qui tam seuerus ac tristis
est ut nullum neque factum neque dictum rideat ei ta-
landum non credunt, ueritatem ne non satis indulgenter
curetur ab eo, cui non modo nulli usui, sed ne oblectamē-

id quidem (quæ sola dote valent) futurus esset. Irridere
 deformem aut inuilem, turpe ac deforme non ei, qui ri
 deatur, habetur, sed irrisori qui cuiquam quod in eius po
 testate non erat ut fugeret, id uitij loco stulte exprobrat.
 Ut enim formam naturalem non ueri segniis atq; iner
 tis ducunt, sic adiumentum ab fucis quærere infamis
 apud illos insolentia est. Vsu enim ipso sentiunt, q̃ non ul
 lum formæ decus uxores æque ac morum probitas &
 reuerentia commendat maritis. Nam ut forma nonnul
 li sola capiuntur, ita nemo nisi uirtute atq; obsequio reti
 netur. Non pœnis tantum deterrēt à flagitijs, sed propo
 sitis quoq; honoribus ad uirtutes inuitant, ideoq; statu
 as uiris insignibus & de Republica præclare meritis
 in foro collocant, in rerum bene gestarum memoriam,
 simul ut ipsorum posteris maiorum suorum gloria cali
 car & incitantium ad uirtutem sit. Qui magistratū
 ullum ambierit ex spes omnium redditur. Conuiuiunt
 amabiliter, quippe nec magistratus ullus insolens, aut
 terribilis est. patres appellantur, & exhibent, ijsdem de
 ferunt, ut debet, ab uolentibus honor, non ab inuitis exi
 gitur. Ne principem quidem ipsum uestis aut diadema,
 sed gestatus fruuenti manipulis discernit, ut pontificis
 insigne est prælatus cereus. Leges habent p̃ quàm pau
 cas, sufficiunt enim sic institutis paucissimæ. Quin hoc
 in primis apud alios improbant populos, quod legum
 interpretumq; uolumina non infinita sufficiunt. Ipsi ue
 ro censent iniquissimum, ullos homines his obligari le
 gibus, quæ aut numerosiores sint, quàm ut perlegi que
 ant, aut obscuriores quàm ut à quouis possint intelligi,
 porro causidicos, qui causas tractent callide, ac leges na

fre, disputant, prorsus omnes excludunt, censent enim ex
usu esse, ut suam quisq; causam agat, eadeniq; referat iu
dici, quæ narraturus patrono fuerat. Sic & minus am
biguum fore & facilius elici veritatem, dum eo dicente,
quem nullus patronus fucum docuit, iudex scelerat ex
pendit singula, & contra versutorum calumnias sim
plicioribus ingenijs opitulatur, hæc apud alias gentes,
in tanto perplexissimarum æterno legum difficile est
obseruari. Cæterum apud eos unusquisque est legis per
ritus. Nam & sunt (ut dixi) paucissima, & interpreta
tionum præterea ut quæque est maxime crassa, ita max
ime æquam censent. Nempe quum omnes leges (inque
unt) ea tantum causa promulgentur, ut ab ijs quisque
sui commonefiat officij, subtilior interpretatio paucis
simos admonet (pauci enim sunt qui assequantur) quum
interim simplicior ac magis obuius legum sensus, om
nibus in aperto sit, alioquin quod ad vulgus atinet,
cuius & maximus est numerus & maxime eget ad
moniti, quid referat utrum legem omnino non con
das, an conditam in taleni interpreteris sententiam,
quam nisi magno ingenio & longa disputatione ne
mo possit eruere, ad quam inuestigandam neque cras
sum vulgi iudicium queat attingere, neque vita incom
parando uictu occupata sufficere. His eorum virtutibus
incitatis finitimi, qui quidem liberi sunt & sua spontis
(Multos enim ipsi iam olim tyrannide liberauerunt)
magistratus sibi, ab illis alij quotannis, alij in lustrum
impetrant, quos defunctos imperio, cum honore ac lau
de reducant, nonosque secum rursus in patriam reue
hant. Atque hi quidem populi optime profecto ac

VTOPIÆ THOMÆ MORI

saluberrime Reipublicæ suæ consulunt, cuius & salus
 & petniciēs, quum ab moribus magistratum pender
 at, quos nam potuissent elegisse prudentius, quàm q̄ ne
 que ullo precio queant ab honesto deduci (ut pote quod
 breui sit remigraturis inuiale) ignoti ciuibus, aut prauo
 cuiusq; studio aut similitate flecti. Quæ duo mala, asser
 etus atq; auaritiā, sicubi incubuere iudicijs, illico iustici
 am omnem, fortissimum Reipublicæ neruum dissolu
 unt. Hos Vtopiani populos, quibus qui imperent ab
 ipsis petuntur, appellant socios, ceteros quos beneficijs
 auxerunt amicos uocant. Fœdera quæ reliquæ inter se
 gentes toties ineunt, frangunt ac renouant, ipsi nulla
 cum gente feriunt. Quorsum enim scædus inquit, qua
 si non hominem homini satis natura conciliet quam qui
 contempserit, hunc uerba scilicet putes curaturum. In
 hanc sententiā eouel maxime trahuntur, quod in illis
 terrarum plagis, scædera pacta q; principum solent pa
 rum bona fide seruari. Etenim in Europa idq; his pon
 tificum patribus quas CHRISTI fides & religio
 possidet, sancta est & inuiolabilis ubiq; maiestas scæde
 rum, partim ipsa iustitiā & bonitate principum, par
 tim summorum reuerentiā metūq; pontificum, qui ut ni
 bil in se recipiunt ipsi, quod non religiosissime præstāt,
 ita ceteros omnes principes iubent, ut pollicitis omni
 bus modis immorentur, tergiversantes uero pastorali cē
 sura & seueritate compellunt. Merito sanè censent tur
 pissimam rem uideri si illorum scæderibus absit fides, q
 peculiari nomine fideles appellantur. At in illo nouo or
 be terrarum, quem circulus æquator uix tam longe ab
 hoc nostro orbe semouet, quàm uita moresq; dissident,

*foederum nulla fiducia est, quorum ut quoque plurimis
 ac sanctissimis ceremonijs innodatum fuerit, ita citissi-
 me soluitur inuenta facile in uerbis calumnia, quae sic
 interim de industria distant callide, ut nunquam tam
 firmis adstringi uinculis queant, quin elabantur aliq̃,
 foedusq̃ & fidem pariter eludant. Quam uasficiem,
 immo quam fraudem dolumq̃, si priuatorum depre-
 henderent interuenisse contractui, magno supercilio re
 sacrilegam, & furca dignam clamitarent, hi nimirum
 ipsi, qui eius consilij principibus dati, semet gloriantur
 autres. Quo fit ut iustitia tota uideatur, aut non nisi
 plebeia uirtus & humilis, quaeq; longo intervallo sub-
 fidat infra regale fastigium, aut ut saltem duae sint qua-
 rum altera uulgus deceat, pedestris & humiliora, ne ne
 usq̃ septa transilire queat, multis undiq; restricta uin-
 culis, altera principum uirtus, quae sicuti sit q̃ illa popu-
 laris angustior, sic est etiam longo intervallo liberior,
 ut cui nihil non liceat nisi quod non libeat. Hos mores
 ut dixi principum, illic foedera tam male seruandam pu-
 to in causa esse, ne ulla feriant Vtopienses, mutaturi for-
 tasse sententiam si hic uiderent. Quamq̃ illis uideatur ut
 optime seruentur, male tamen inoleuisse foederis omni-
 no sarcindi consuetudinem qua fit (ut perinde ac si po-
 pulum populo, quos exiguo spacio, collis tantum aut
 rius discriminat, nulla naturae societas copularet) hos-
 tes atq; inimicos inuicem sese natos putent, meritoq; in-
 mutam grassari perniciem, nisi foedera prohibeant,
 quin his ipsis quoq; initis, non amicitiam coalescere, sed
 manere praedandi licentiam, quatenus per imprudenti-
 am distandi foederis, nihil quod prohibeat satis caute*

comprehensum in pactis est. At illi contra consent, neminem pro inimico habendum, à quo nihil iniuriæ profectum est. Naturæ consortium, sæderis uice esse, & satis, ualentiusq; homines inuicem benivolentia, q̃ patetis, animo quàm uerbis, connecti.

DE RE MILITARI.

6 *bellum utpote rem planè belluinam, nec ulli tamen belluarum formæ in tam assiduo, atq; homini est usui, summopere abominantur, contraq; morem gentium ferè omnium nihil æque ducunt in glorium, atq; penitam è bello gloriam, eoq; licet assidue militari sese disciplina exercent, neq; id uiri modo, sed scæminæ quoque, statis diebus, ne ad bellum sint, cum exigit usus, inhabiles, non tenere capeffunt tamen, nisi quo aut suos fines tueantur, aut amicorum terris, infusos hostes propulsent, aut populum quempiam tyrannide pressum, miseram. (qđ humanitatis grātia faciunt) suis uiribus Tyranni inuigo, & seruitute liberent. Quanquam auxilium gratificantiur amicis non semper quidem, quo se defendant sed interdum quoque illatas retaliunt, atque ulciscantur iniurias, uerū id ita denum faciunt, si re adhuc integra consulantur ipsi, & probata causa, repetitis ac non redditis rebus belli autores inferendi sint, quod non tunc solum decernunt, quoties hostili incursu abacta est præda, uerum tum quoque multo infestius, quam eorum negotiatores usquam gentium, uel iniquarum prætorum legum, uel sinistra deriuatione bonarum, iniustam*

subeunt iustitiæ colore, calumniam. Nec alia fuit eius origo belli, quod pro Nephelogetis aduersus Alaopolitas, paulo ante nostram memoriam, Vtopienses gessere quam apud Alaopolitas Nephelogetarum mercatoribus illata prætextu iuris (ut visum est ipsis) iniuria certe, siue illudius, siue ea iniuria fuit, bello tam atroci est vindicata, cum ad proprias utriusque partis vires odiaq; circumiectarum etiam gentium studia atque opes adiungerentur, ut florentissimis populorum alijs concussis, alijs uehementer afflictis, orientia ex malis mala, Alaopolitarum seruitus demum, ac deditio finierit, qua in Nephelogetarum (neque enim sibi certabant Vtopienses) potestatem concessere, gentis, florentibus Alaopolitarum rebus, haud quaquam cum illis conferenda. Tam acriter Vtopienses amicorum, etiam in pecunijs iniuriam persequuntur, suas ipsorum, non item, qui si ubi circumscripti bonis excidant, modo corporibus absit vis hactenus irascuntur, nisi quoad satisfactio fiat, eius commercio gentis abstineant. Non quod minoris sibi curæ ciues, quam socij sint, sed horum tamen pecuniam intercipi, ægrius quam suam ferunt propterea quod amicorum negociatores, quoniam de suo perdunt privato, graue vulnus ex iactura sentiunt. At ipsorum civibus nihil nisi de publica perit, præterea quod abundabat domi, ac veluti supererat alioqui non emittendum foras. Quo fit ut interritum citra cuiusquam sensum accidat. Quo circa nimis crudele censent id damnum multorum ulcisci moribus, cuius damni incommodum nemo ipsorum, aut vita, aut victu persentiscat. Ceterum si quis suorum, u, q

V T O P I Æ T H O M Æ M O R I

per iniuriam debilitetur, aut occidat, siue id publico factum consilio, siue privato sit, per legatos re comperta, nisi deditis noxijs placari nō possunt, quin ilico bellum denuncient. Noxa deditos, aut morte, aut seruitio puniunt. Cruentæ victoriæ non piget modo eos, sed pudet quoq; reputantes inscitiam esse quālibet preciosas merces nimio emisse arte doloq; victos, oppressos hostes impendio gloriantur, triumphumq; ob eam rem publicus agunt, & uelut re strenue gesta, tropheū erigunt tunc enim denum uiriliter sese iactant, & cum uiracitate gessisse, quoniam ita uicerint, quomodo nullum animal præter hominem potuit, id est ingenij uiribus. Nam corporis inquit ursi, leones, apri, lupi, canes, cæteraq; beluæ dimicant, quarum ut pleraq; nos robore ac feroçia uincunt, ita cuncta ingenio, & ratione superantur. Hoc unum illi in bello spectant, ut id obtineant, qd si fuissent ante consecuti, bellum non fuerant illaturi, aut si id res uetet, tam seueram ab his uindictam expetunt, quibus factum imputant, ut idem ausuros in posterū terror absterreat. Hos propositi sui scopos destinant, quos mature petunt, at ita tamen, ut prior uitandi periculi cura, quàm laudis aut famæ consequenda sit. Itaque pronus indicto bello, schedulas ipsorum publico signo roboratas, locis maxime conspicuis hosticæ terræ, clam uero tempore multas appendi procurant, quibus ingenia pollicentur præmia, si quis principem aduersarium sustulerit, deinde minora q̃q̃ illa quoq; egregia decernunt, pro singulis eorum capitibus, quorum nomina in eisdem litteris proscribunt, ij sunt quos secundum principem ipsam, auctores iniuriam aduersus se consilij dux

*unt. Quicquid percussori praefiniunt, hoc geminant ei
 qui inivm e proscriptis aliquem ad se pduxerint, qui
 ipsos quoq; proscriptos, premijs iisdē, addita etiā im-
 punitate, contra socios inuitant. Itaq; fit celeriter, ut &
 ceteros mortales suspectos habeant, & sibi inuicē ipsi,
 neq; fidentes satis, neq; fidi sint, maximoq; in metu &
 non minore periculo uersentur. Nam saepe numero con-
 stat euenisse, ut bona pars eorum & princeps in pri-
 mis ipse ab his proderentur, in quibus maximam spem
 reposuerunt. Tam facile quoduis in facinus impellunt
 munera, quibus illi nullum exhibent modum. Sed me-
 mores in quantum discrimen hortantur, operam dant,
 ut periculi magnitudo beneficiorum mole compense-
 tur. eoq; non imensam modo auri uim, sed p̄dia quo-
 que magni redditus in locis apud amicos tutissimis, pro-
 pria ac perpetua pollicentur, et summa cum fide prae-
 stant. Hunc licitandi uercondiq; hostis morem, apud
 alios improbatum, uelut animi degeneris crudele faci-
 nus illi magnae sibi laudi ducunt, tanq̄ prudentes, qui
 maximis hoc pacto bellis, sine ullo proisus praelio des-
 fungantur, humaniq; ac misericordes etiā, qui pauco-
 rum nece noxiorum, numerosas innocentium uitas re-
 dimant, qui pugnando fuerint occubituri. Parum ē suis
 parum ex hostibus, quorum turbam, uulgusq; non mi-
 nus feruē quā suos miserantur, gnari non sua sponte
 eos bellum capeffere, sed principum ad id furis agi. Si
 res hoc pacto non procedat, dissidiorum semina iaciūt,
 aluntq; fratre principis. aut aliquo ē nobilibus in spem
 ponendi regni perducto. Si factiones internae langue-
 rint, finitimas hostibus gentes excitant, committuntq;*

VTOPIÆ THOMÆ MORI

eruto uenusto quopiam titulo, quales nunquam regibus
desunt, suas ad bellum opes pollicî, pecuniam affluen-
ter suggerunt. Cives parcissimæ, quos tam uice habent
charos, tantq; sese nullo faciunt, ut neminem sint e suis
cum aduerso principe libenter commutaturi. At aurum
argentumq; quoniam unum hunc in usum omne ser-
uant, haud grauatim erogant, utpote non minus com-
mode uicturi, etiam si uniuersum impenderent. Quin
præter domesticas diuitias est illis foris quoq; infinitus
thesaurus, quo plurimæ gentes, uà ante dixi, in ipsi-
simum are sunt. ita milites undique conductos ad bel-
lum mittunt. præsertim ex Zapoletis. Hic populus qui
gentis passuum millibus ab Utopia distat orientem so-
lem uersus, horridus, agrestis, ferox, syluas, montesq; as-
peros, quibus sunt innutriti, præferunt. Dura gens, æstus
frigoris, et laboris patiens, delictarum expers omnium,
ne que agriculturæ studens, et cum ædificiorum tum
uestitus indiligens, pecorum diuitias curam habent.
Magna ex parte uinum et rapum uiuunt. Ad solum
bellum nam, cuius gerendi facultatem studiose quarunt
reperitam cupide amplectuntur, et magno numero e-
gressi, cuius requirenti milites uili semet offerunt. Hæc
unam uitæ artem nouerunt, quam mors quaritur, sub qui-
bus merent acriter pro uis et incorrupta fide dimicant
Verum in nullum certum diem sese obstringunt, sed ea
lege in partes ueniunt, ut posteriore die, uel ab hosti-
bus, oblato maiore stipendio sint staturi, iidem perens
die rursus inuitati plusculo remigrant. Rarum oritur
bellum, in quo non bona pars illorum in utroq; sint exer-
citum. itaq; accidit quodidie, ut sanguinis necessitudine

coniuncti, qui & iisdem in partibus conducti familiarissime semet inuicem utebantur, paulo post in contrariis distracti copias, hostiliter concurrant et infestis animis, obliti generis, inimiciores amicitia, nullo sese cofodiant, nulla alia causa in mutuam incitati perniciem quam quod à diue sis principibus exigua pecuniola conducti, cuius tam exactam habent rationem, ut ad diuturnum stipendium unius accessione assis facile ad commutandas partes impellantur. Ita celeriter imbiberunt auaritiam, quae tamen nulli est eis usui. Nam quae sanguine quaerunt, protinus per luxum, & eum tamen miserum consumunt. Hic populus Vtopiensibus aduersus quosuis mortales militat, quod tanti ab ijs eorum conducatur opera quanti nusquam alibi. Vtopienses si quidem ut bonos quaerunt quibus utantur ita hos quoque homines pessimos quibus abutantur. quos quum usus postulat, magnis impulsos pollicitationibus, maximis obijciunt periculis, unde plerumque magna pars nunquam ad exigenda promissa reuertitur, superstitiis, quae sunt pollicum bona fide, persolunt quoad similes ausus incenduntur. Neque enim pensi quicquam habent, quam multos ex eis perdant. ratum de genere humano, maximam meritos gratiam se, si tota illa colluvie populi tam tetri, ac nepharii orbem terrarum purgare possent. Secundum hos eorum copiis utuntur, pro quibus arma capiunt, deinde auxiliaribus catervis amicorum armis. Postremo suos ciues adiungunt, e quibus aliquem virtutis probatae virum, totius exercitus summam praeficiunt. Hunc duos ita substitunt, uti eo incolumi,ambo priuati sint, capto aut interempto, alter e duobus

velut hereditate succedat, eiq; ex euenus tertius. ne (ut
 sunt bellorum sortes varia) periclitante duce totus peri-
 turbeatur exercitus. E' quaq; ciuitate delectus exercetur
 ex his, qui sponte nomen profitentur. neque enim inui-
 tus quisquam foras in militiam truditur, quod persua-
 sum habeant, si quis sit natura timidior, non ipsum mor-
 do nihil facturum strene, sed metum etiam comiti-
 bus inausurum. Ceterum si quod bellum ingrat in
 patriam, ignauos huiusmodi, modo valeant corpore, in
 naues mixtos melioribus collocant. Aut in mœnibus
 sparsim disponunt, unde non sit refugiendi locus. ita
 suorum pudor, hostis in manibus, atq; adempta fuga
 spes, amorem obrunt, & saepe extrema necessitas in
 uiritem ueratur. At si ad extremum bellum ex ipse
 nemo protrahitur nolens, ita fœminas uolentes in mi-
 litiam comitari maritos, adeo non prohibent, ut exhor-
 tentur etiam, & laudibus incitent, profectas cum suo
 quamq; uiro, pariter in acie constituunt. tum sui quēq;
 liberi affines cognati circūstant, ut hi de proximo sint
 mutuo sibi subsidio, quos maxime ad ferendas inuicem
 suppetias natura stimulat. In maximo probro est cōiunx
 absq; coniuge redux, aut amisso parente reuersus filius,
 quo sit, ut si ad ipsorum manus uentum sit modo p'sent
 hostes, longo & lugubri praelio ad interitionem usq;
 decernatur. Nempe ut omnibus curant modis ne ipsis di-
 micare necesse sit, modo bello possint uicaria conductu
 rorum manu defungi, ita cum uitari non potest quin
 ipsi ineant pugnam, tam intrepide capeffunt, quàm
 quoad licuit prudenter detrectabant, nec tam primo fe-
 rociunt impetu quàm mora sensim & duratione in-

alescunt, tam affirmatis animis ut interim cunctis quæ
auerâ queant. Quippe victus illa securitas quæ cuique
domi est, ademptaquæ de posteris anxia cogitandi cura
(Nam hæc solitudo generosos ubique spiritus frangit)
sublimem & uinci dedignantem facit. Ad hæc militaris
disciplinæ peritiâ fiduciam prabet, postremo rectæ
opinionibus (quibus & doctrina & bonis reipublicæ in
stantis imbui à pueris sunt) virtutem addunt, quæ ne
que tam uilem habent uitam, ut temere prodigant, ne
que tam improbe charam, ut cum honestas ponendam
suadeat, auare turpiterquæ retineant. Diu ubique pugna
maxima feruet, lectissimi iuuenes conitrâ de nocturne,
ducenti sibi deposcunt aduersum, hunc aperte inuadunt
hunc ex insidijs adoriuntur, idem enirsus idem cominus
petitur, longoquæ ac perpetuo cuneo, summissis assidue
in fatigatorium locum recentibus, oppugnantur. raroquæ
accidit (nisi sibi fuga prospiciat) ut non intereat aut
uix in hostium potestatem ueniat. Si ab ipsis uictoria
sit, haud quaquam cæde grassantur, fugatos enim com
prehendunt, quàm occidunt libentius, neque unquam
ita persequuntur fugientes, ut non unam interim sub si
gnis instructam aciem retineant, adeo nisi cæteris supe
ratâ parâbus, postrema acie sua uictoriam adepti sint,
elabi potius hostes uniuersos sinant, quàm insequi fugi
entes perturbatis suorum ordinibus insuescant. nemo
res sibi met, haud semel usu uenisse, ut mole totius exer
citus uicta profligataquæ; quum hostes uictoria gestiē
tes, hæc atque illac abeuntes persequerentur, pauci ipso
rum in subsidijs collocati ad occasiones intenti disper
sos ac palantes illos & præsumpta securitate negligē

tes derepente adorā, totius eventum praelij mutauerunt, extortaque ē manibus tam certa & indubitata victoria, victi victores inuicem uicerunt. Non facile dictū est, astutiores instruendis insidijs, an cautiōres ad uitandas sient, fugam parare credas, quum nihil minus in animo habent, contra quum id consilij capiunt, nihil minus cogitare putes. Nam si nimium sese sentiunt, aut numero, aut loco premi, tunc aut nocte, agmine silente, castra mouent, aut aliquo stratagemate eludunt, aut ita diu ita sensim sese referunt, tali seruato ordine, ut non minus periculosis cedentes quā instantes adoriri. Castra diligentissime communiunt fossa præalta lataq; terra qua egerint introrsum reiecta, nec in eam rem opera inediastrorum ueniunt, ipsorum manibus militum res agitur, totusque exercitus in opere est, exceptis qui pro uallo in armis ad subitos casus excubant. Itaque tam multis adnitentibus, magna multumque amplexa loci munimenta, omni fide cūis perficiunt. Armis ueniunt ad excipiendos ictus, firmis, nec ad motum gestum ue quolibet ineptis, adeo ut ne natando quidem molesta sentiant. Nam armati natare inter militaris disciplina rudimenta consue sciunt; tela sunt eminus sagittæ, quas acerrime simul & ceratissime iaculantur nō per dices modo, sed ex equis etiam, cominus uero nō gladij, sed securæ uel acie letales, uel pondere seu casside, seu pectus feriunt. Machinas excogitant solertissime, factas accuratissime celant ne ante prodita quā res postulet, ludibrio magis quā usui sint, in quibus fabricandis hoc in primis respiciunt, ut uictu faciles & habiles circumacti sint. Inuitas cum hostibus inducias tam

sanctè observant, ut ne laceſſiti quidem violent. Hosti-
lem terram non depopulantur, neque segetes exarunt,
immo ne hominum equorumve pedibus contrantur,
quantum fieri potest providet, rati in ipsorum usus cre-
scere. Inerunem neminem laedunt, nisi idem speculator
sit. Deditas urbes mentur, at nec expugnatas, diripiunt,
sed per quos deditiō est impedita eos enecant, ceteris de-
fensoribus in servitutem addictis. Imbellem turbam om-
ninem relinquunt intactam. Si quos deditionem suasis-
se compererint, his è damnatorum bonis aliquam par-
tem impartiunt, reliqua sectione auxiliares donant. Nā
ipsorum nemo quicquam de præda capit. Ceterum con-
fesso bello, non amicis impensas, in quos insumpsere, sed
victis imputant, exiguntque eo nomine, partim pecu-
niam quam in similes bellorum usus reservant, partim
prædia quæ sint ipsis apud eos perpetua non exigui cen-
sus. Huiusmodi redditus nunc apud multas gentes ha-
bent, qui varijs ex causis paulatim nati supra septingenti
ducatorum millia in singulos annos excrevere, in quos
è suis civibus aliquos emittunt quæstorum nomine, qui
magnifice vivunt, personamque magistratum illic præ se
ferant, at multum tamen superest quod inferatur æra-
rio, nisi malint eidem genti credere, quod sæpe tantisper
faciunt, quoad vni necesse sit vixque accidit unquam, ut
totam repuscant. Ex his prædijs partem assignant illis,
qui ipsorum hortatu tale discrimen adierunt quale ante
monstravi, si quis princeps armis adversus eos sumptis,
eorum ditionem parat invadere, magnis illico viribus
extra suos fines occurrunt, nam neque tenere in suis terris

UTOPIÆ THOMÆ MORI
bellum gerunt, neq; ulla necessitas tanta est, ut eos cor-
gat aliena auxilia in insulam suam admittere.

**DE RELIGIONIBVS VTO-
PIENSIVM.**

Eligiones sunt non per insulam modo, ver-
rum singulas etiam urbes varia, alijs Solē.
Lunam alijs, alijs aliud errantium syder-
um dei uice uenerantibus, sunt quibus ho-
mo quispiam, cuius olim aut uirtus aut gloria enituit,
non pro deo tantum, sed pro summo etiam deo suspici-
tur. At multo maxima pars eademq; longe prudēior,
nihil horum, sed unum quoddam numen putant, inco-
gnitum, æternum, immensum, inexplicabile, qđ supra
uentis humanæ captum sit, per mundum hunc uni-
uersum uirtute non mole diffusum, hunc parentem uo-
cant. Origines, auctus, progressus, uices, finesq; rerum
omnium, huic acceptos uni referunt, nec diuinos hono-
res alij præterea ulli, applicant. Quin cæteris quoq; ois-
bus, quāquam diuersa credētibz, hoc tamen cum istis
conuenit, quod esse quidem unum censent summum,
cui & uniuersitatis opificium, & providentiā debea-
tur, eumq; communiter omnes patria lingua Mythram
appellant, sed eo dissentiant, quod idem alijs apud ali-
os habetur. Aut mante quoq; quicquid id sit, quod ipse
summum dicat, eandem illam prorsus esse naturam, cu-
ius unius numini ac maiestati, rerum omnium summa,
omnium consensu gentium tribuitur. Cæterum paulat-
im omnes ab ea superstitionum uarietate desciscunt,
atq;

atq; in unam illam coalescunt religionem, quæ reli-
quas ratione videtur antecellere. Neq; dubium est quin
ceteræ iam pridem evanuiscent, nisi quicquid impro-
perum cuiquam inter mutandæ religiōis consilia fors
obiecisset, non id accidisset casu, sed cælitus immis-
sum interpretaretur amor, tanq̃ numine, cuius relinquebatur
cultus, impium contra se propositum vindicante. At
posteaq; acciperunt à nobis CHRISTI nomen, doctri-
nam, mores, miracula, nec minus mirandam tot marty-
rum constantiam, quorum sponte fusus sanguis, tam nu-
merosas gentes in suam sectam longe lateque traduxit,
non credas quàm pronis in eam affectibus etiam ipsi
concesserint, siue hoc secretius inspirante deo, siue quod
eadem ei visa est hæresi proxima, quæ est apud ipsos po-
tissima, quanquam hoc quoque fuisse non paulum mor-
nuenî crediderim, quod CHRISTO communem suor-
um victum audierant placuisse, & apud germanisse-
mos Christianorum conventus adhuc in usu esse. Certe
quoquo id momento accidit, haud pauci nostram in re-
ligionem coierunt Lymphaq; sacra sunt abluta. Verum
quoniam in nobis quatuor (totidem enim duntaxat su-
pereramus, nam duo satis concesserant) nemo id quod
doleo, sacerdos erat. Cæteris initiati, ea tamen adhuc sa-
cramenta desiderant, quæ apud nos non nisi sacerdotes
conferunt, intelligunt tamen, optantq; ita ut nihil ve-
hementius, quin hoc quoque sedulo iam inter se dispu-
tant an sine Christiani pontificis missi quisquam è suo
numero delectus sacerdotij consequatur characterem,
& electuri, sanè videbantur, verum quum ego discede-
rem, nondum elegerant. Quin hi quoq; religioni Chris-

Erasmus

I

fana, qui non assentiunt, neminem tamen absterrent,
 nullum oppugnant imbutum. Nisi quod unus è no-
 stro cœni me præsentæ cohercitus est. Is quum recens ab-
 lutus, nobis contra sua lentibus, de CHRISTI cultu
 publice maiore studio, quàm prudentia differeret, usque
 adeo cœpit incallescere, ut iam nostra modo sacra cæter-
 is anteferet, sed reliqua protenus uniuersa damnaret.
 Prophana ipsa, cultores impios ac sacrilegos, æterno ple-
 cendos igni nociferaretur. Talia diu concionantem cõ-
 prehendiunt, ac reum non spretæ religionis, sed excitæ
 in populo tumultus agunt, peraguntque, damna-
 rum, exilio mulctant, siquidem hoc interim antiquissi-
 ma instituta nunerant, ne sua cuiquam religio fraudi
 sit. Utopus enim iam inde ab initio, quum accēpisset
 incolas ante suum aduentum de religionibus inter se
 assidue dimicasse, atq; animaduertisset eam rem, quod
 in commune dissidentes, singulæ pro patria sectæ pu-
 gnabant, occasionem præstasse sibi vincendarum omni-
 um, adeptus victoriam in primis sanxit, ut quàm cui-
 que religionem libeat sequi liceat, ut uero alios quoque
 in suam traducat, hætenus niti possit, ut placide, ac
 modeste suam rationibus astruat, non ut acerbè cæteras
 destruat, si suadendo non persuadeat, neque nim ullam
 adhibeat, & conuicijs temperet, petulantius hac de re
 contendenti exilio, aut seruitute mulctant. Hæc Uto-
 pus instituit non respectu pacis modo quam assiduo
 certamine, atque inexpiabili odio funditus uidit euer-
 ti, sed quod arbitratus est, ut sic decerneretur, ipsius eti-
 am religionis interesse, de qua nihil est ausus tenere de-
 finire, uelut incertum habens, an uarium ac multipli-

rem expetens cultum deus, aliud inspiret alij, certe ut
ac minis exigere, & quod tu verum credis idem om-
nibus videatur, hoc vero & insolens & ineptum cen-
suit, tum si maxime una vera sit, cetera omnes uana, fa-
cile tamen prauidit (modo cum ratione ac modestia res
agatur) futurum denique, ut ipsa per se ueritas emere-
gat aliquando atque emineat, sin armis & tumultu cer-
teat, ut sint pessimi quique maxime peruitaces, opti-
mam ac sanctissimam religionem ob uanissimas inter
se superstitiones, ut segetes inter spinas ac frutices obru-
tum iri. Itaque hanc totam rem in medio posuit, &
quid credendum putaret liberum cuique reliquit. Nisi
quod sancte ac seuerè uenit, ne quis usque adeo ab hu-
mana naturae dignitate degeneret, ut animas quoque in-
terire cum corpore, aut mundum temere ferri, sublata
providentia putet, atque ideo post hanc uitam suppli-
cia uitae decreta, uirtutum praemia constituta credunt, con-
tra sententem, ne in hominum quidem ducunt nume-
ro, ut qui sublimem animae suae naturam, ad pecuni cor-
pusculi uilitatem deiecerit, tantum abest ut inter ciues
ponant, quorum instituta, moresque (si per metum lice-
at) omnes, floccifecturus sit. Cui enim dubium esse po-
test, quin is publicas patriae leges, aut arte clam eluder-
te, aut uimitatur infringere, dum suae privatae cupidita-
ti seruiat, cui nullus ultra leges metus, nihil ultra cor-
pus spei superest amplius. Quamobrè sic animato nullus
comitatur honos, nullus magistratus comitatur, nulli pu-
blico muneri praeficitur. Ita passim uelut inertis, ac iacens
tis naturae despicitur. Ceterum nullo afficiunt supplicio,

V T O P I Æ T H O M Æ M O R I

quod persuasum habeant, nulli hoc in manu esse, ut quicquid libet, sentiat, sed nec minis adigunt ullis, animum ut dissimulet suum, nec fucos admittunt, & mendacia, quæ velut proxima fraudi, mirum quàm habent inuisa. Verum ne pro sua disputat sententiâ prohibent, atque id duntaxat apud vulgus. Nam alioquin apud sacerdotes, gravesque viros seorsim, non sinunt modo, sed hortantur quoque, confisi fore, ut ea tandem uesania rationi cedat. Sunt & alij, nec ij sanè pauci, nempe improbi, ueluti neque ratione penitus pro se carentes, neque mali, qui uisio longe diuerso, brutorum quoque æternas esse animas opinantur. At nostris tamen neque dignitate comparandas, neque ad æquam naturas felicitatem, hominum enim cuncti ferè tam immensam fore beatitudinem pro certo atque explorato habent, ut morbum lamententur omnium mortem uero nullius, nisi quem uident anxie è uita, inuitumque diuelli. Nempe hoc pro pessimo habent augurio, tãquam anima ex spes ac male conscia, occulto quopiam imminentis pœnæ præsagio, reformidet exitum, ad hoc haudquaquam gratum deo, eius putant aduentum fore, qui quum sit accersitus, non accurrit libens, sed inuitus ac detrectans pertrahitur. Hoc igitur mortis genus, qui intuentur horrèt, itaque defunctos, mæsti ac silètes efferunt, precantque propitium manibus deum, ut eorum clementer infirmitatibus ignoscat, terra cadaver obruant. Contra quicumque alacriter ac pleni bona spe decesserint, hos nemo luget, sed cantu prosequuntur funus, animas deo, magno commendantes affectu, corpora tandem reuerenter magis quàm dolenter concreniant, columnamque loco insculptis de

functi titulis erigunt, domum reuerſi, mores, aſtaq; eius
recenſent, nec ulla uitæ pars, aut ſæpius, aut libentius,
quàm lætus tractatur interitus. Hanc probitatis memo-
riam, & huius efficaciffima rentur incitamenta uirtu-
tum & gratiffimum defunctis cultum putant, quos
interefſe quoq; de ſe ſermonibus opinantur, quanquam
(ut eſt hebes mortalium acies) inuiſibiles. Nam neque
feliciũ ſortì conueniat, libertate carere migrandi quo
uelint, & ingratorum fuerit prorsus abieciſſe deſyderiũ
um amicos inuiſendi ſuos, quibus eos diu uiueret mu-
tuus amor, charitasq; deuinxerat, quanquam bonis ui-
tis, ut cætera bona, auctam poſt fata poſitis, quàm im-
minutam conieſtane. Mortuos ergo uerſari inter uiuent-
es credunt, diſtorum factorumq; ſpectatores, eoq; res
agendas ſidentius aggrediuntur, talibus uelut freti præ-
ſidibus, & ab inhoneſto ſecreto deterret eos, credita ma-
iorum præſentia. Auguria, cæterasq; ſuperſtitionis uar-
ia diuinationes, quarum apud alias gentes magna eſt
obſeruatione, negligunt prorsus, atq; irrident. Miracula
uero, quæ nullo naturæ proueniunt adminiculo, uelut
præſentis opera, teſtesq; numinis uenerantur, qualia et
& ibi frequenter extare ferunt, & magnis interdum
ac dubijs in rebus publica ſupplicatione, certa cum ſi-
ducia procurant, impetrantque. Gratum deo cultum
putant naturæ contemplationem, laudemq; ab ea, ſunt
tamen, iique haud ſanè pauci, qui religione ducti, litter-
as negligunt, nulli rerum cognitioni ſtudent, neque
otio prorsus ulli uacant, negocijs tantum, bonisq; in cæ-
teris officijs ſtatuunt, futuram poſt fata felicitatem pro-
mereri. Itaque alij a grotis inferniunt, alij uias reficiunt,

V T O P I Æ T H O M Æ M O R I

purgant fossas, pontes reparant, cespites, arenam, lapides effodiunt, arbores demoliuntur ac dissecant, bigisq; ligna, fruges, item alia in urbes important, nec in publicum modo, sed privatim quoque ministros, ac plus quam seruos agunt. Nam quicquid usquam operis est asperum difficile, sordidum, à quo plerisque labor, fastidium, desperatio deterreat, hoc illi sibi totum libentes, hilaresque desumunt, ceteris otium procurant, ipsi perpetuo in opere ac labore versantur, nec imputant tamen, nec aliorum sugillant vitam, nec suam efferrunt, in quo magis sese seruos exhibent, eo maiore apud omnes in honore sunt. Eorum tamen hæreses duæ sunt. Altera calibum, qui non Venere modo in totum abstinent, sed carniuum esu quoque, quidam animalium etiam omnium, reiectisq; penitus tanquam noxijs uitæ præsentis voluptatibus, futura duntaxat, per uigilias ac sudores inhiant, eius propediem obtinendæ spe, alacres interim, uegenq;. Altera laboris haud minus appetens, coniugium præfert, ut cuius nec aspernauer solacium, & opus, naturæ debere se, & patriæ liberos putant. Nullam uoluptatem refugiunt, quæ nihil eos ab labore demoretur. Carnes quadrupedum uel eo nomine diligunt, quod tali cibo se ualidiores ad opus quodq; censent. Hos Vtopiani prudentiores, at illos sanctiores reputant. Quos quod calibatum anteferunt matrimonio, asperamq; uitam placidæ anteponunt, si ratio nibus miterentur iriderent, nunc uero quum se fateantur religionem duci suspiciunt ac reuerentur. Nihil enim sollicitius obseruant, quam ne tamen quicquam ulla de religione pronunciet. Huiusmodi ergo sunt, quos illi

peculiari nomine sua lingua Buthrescas uocant, quod uerbum latine religiosos licet interpretari. Sacerdotes habent eximia sanctitate, eoq; admodum paucos, neque enim plus quam tredecim in singulis habent urbibus pari templorum numero, nisi quum iur ad bellum. tunc enim septem ex illis cum exercitu profectis, totidem sufficiuntur interim, sed illi reuersi suum quisque locum recuperat, qui supersunt, ij quoad decedentibus illis ordine succedant, comites interea sunt Pontificis. Nam unus reliquis praesunt. Eliguntur a populo idq; ceterorum riu magistratum, occultis, ad studia uitanda, suffragijs electi a suo collegio consecrantur. ij rebus diuinis praesunt, religiones curant, ac morum uelut censores sunt, magnoq; pudori ducuntur ab ijs quenuquam tanquam uita parum probata accersi, compellariue. Ceterum ut hortari atque admonere illorum est, ita cohercere atque in facinorosos animaduertere principis, atque aliorum est magistratum, nisi quod sacris interdiciunt, quos improbe malos comperiunt. nec ullum ferè supplicium est quod horreant magis. Nam et summa percelluntur infamia, et occulto religionis metu lacerantur, ne corporibus quidem diu futuris in uitio. quippe ni properam penitentiam sacerdotibus approbent, comprehensi impietatis poenam Senatui persoluant, pueritia iuuentusq; ab illis eruditur, nec prior litterarum cura, quam morum ac uirtutis habetur, naq; summam adhibent industriam, ut bonas protinus opinionones, et conseruanda ipsorum reipublicae uiles, tenetis adhuc, et sequacibus puerorum animis instillent, quae ubi pueris penitus insederint, uiros per totam ui-

tam comitantur, magnamq; ad tuendum publicæ rei statum (qui non nisi uitijs dilabitur, quæ ex peruersis nascuntur opinionibus) afferunt utilitatem. Sacerdotibus (ni scæminæ sint. nam neque ille sexus excluditur, sed rarius, & non nisi uidua, natuq; grandis eligitur) uxores sunt popularium selectissimæ. Neque enim ulli apud Vtopienses magistratui maior habetur honor usque adeo, ut si quid etiam flagitij admiserint, nulli publico iudicio subsint, deo tantum, ac sibi relinquuntur. Neque enim fas putant illum, quantumuis scelestum, mortali manu contingere, qui Deo tam singulari modo uelut anathema dedicatus est. Qui mos illis facilius est obseruari, quod sacerdotes & tam pauci, & tanta cū cura deliguntur. Nam neque temere accidit, ut qui ex bonis optimus ad tantam dignitatem, solius respectu uirtutis euehitur, in corruptelam & uitiū de generet & si iam maxime contingeret, ut est mortalium natura mutabilis, tamen qua sunt paucitate, nec ulla præter honorem potestate præditi, ad publicam certe perniciem nihil magni ab his momenti pertinescendum sit. Quos ideo tam raros atque infrequentes habent, ne dignitas ordinis, quem nunc tanta ueneratione prosequuntur, communicato cum multis honore uilesceret, præsertim cum difficile putent frequentes inuenire tam bonos, ut ei sint dignitati pares, ad quam gerendam non sufficiat mediocribus esse uirtutibus. Nec eorum æstimatio apud suos magis, quam apud exteras etiam gentes habetur, quod inde facile patet, unde etiam natum puto. Nempe decernentibus prælio copijs, seorsum illi non admodum procul confidunt in gentibus sacras in-

adū vestes, tensis ad cælum palmis, primum omnium pacem, proxime, suis victoriam, sed neutri cruentam parā comprecantur, uincensibus suis decurrunt in aciem, sciantesq; in profligatos inhibent uidisse tantū atque appellasse praesentes ad uitam fatis, diffluentium con- tactus uestium, reliquas quoque fortunas ab omni bel- lorum iniuria defendit. Qua ex re apud omnes undiq; gentes, tanta illis ueneratio, tantum uera maiestatis ac- cessit, ut saepe ab hostibus non minus salutis ad ciues reportarint, quā ab ipsis ad hostes attulissent, siqui- dem aliquando constat, inclinata suorum acie, despera- tis rebus, quum ipsi in fugam uerterentur, hostes in cæ- dem ac prædam ruerent, interuentu sacerdotum inter- pellatam stragem, ac diremptis inuicem copijs, pacem a quibus conditionibus esse compositam atque constitu- tam. Neque enim unquam fuit ulla gens tam fera, cru- delis ac barbara, apud quos ipsorum corpus non sacro- sanctum, atq; inuiolabile sit habitum. festos celebrant initialem atque ulimum cuiusque mensis diem. Et an- ni item, queni in menses partiuntur, circuitu lunæ fini- tis, ut solis ambitus annum circinat. Primos quosq; di- es Cynemernos, postremos ipsorum lingua Trapemer- nos appellant, quæ uocabula perinde sonant, ac si pri- mifesti & finifesti uocentur. Delubra uisuntur egregia, utpote non operosa modo, sed quod erat in tanta ipso- rum paucitate necessarium, immensi etiam populi ca- pacia. Sunt tamen omnia subobscura. nec id ædifi- candi inscitia factum, sed consilio sacerdotum ferunt quod immodicam lucem cogitationes dispergere, pau- ciore ac uelut dubia colligi animos, & intendi religio-

V T O P I Æ T H O M A E M O R I

nem putant. quæ quoniam non est ibi apud omnes ead-
 dem, & uniuersæ tamen eius formæ quanquam variæ
 ac multiplices in diuinæ naturæ cultum uelut in unum
 finem diuersa uia commigrant, idcirco nihil in templis
 uisitur audiriue, quod non quadrare ad cunctas in
 commune uideatur. Si quod proprium sit cuiusquam
 sectæ sacrum, id intra domesticos quisque parietes cu-
 rat, publica tali peragunt ordine, qui nulli prorsus ex
 priuatis derogat. Itaque nulla eorum effigies in tem-
 plo conspiciunt, quo liberum cuiq; sit, qua forma deum
 uelit è summa religione cōcipere, nullum peculiare dei
 nomen inuocant, sed Mythræ diuitaxat, quo uocabu-
 lo cuncti in unam diuinæ maiestatis naturam, quæcū-
 q; sit illa, conspirant, nullæ concipiuntur preces, quas nō
 pronuntiare quiuisset inoffensa sua secta possit. Ad tem-
 plum ergo in finifestis diebus uespere conueniunt, ad
 huc ieiuni, acturi deo de anno, mensisue cuius id festum
 postremus dies est, prospere actō gratias, postero die,
 nam is primifestus est, mane ad templa confluiunt, ut
 insequentis anni, mensisue, quem ab illo auspiciaturi fe-
 sto sint, faustum felicemq; successum comprecantur. At
 in finifestis antea quàm templum petunt uxores, domi
 ad uirorum pedes, liberi ad parentum pronolati, pec-
 casse fatentur sese aut admissō aliquo, aut officio indili-
 genter obito, ueniamq; errati precantur, ita si qua se nu-
 becula domesticæ similitudinis offuderat, tali satisfactio-
 ne discutiunt, ut animo puro ac sereno sacrificijs intar-
 sint. nam interesse turbido, religio est, eoq; odij, iræue
 in quenquam sibi consciij, nisi reconciliati ac defecatis
 affectibus ad sacrificia non ingerunt sese, uindictæ cer-

leris, magnæq; metui. Eò quum ueniunt uiri in dextrâ delubri partem, scæminæ seorsum in sinistram committant, num ita se collocant, ut cuiusq; domus masculi ante patrenfamilias confideant, scæminarum materfamilias agmen claudat. Ita prospiciatur, ut omnes omnium gestus foris ab his obseruentur, quorum autoritate domi ac disciplina reguntur, quin hoc quoque sedulo carent, ut iunior ibi passim cū seniore copulentur, ne pueri pueris crediti id temporis puerilibus transigant ineptiis, in quo deberent maxime religiosum erga superos metum, maximum, ac propè unicum uirtutibus incitamentum cōcipere. Nullum animal in sacrificiis mactant, nec sanguinentur, ac cædibus diuinam gaudere clemētiā, qui uitam animantibus ideo est elargitus, ut uiuerent. Thus incendunt & alia item odoramenta, ad hæc cer eos numerosos præferunt, non quod hæc nesciant nihil ad diuinam conferre naturam, quippe ut nec ipsas hominum preces, sed & innoxium colendi genus placeat, & ijs odoribus luminibusque, ac cæteris etiā ceremoniis nescio quomodo sese sentiunt homines erigi, atque in dei cultum animo alacriore consurgere. Candidis in templo uestibus amicitur populus, sacerdos uersicolores induitur, & opere & forma mirabiles materia non perinde preciosa neque enim auro intextæ, aut raris coagmentatæ lapidibus, sed diuersis animi plumis, tam scitz, tantoq; artificio laboratæ sunt, ut operis præcij nullius æstimatio materiæ fuerit æquaturæ. Ad hoc in illis uoluctum pennis, plumisq; & certis earū ordinibus, quibus in sacerdotis ueste discriminatur, arcana quædam dicunt contineri mysteria, quorum

interpretatione cognita (quæ per sacrificos diligenter traditur) diuinorum in se beneficiorum. suaq; vicissim pietatis in deum, ac mutui quoq; inter se officij admonentur. Quum primum sacerdos ita ornatus ex adyto sese offert, cuncti prostrati in terram venerabundi procumbunt, tam alto ab omni parte silentio, ut ipsa rei facies, terrerem quendam velut præsentis cuiuspiam numinis incutiat. Tellure paulum morant, dato ab sacerdote signo, erigant sese. tum laudes deo canunt, quas musicis instrumentis interstingunt, alijs magna ex parte formis, quàm quæ nostro uisuntur orbe. Ex illis pleraq; sicuti quæ nobis in usu sunt, multum suauitate uincunt. ita quedam nostris ne conferenda quidem sint. Verum una in re haud dubie longo nos intervallo præcellunt, quod omnis eorum musica, siue quæ personatur organis, siue quam uoce modulantur humana, ita naturales affectus imitatur & exprimit. ita sonus accommodatur ad rem, seu deprecantis oratio sit, seu læta, placabilis, turbida, lugubris, irata, ita rei sensum quendam melodia forma representat, ut animos auditorum mirum in modum afficiat, penetret, incendat. solennes ad ultimum conceptis uerbis preces, sacerdos pariter populusq; percensent, ita compositas, ut quæ simul cuncti recitant, priuatim quisque ad seimet referat. In his deum & creationis, & gubernationis, & cæterorum præterea bonorum omnium, quilibet recognoscit autorem, tot ob recepta beneficia gratias agit. nominatim uero quod deo propitio in eam rem publicam inciderit quæ sit felicissima, eam religionē sortitus sit, quā speret ut esse uerissimam. Quæ in re, si quid erret, aut si quid

alterutra melius, & quod deus magis approbet, orare
 se eius bonitas efficiat, hoc ut ipse cognoscat. paratum
 enim sequi se quaquà uersus ab eo ducatur, sin & hæc
 Reip. forma sit optima, & sua religio rectissima, tñ nō
 & ipsi constantiam tribuat, et ceteros mortales omnes
 ad eadem instituta inuēdi, in eandem de deo opinionē
 perducas, nisi inscrutabili eius uoluntatem etiā sit
 quod in hac religionum uarietate delectet. Deniq; pre
 catur, ut facile defunctum exim ad se recipiat, quā cū
 to, scire præfinire quidem non audere se. Quanquam
 quod inoffensa eius maiestate fiat, multo magis ipsi fu
 turum cordi sit, difficillima morte obita, ad deum per
 uadere, quā ab eo diutius, prosperrimo uitæ cursu di
 stineri. Hac prece dicta rursus in terram proni, pauloq;
 post erecti, discedunt pransum, & quod superest diei, lu
 dis & exercitio militaris disciplinae percurrūt. Descri
 psi uobis q̄ potui uerissime eius formam Reip. quā ego
 certe non optimam tantum, sed solam etiā censeo, q̄
 sibi suo iure possit Reip. uendicare nomenclaturam. Siqdem
 alibi de publico loquentes ubiq; commodo priuatum cu
 rant. Hic ubi nihil priuati est, serio publicum negociū
 agunt, certe utrobq; merito. Nam alibi quous quisque
 est qui nesciat, nisi quid seorsum prospiciat sibi, quan
 tumuis florente Rep. senet tamen sine periculo, eoq;
 necessitas urget, ut sui potius, q̄ populi idest aliorū ha
 bendam sibi rationem censeat, Cōtra hic, ubi omnia om
 nium sunt nemo dubitat (curetur modo, ut plena sint
 horrea publica) nihil quicq; priuati cuiquam defuit.
 Neq; enim maligna rerum distributio est, neq; inops,
 neq; mendicus ibi quisquam. & quum nemo qcquā ha

V T O P I Æ T H O M Æ M O R I .

beat, omnes tamen diuites sunt. Nam quid diuus esse potest, quàm adempta prorsus omni solitudine, læto ac tranquillo animo uiuere? non de suo uictu trepidum, non uxoris querula flagitatione uexatum, non paupertatem filio metuentem, non de filiae dote anxium, sed de suo suorūque omnium, uxoris filiorum, nepotum, pronepotum, abnepotum, & quàm longam posterorum seriem suorum, generosi præsumunt, uictu esse, ac felicitate securum. Quid quod nihilominus his prospiciatur, qui nunc impotes olim laborauerunt, quàm his qui nunc laborant. Hic aliquis uelim cum hac æquitate audeat aliarum iustitiam gentium comparare, apud quas dispeream, si ullum prorsus comperio, iustitiæ, æquitatisque uestigium. Nam quæ hæc iustitia est, ut nobilis quispiam, aut aurifex, aut scænerator, aut denique alius quisquam eorum, qui aut omnino nihil agunt, aut id quod agunt, eius generis est, ut non sit Reipub. magno opere necessarium, lautam ac splendidam uitam, uel ex ocio, uel supernacuo negotio consequantur, quum interim mediastinus, auriga, faber, agricola, tanto, tamque assiduo labore, quàm uix iumenta sustineant, tam necessario, ut sine eo ne unum quidem annum possit ulla durare Resp. uictum tamen adeo malignum parant, uitam adeo miseram ducunt, ut longe potior uideri possit conditio iumentorum, quibus nec tam perperuus labor, nec uictus multo deterior est, & ipsis etiã suauior, nec ullus interim de futuro timor. At hos & labor sterilis, atque infructuosus, in præsentem stimulat, & in op'is recordatio senectutis occidit, quippe quibus paratior est diuina merces, quàm ut eidem possit diei sufficer

re, tantum abest ut excreseat, & superfit aliquid quod quondam queat in senectutis usum reponi. An non hæc iniqua est & ingrata respublica, quæ generosis ut vocant & aurificibus, & id genus reliquis, aut ociosis, aut tantum adulatoribus, & inanum voluptatum artificibus, tanta munera prodigit, agricolis contra carbonarijs, inediastinis, aurigis & fabris, sine quibus nulla omnino Resp. esset, nihil benigne prospiciat. Sed eorum florentis ætatis abusa laboribus, annis tandem ac morbo graves, omnium rerum indigos, tot vigiliarum immemor, tot ac tantorum oblita beneficiorum miserrima morte repensat ingratißima. Quid quod ex diuturno pauperum demenso diuites cotidie aliquid, non modo privata fraude, sed publicis etiam legibus abradunt, ita quod ante videbatur iniustum, opinione de Rep. meritis pessimam referre gratiam, hoc isti depravatam etiam fecerunt, tum promulgata lege iustitiam. Itaque omnes hæc quæ hodie usquam florent Resp. animo intuenti ac uersanti mihi, nihil sic me ainet deus, occurrit aliud quam quedam conspiratio diuitum, de suis commodis Reip. nomine tituloque tractantium, comminiscunturque & excogitant omnes modos atque artes quibus, quæ malis artibus ipsi congesserunt, ea primum ut absque perdendi metu retineant, post hoc ut pauperum omnium opera, ac laboribus quam minimo sibi redimant, eisque abutuntur. Hæc machinamenta, ubi seu uel diuites publico nomine hoc est etiam pauperum, decreuerunt obseruari, iam leges fiunt. At homines deterrimi cum inexplebili cupiditate, quæ fuerant omnibus suffectura, ea omnia inter se partuerint, quam longe tamen ab Utopienſium

Reip. felicitate absunt? è qua cum ipso usu sublata penitus omni auiditate pecuniæ, quanta moles molestiarum recisa, quanta scelerum seges radicatus euulsa est? Quis enim nescit fraudes, furta, rapinas, rixas, tumultus, iurgia, seditiones, cædes, proditiones, ueneficia, cotidianis vindicata potius quàm refrenata supplicijs, interempta pecunia cōmori, ad hæc metum sollicitudinem, curas, labores, uigilias, eodem momento quo pecunia perituræ, quin paupertas ipsa, quæ sola pecunijs uisa est indigere, pecunia prorsus undique sublata, proñus etiã ipsa decresceret, id quo fiat illustrius, reuolue in animo tecum annum aliquem sterilem atq; infœcundum, in quo multa hominum millia, fames abstulerit, contendo planè in fine illius penuriæ excussis diuitum horreis, tantum frugum potuisse reperiri, quantum si fuisset inter eos distributum, quos macies ac tabes absumpsit illa cœli, soli q; parçitatem, nemo omnino sensisset, tam facile uictus parari posset, nisi beata illa pecunia, quæ præclare scilicet inuenta est, ut aditus ad uictum per eam pate sceret, sola nobis ad uictum uiam intercluderet. Sentiant ista, non dubito, etiã diuites, nec ignorant quanto poñor esset illa conditio nulla re necessaria carere, q̃ multis abundare superfluis tam numerosis eripi malis, quàm magnis obsideri diuitijs. Neque mihi quidem dubitare subit, quin uel sui cuiusq; commodi ratio, uel CHRISTI seruatoris autoritas (qui neque pro tanta sapienà potuit ignorare quid opñmum esset, neque quærat bonitate id consulere, quod non opñmum sciret) totum orbem facile in huius Reip. leges iam dudū traxisset, nisi una tantum belua, omnium princeps parensq; pestium

pestum superbia, reluctarentur, hac non suis commodis
prosperitatem, sed ex alienis metantur incommodis, hac
ne Dea quidem fieri uellet, nullis relictis miseris quibus
imperare atque insultare possit. Quorum miserijs prae-
ulat ipsius comparata felicitas, quorum suis explicatis
opibus, angat atque incendat inopiam. Hac aeni ser-
pens mortalium pererrans pectora, ne meliorem uitae
cassant uiam, uelut remora retrahit ac remoratur,
qua quoniam pressius hominibus infixata est, quam ut facile
possit euelli, hanc Reip. formam, quam omnibus liben-
ter optarim, Vtopiensibus saltem contigisse gaudeo, qui
e uitae sunt instituta sequuti, quibus Reip. fundamenta
iecerunt non modo felicissime, uerum etiam quantum
humana praesagiri coniectura contigit, aeternum dura-
tura. Exarpatis enim domi cum ceteris uitij ambitio-
nis, et factionum radicibus, nihil impendet periculi,
ne domestico dissidio laboretur, qua una multarum ur-
bium egregie munitas opes perfundedit. At salua dor-
mi concordia, et salubribus institutis, non omnium fir-
miorum inuidia principum (qua sapientis id iam olim
semper reuerberata tentauit) concutere illud imperium,
aut commouere queat. Hac ubi Raphael recensuit, quam
quam haud pauca mihi succurrebant, qua in eius po-
puli moribus, legibusque perquam absurde uidebantur
institutis, non solum de belli gerendi ratione, et rebus
diuinis, ac religione, aliisque insuper eorum institutis,
sed in eo quoque ipso maxime, quod maximum totius in-
stitutionis fundamentum est uita scilicet, uictusque com-
muni, sine ullo pecuniae commercio, qua una re funditus
enerantur omnis nobilitas, magnificentia, splendor, ma-

UTOPIÆ THOMÆ MORI

festas, uera ut publica est opinio decora atq; ornamenta
Reip. tamen quoniam defessum narrando sciebam, ne
que mihi satis exploratum erat, posset ne ferre, ut con-
tra suam sententiam sentiretur, presertim quod recorda-
bar, eo nomine quosdam ab illo reprobos, quasi uere-
rentur, ne non satis putarentur sapere, nisi aliquid inue-
nirent, in quo uellicare aliorum inuenta possent, idcir-
co & illorum institutione, & ipsius oratione laudata
manu apprehendens intro cœnatum duco, præfatus ta-
men aliud nobis tempus, iisdem de rebus aliis cogitan-
di, atq; uberius cum eo conferendi fore. Quod utinam
aliquando contingeret, interea quemadmodum haud
possum omnibus assentiri quæ dicta sunt, alioqui ab ho-
mine citra controuersiam eruditissimo simul & rerum
humanarum peritissimo, ita facile confiteor permulta
esse in Vtopiensium Republica, quæ in nostris citati-
bus optari uerius, quàm sperari.

SECUNDI LIBRI FINIS.

HIERONYMVS BVSLIDIVS
THOMÆ MORO. S.D.

NON fuit ornatiſſime More, olim
omnem curam, operam, ſtudium in-
uiliſſe in rem & commodum ſingulo-
rum, niſi uel ea (quæ tua pietas & li-
beralitas eſt) conferres in uniuerſum,
ratus hoc tuum (qualecunq; foret) beneficiũ, eo ma-
iorem hinc mereri fauorem, uenari grãam, aucupari
gloriam, quanto illud & latius propagatũ, & in plu-
res diſtributum, pluribus eſſet profuturum. Quod &
ſi aliàs ſemper præſtare contenderis, tamen id maxime
es nuper mira felicitate adſecutus, ſcilicet pomeridiano
illo ſermone abſ te in litteras relato. Quem de recte &
bene conſtituta (ab omnibus expetenda) Vtopienſium
Rep. edidiſti. In cuius pulcherrimi inſtituti felici deſcri-
ptione nihil eſt, in quo uel ſumma erudiitio, uel abſoluta
rerum humanarum peritiã deſyderari poſſit. Quan-
do ea quidem ambo in illo tanta paritate & æquabili
congreſſu concurrunt, ut neutro alteri herbam porrigẽ-
te, utrunq; æquo Marte de gloria contendat. Tam ſiqui-
dem multãſaria polles doctrina. Rurſum tã multa, eaq;
certa rerum peritiã, ut prorsus expertus affirmes quic-
quid ſcripſeris, doctiſſime ſcribas, quicquid affirmandũ
deſtinaueris. Mira profeſſo, raraq; felicitas, ac planè eo
rarior, quo magis ipſa ſeſe inuidens plurimis, non præ-
bet niſi raris, Maxime ijs, qui ſicut candore uelint, ita
eruditione ſciant, fide queant, autoritate poſſint, tam-
pie, recte, provide, in commune conſulere, ſicut tu iam

facis probe, qui quod non solum tibi, uerum etiam toti
te gentium orbi existimas, opera precium duxeris, hoc
tuo pulcherrimo merito, uel totum ipsum orbi deuue-
reris, quod prestare alia ratione neque rectius, neque melius
potuisses, quam ipsis mortalibus ratione pollentibus, eam
Reip. ideam, eam morum formulam, absolutissimamque
simulacrum prescribere, quo nullo unquam in orbe ui-
sum sit, uel salubrius institutum, uel magis absolutum
uel quod magis expetendum uideatur, utpote multo
quidem praestante, atque longo post se intervallo relinque-
te, tot celebratissimas, tanto opere decantatas Lacedae-
moniorum, Atheniensium, Romanorum, Respublicas.
Quae si iisdem essent auspiciis auspicata, iisdem (quibus
hac tua Resp.) institutis, legibus, decretis, moribus, mor-
derata. Profecto haec nondum labefactatae et solo aqua-
rae. Iam pro dolor citra spem omnem instaurationis ex-
inctae iacerent. Sed contra, incolumnes adhuc beatae, fe-
lices, fortunatissime agerent. Interim rerum dominae, su-
um late imperium terra marique soratae. Quarum qui-
dem rerum publicarum, tu miserandam miseratus sor-
tem, ne aliae iadem (quae hodie rerum potitae summum
tenent) parem sustinerent uicem prospicere uoluisti, sci-
licet hac tua absolutissima Republica, quae non tam in-
condendis legibus, quam uel probatissimis magistrat-
ibus forma dandis, maxime elaborauit. Nec id qui-
dem ab re, quando alioqui sine illis omnes (uel opti-
mae) leges, si Platoni credimus, mortuae censerentur,
praesertim ad quorum magistratum simulacrum,
probitatis specimen, exemplar morum, iustitiae imaginem
totus status, et rectus tenor cuiusvis absoluta Reip. sit

effingendus. In quo in primis concurrant, prudentia in
 op̄matibꝫ, fortitudo in militibꝫ, temperantia in sin-
 gulis, iustitia in omnibꝫ, q̄bus quim tua (quā tanto
 pere celebras) respublica sit tam pulcherrime, ut liquet
 composita. Non mirū se hinc ueniat non solū multis ri-
 menda, sed & cunctis gentibꝫ ueneranda simul omni-
 bus sæculis prædicanda. Idq̄; eo magis, quod in ea om-
 nis proprietatis contentione sublata, nulli sit q̄piā pro-
 prij. Ceterum in rem ipsam communem, cōmunia sunt
 omnibus omnia, Adeo ut omnis res, quænis actio seu pu-
 blica, seu priuata, non ad multorum cupiditatem, non
 ad paucorum libidinem spectat, sed ad unam iustitiā,
 æquabilitatem, communionem sustinendam (quantula
 cunq̄ sit) tota referatur. Quo illa integre relata, omnis
 materies, fax & fomes, ambitus, luxus, inuidentiæ, in-
 iuriæ facessat necesse est. In quæ nōnunq̄, aut priuata re-
 rum possessio, aut ardens habendi sitis omniumq̄ mi-
 serissima rerum ambitiō, mortales (uel reluctantes) pro-
 trudit, maximo suo, idq̄; incomparabili malo. Quando
 hinc sæpenumero dissensiones animorum, motus armo-
 rum, & bella plusq̄ ciuilia derepente oriantur. Quibus
 non solum florentissimus status beatissimarum terūp-
 funditus pessundatur, uerum illarum olim parca glo-
 ria, acti triumpho, clara trophea, tonesq̄; op̄ima spolia
 deuictis hostibus relata, penitus obliterantur. Quod si
 in his hæc nostra pagina minorem forte, ac uelim, fidē
 fecerit, certe in promptu aderunt testes ad quos te rele-
 gem, locupletissimū, uidelicet tot et tantæ olim uastatæ
 urbes, dirutæ ciuitates, prostratæ Resp. incensi & con-
 sumpti uici, quorum nū hodie uix ullæ tantæ calamitæ,

At reliquia, aut uestigia uisuntur, ita nec nomina illorum
 ulla quantūuis metus, & iōge deducta historia, sat pro
 be tenet. Quas quidem insignes clades, uastatiōes, euer
 siones, cæterasq; belli calamitates, nostræ (si quæ sint)
 Resp. facile euaserint, modo ad unam Vtopiensium rei
 publicæ normam sese admissim componentes, ab ea
 ne transversum quidem, ut aiunt, unguem recedant.

Quod sic demum præstantes, tandem re ipsa cumulatis
 sine agnoscent. quantum hoc tuum in se collatum be
 neficiū profuerit, maxime quo accedente, didicerint,
 suam Remp. saluam incolunem, triumphantem serua
 re. Proinde tantum tibi suo præsentissimo seruatori debi
 tura, quantum is haud iniuria promeretur, qui nō tan
 tum aliquem è republica ciuē, sed uel ipsam totā remp.
 seruarit. Interea Vale. ac feliciter perge nonnihil usque
 meditari, agere, elaborare, quod in rempu. collatum, illi
 perpetuitatem, tibi immortalitatem addat. Vale do
 ctissime, et idē humanissime More, tua Britāniæ, ac no
 stri huius orbis decus. Ex adibus nostris Mechliniæ.

M. D. XVI.



GERARDVS NOVIOMAGVS
DE VTOPIA.

*Dulcia lector amas? sunt hic dulcissima quæq.
Vale si quæris, nil legis uilius.
Sine utrunq; uoles, utroq; hæc insula abundat,
Quo linguam ornes, quo doceas animum.
Hic fontes aperit, recti prauiq; disertus
Morus, Londini gloria prima sui.*

CORNELIUS GRAPHEVS
AD LECTOREM.

*Vis noua monstra, nouo dudum nunc orbere reperto
Vivendi uaria his ratione modos?
Vis qui uirginitatis fontes? his unde malorum
Principia? Et quantum rebus inane latet?
Hæc lege, quæ uario Morus dedit ille colore,
Morus Londina nobilitatis honor.*

REGISTRVM.

*a b c d e f g h i k l m n o p q r s t
u x y z & æ A B C D E F G H I K.
Omnes quaterniones præter K q est duernio*

*Impressum Florentiæ per hæredes Philippi Iunior
ta. Anno. D. XLIX. à christiana salute
supra mille mense Iulio, Leo
ne. X. Pontifice.*

